

FR XVIII / 3

CB 1001952363

FR XVIII/3 A

DE MUNERE JUDICIS
ORPHANORUM
TRACTATUS IV.

DE
RATIONIBUS REDDENDIS,
DISTRAHENDISQUE,
IN OCTO LIBROS
DISTRIBUTUS,
IN DUOSQUE TOMOS DIVISUS.
TOMUS PRIMUS.

IN QUO LIBERALI MANU DE OMNIBUS PERSONIS, QUÆ RATIONES REDDERE tenentur, discutitur; in quo de Judice, tempore, & loco, ubi rationes sunt reddendæ, non avara manu præscrutatur; in quo de bonis, fructibus interesse, & aliis, de quibus ratio est reddenda, plenè, clareque resolvitur; in quo de dolo, culpa, lata, levi, levissima, & casu fortuito administratorum agitur; in quo de expensis in calculo rationis recipiendis, vel non, disputatur; in quo de exceptionibus, quibus administratores se tueri valent, ut rationes non reddant, vel jam redditis, iterum non reddant, pertractatur: in quo de executionis progressu contra administratores, & de liberatione eorum ventilatur; in quo de praxi, & requisitis quibus ratio est præstanda, & accipienda, disceptatur; in quo tandem plures materiæ scitu dignissimæ, & praxi quotidianæ necessariæ explanantur, summoque labore explicantur.

DIVO JOSEPHO

CONSECRATUS, ET IN LUCEM PRODITUS AB

ANTONIO DE SOUSA SYLVA.

AUTORE

DIDACOGUERREIROCAMACHODEBOYM

Gravaminum Senatore.



ULYSSIPONE OCCIDENTALI:

Ex OFFICINA ANTONII DE SOUSA SYLVA, Anno Domini M.DCC.XXXIV.

Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

DE MUNERE JUDICIS

ORPHANORUM

TRACTATUS IV.

D E

RATIONIBUS RESPONDENDIS

DISTRIBUENDISQUE

IN OCTO LIBROS

DISTRIBUTUS

IN DUOSQUE TOMOS DIVISUS

TOMUS PRIMUS

IN QVO LIBERALI MANU DE ORPHANORUM RESPONDIS
concernit, discutitur; in quo de iudice, tempore, & loco, ubi rationes sunt reddende, non vana
manu preteritur; in quo de bonis, fructibus, iustis, & aliis, de quibus ratio est reddenda,
plene, & clare resolvitur; in quo de dolo, culpa, iacta, levi, levissima, & casu fortuito admi-
nistratum agitur; in quo de exceptis in calculo rationis recipiendis, vel non, disputatur;
in quo de exceptionibus, quibus administratores se tamen valent, ut rationes non reddant,
ubi iam redditis, iterum non reddant perhibentur; in quo de executionis progressu contra
administratores, & de liberatione eorum venturum, in quo de preiudicis, & reductis con-
tus ratio est prestanda, & recipienda, discutitur; in quo tandem pretermissa sei-
m dignissime, & praxi quodammodo necessaria, examinantur, summoque la-
dore exhibentur.

DIVO JOSEPHO

CONSERVATUS, ET IN LUCEM PRODIGITUS AN

ANTONIO DE SOUSA SYLVA

A U T O R E

DIDACCO GUERRIERO CAMACHO DE BARBOSA



ULYSSIPONE OCCIDENTALI

EX OFFICINA ANTONII DE SOUSA SYLVA, ANTE FORNICA DCCCXXXIII
Cuius fuerunt superintendens, & Directoris Regio



FIDELISSIMO ÆTERNI PATRIS

OECONOMO,

VIGILANTISSIMO ÆTERNI FILII

PÆDAGOGO,

DIGNISSIMO SPIRITUS SANCTI

SUBSTITUTO

ELECTO BEATISSIMÆ TRINITATIS

ÆRARIO

NOBILISSIMO VIRGINIS DEI GENITRICIS

SPONSO

DIVO JOSEPHO

S.



E O CORDIS AFFECTU, DUM VITAM IN
terris agebat, te hujusce operis disertissimus Author profe-
quebatur, ut si ille nunc ad infima remearet (sedibus enim Superum, ut pie cre-
dimus, immoratur) nullum alium eligeret Patronum, nullum Protectorem,
nullum tandem meliori omine Regibus atavis Mæcenatem, nisi te, Castis-
sime, ac Sanctissime JOSEPH; quippe qui non nesciebat tuæ Dignitatis præ-
tantiam,

tantiam, tuæ liberalitatis exuberantiam, ac tui patrocini certitudinem. Citra dubium pro comperto habetur te in caelesti Æternitatis Capitolio Ecclesie Catholice Patroni Titulo decorari, tantaque insuper authoritatis amplitudine præfulgere, ut quoties sub Aëris volubilem regionem tuum dulce nomen auribus insonet; sancti omnes, cujuscunque gradus existant, tibi de gloria, ac dignitate congratulantes, venerationem adhibeant. Non nemo etiam tenet te ad tantum, ac tale Dignitatis fastigium pervenisse, ut Virginis MARIÆ, ac Genitricis Dei Sponsus, Christique Pater putativus existeres. His, alijsque adductis rationibus, quæ pium Authoris animum penitus impulere, ad te hujus libri constituendum Fautorem, ac Dominum, libenter annuens, tibi soli Opus integrum sisto. Cujus protectionem interris habere utiliore potero, si tuam merear? Si enim in hoc libro de Munere Judicis Orphanorum materia de reddendis rationibus doctissime pertractatur, tu præclarissime JOSEPH, qui Justi cognomine merito insigniris, hunc tua protectione defensurus eras. Non eo quod ipsimet à Zoilis timeam, nuncupationem hanc (animi mei, meaque erga te devotionis indicium) mihi suasi; nota est enim Authoris legum peritia, nota est in dicendo abundantia, nota est in explicando difficilimas quæstiones scientia, ac perspicuitas; nota est etiam Generis Nobilitas, animi Pietas, ac personæ Dignitas in Lusitania nostra: sed potiùs, Salvatoris nostri Fidelissime Custos, munusculum hoc fidenter tibi offero, ut ex illo cognoscas desiderium, quo ardentius uror, maiora audendi. Nunc denique tota animi mei humilitate, ac mentis affectu devotissimo te obsecro, ut sicut olim MARIAM, librum vitæ, ac Puerum, legis Conditorem in Ægyptum proficiscentes liberasti, hunc publicæ utilitati Judicum, Advocatorum, & Orphanorum, in Ægypto hujusmudi viventium tam necessarium protegas, ac defendas.



Tuonim minimus in amore, sed maximus in voluntate

ANTONIUS DE SOUSA DA SYLVA.



LECTORI

QUoniam omnis civitas legibus moderatur ; lexque (ut verifimè dicit Pindarus) omnium Domina est , cui , ut Deo parendum esse peripateticus ille Aristoteles commonet : atque veluti specula surdis veritatis mortalibus ita proclamatur : Interitum paratum illi civitati video , in qua non lex magistratibus , sed Legibus magistratus præfunt : salutem verò illi , in qua lex magistratibus dominatur , cuncta certè bona , quæ Dij civitatibus præbent , huic ferè conspicio. Constat profectò ad salutem civitatum , civiumque incolumitatem , vitamque hominum quietam , & beatam inventas esse leges , quas Porcius Cato civitatum nervos esse dicebat , & de quibus inquit Arpias Orator : Mens , animus , & consilium civitatum posita sunt in legibus , & ut corpora nostra sine mente , sic civitas sine legibus uti non potest. Legum ministri , magistratus , legum interpretes , Judices : legum denique id circo omnes servi sumus , ut liberi esse possimus : Igitur cum homo imbecillum sit animal , & cum per se ipsum non habeat sufficientiam , perfectionemque reportet ex civili societate , nulla profectò convenientior disciplina homini esse potest , quàm quid sit civitas , & quid respublica intelligere , & per quæ conservetur interea , & civilis societas. Unde laus maior , & decus homini esse non potest , quàm ex administratione reipublicæ : Et cum omnes homines ad agendum esse natos constet : cumque actionum plura sint genera , inter maximas actiones hominis est rerum publicarum administratio. Nempè ab homine hoc exigitur , ut profit hominibus , si fieri potest multis , si minus proximis , si minus suis , siquidem vir legalis non solum suis municipibus , verum etiam alienigenis prodesse debet : Proderit non solum viventibus , verum etiam nepotibus , & posteritati consulet. Laudabile igitur vitæ hominum necessarium civilis scientiæ studium ! Quis enim eat inficias magno usui non esse mortalibus , sine qua , inquit Augustinus , Reges Tiranni nuncupantur , sine qua Optimatum consensus factio est ; sine qua domus , nec civitas , nec hominum genus universum , nec ipse mundus consistere potest. Quemadmo-

dum enim oculorum acies sine pupilla hebetatur, sine gubernatione navis periclitatur, sine auriga currus sæpe convertitur, ita sine legibus civitas labescit, atque vacillat.

Admirabile, & verè munus Deorum! Merito apud Romanos, quæ Republicâ nulla unquam maior, nulla lucidior, nulla hominis exemplis ditior extitit, summa semper Juris consultis dignitas fuit, & ut Cornetis sententia utar, memoria militum potentiam sine legibus consequutus nemo, cui civilium Institutionum adstipulatur exordium: Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus opus esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè possit gubernari, ait Justinianus: Quare licet Principes, eorumque Ministri homines, quos admirari, & venerari debebant, parvi faciant, omni præmio vacuos relinquunt, & plerumque, quos à republica abstinere debebant, donis impleant: non ideo viri scientia legali apprimè instructi patriam privare debent operibus suis, sed eam totis viribus illustrare tenentur: quia viri illustres, & de republica benemeriti injuriam non patiuntur ex defectu præmij, sed illi, qui eos dignitatibus, & præmiis condecorare non curaverunt.

IN LAUDEM
ERUDITISSIMI TRACTATUS
DE MUNERE JUDICIS ORPHANORUM
IN LUCEM EDITI A NOBILISSIMO D.D.
DIDACO GUERREIRO CAMACHO DE
ABOIM

Gravaminum Expeditore prudentissimo

PRÆFATIO AD ORPHANUM

O Rphane, quid luges carum periisse Parentem?

Comprime jam lacrymas: Carior ecce Parens:

Ille tuas quæsit opes, sed morte reliquit,

Protegit iste tuas non moriturus opes.



SAPIENTISSIMO D. D.
DIDACO GUERREIRO CAMACHO DE
ABOIM

D. V. ET C. ET CANIT.

VOTUM POETICUM.

Nunc mihi Phæbe Pater (nec enim satis esse minora
Numina Musarum reputo) da carmina tanto
Digna viro , sonitusque pares ; gerit Didacus ore

Palladis effigiem , quem sidera sena corusco

Lumine formant magno , & tanto cive triumphat

Patria jam sua , cui Patrem se se exhibet ille ,

Omnibus atque parem , nec jura offendit amore.

Didacus est quondam , Martore è sanguine cretus.

Clarus imaginibus Maiorum , & stemmate multo.

Indole magnanima , pietate in signis , & juri.

Deditus à puero juris servator , honesti

Cultor , opum largus , maturus pondere mentis ,

Consilio prudens , longa experientia rerum.

Quem docuit Clavum imperij tractare perita

Arte manus , & jura Regni sacrata tueri.

Alterius , non ille suus , privata reliquit ,

Et propria , alterius res quippe , & commoda quærit ,

Non sua : communi natusque , aptusque saluti.

Copia cui , gestusque , decor , vox aurea fandi ,

Et Lusitano facundia digna Theatro.

Audite flores Hortensi , & lumina Crassi ,

Gracchorum nervos , Ciceronis fulmina : punctum

Omne tulit , docuit , recreavit , suasit , & artis

Explevit numeros nulli virtute secundus ,

Quo maior explendore domus , atque indolis alta

Culmine ,

Culmine, consilij gravitate, & mentis acuto
 Ingenio, Sophiæ studijs, animique vigore
 Nullus: & aurato rident ei sidera cultu.
 Hunc Princeps, paret cui Lusitania, Petrus
 Afflatu superum, & divini Flaminis aura
 Egregios inter cives, Aulaque Ministros
 Elegit, pacisque bonum, sopsiæque Magistrum.
 Ingenij dos prima fuit, quod præpete penna,
 More Aquilæ, ad superos volitantem sustulit axes,
 Doctrinæque dedit rutilantem figere solem,
 Arcanosque sinus sopsiæ, doctosque recessus,
 Palladis arguto speculari lumine mentis,
 Et tentare vias discendi, & quarere formas,
 In quas se vertit vario sapientia vultu.
 Hoc tibi certè datum: Spatium omne implere docendi,
 Et solidum ingenij metiri passibus orbem.
 Tu Lusitani Regni Decus invehis astris;
 Omnia conficient Duce te, Docte inclyte: nullus.
 Te melior: tanti penes est Te gloria facti.

Dignationis tuæ servus ex animo obsequentissimus

FRANCISCUS EMMANUEL CASTELBRANCO

INDEX

CAPITUM, ET MATERIARUM,

Quæ in hoc primo Tomo continentur.

LIBER PRIMUS.

Cap. 1.

Quo jure tutores, curatores, ceterique administratores quocunque nomine dicti rationes suæ administrationis reddere teneantur? Et DD. qui de materia rationis reddendæ agunt, referuntur quamplurimi.

Cap. 2.

Actio de rationibus distrahendis quibus, & adversus quos concedatur, vel non?

Cap. 3.

Utrum tutor, curator, & ceteri administratores, condemnati reddere rationem, possint à decreto reddendæ rationis appellare?

Cap. 4.

Ubi tutores, curatores, ceterique administratores tutelæ, curæ, seu administrationis rationes reddere teneantur?

Cap. 5.

Qui rationes petere valeant? Et ex petitione unius alter valeat reliquari in ratiocinio.

Cap. 6.

An, & quando rationes peti possint?

Cap. 7.

Tutores, curatores, ceterique administratores an ad rationes reddendas citari debeant, & quomodo sint citandi?

Cap. 8.

Quomodo sit procedendum contra tutores, ceterosque administratores non comparentes citatos ad reddendas rationes.

Cap. 9.

Quomodo procedendum sit contra dominos nollentes stare in judicio cum administratoribus volentibus suæ administrationis rationes reddere.

Cap. 10.

Tutelæ, curæ, seu administrationis ratio peti, & reddi an per procuratorem possit, repugnante una ex partibus?

LIBER SECUNDUS.

Cap. 1.

Quid sit actio tutelæ directa?

Cap. 2.

Ex quibus causis actio tutelæ directa competat?

Cap. 3.

Quis possit actione tutelæ directa

INDEX CAPITULORUM.

conveniri, sive contra quos hæc actio detur?

Cap. 4.

Quibus actio tutelæ directæ concedatur, & an adulto litis sumptus sint subministrandi pro ea experienda?

Cap. 5.

An, & quando actio tutelæ directæ ab adulto, seu minore moveri possit?

Cap. 6.

Actio tutelæ directæ quanto tempore præscribatur?

Cap. 7.

Ubi, & apud quem judicem tutelæ actio institui debeat?

Cap. 8.

Utrum actione tutelæ peti possit, ut tutor rationem reddat administrationis suæ, inventarium bonorum, librosque exhibeat, & quomodo inventarium, librosque exhibere teneatur, & si non exhibeat, ad quid teneatur?

Cap. 9.

Utrum actione tutelæ peti possit, ut tutor ipsi adulto restituat res suas, & quod reddita ratione reliquum apud eum fuerit?

Cap. 10.

Utrum actione tutelæ peti possint non solum fructus, quos tutor percepit, sed etiam quos percipere potuisse?

Cap. 11.

Utrum actione tutelæ interesse lucri cessantis, & damni emergentis peti possit?

Cap. 12.

De dolo, culpa lata, & levi, ex qua tutor actione tutelæ conveniri potest.

LIBER TERTIUS.

Cap. 1.

Utrum actione tutelæ peti possit compendium, seu lucrum, quod tutor cum pecunia pupillari fecit, & omnia, quæ cum pecunia pupillari suo nomine comparit?

Cap. 2.

Utrum actione tutelæ contra unum ex pluribus tutoribus in solidum moveri possit?

Cap. 3.

Utrum tutor ventris actione tutelæ conveniri possit?

Cap. 4.

Utrum tutor post pubertatem administrans actione tutelæ quo ad postea gesta conveniri possit?

Cap. 5.

Utrum tutor possit excipere de remissione sibi facta, ut contra eum actio tutelæ moveri non possit?

Cap. 6.

An, & quando tutor, seu curator excipere valeat liberationis exceptione?

Cap. 7.

Tutor an, & quando exceptione transactionis se defendere possit contra actionem tutelæ adversus eum motam?

Cap. 8.

Tutor an, & quando contra actionem tutelæ contra eum motam se defendere possit acceptilatione,

INDEX CAPITULORUM.

ne, vel Aquiliana stipulatione?
Cap. 9.
An, & quando tutor conventus
actione tutelæ se defendere va-
leat exceptione rei judicatæ.

Cap. 10.

An, & quando tutor conventus
actione tutelæ, se defendere pos-
sit exceptione jurisjurandi?

Cap. 11.

Tutor conventus actione tutelæ
quando exceptione solutionis se
defendere possit?

Cap. 12.

Tutor conventus actione tutelæ,
quando exceptione novationis
se defendere queat?

LIBER QUARTUS.

Cap. 1.

An tutor conventus actione tutelæ
possit desiderare, quod pro gestis
ab infitoribus, & factoribus ab
eo destinatis contra eum non
agatur, sed contra prædictos lis
agitetur?

Cap. 2.

Tutor conventus actione tutelæ, an,
& quando exceptione ordinis se
defendere possit?

Cap. 3.

Tutor conventus actione tutelæ,
an, & quando exceptione divi-
sionis se defendere possit?

Cap. 4.

Tutor actione tutelæ conventus, an,
& quando possit se defendere be-
neficio, seu exceptione cedenda-
rum actionum?

Cap. 5.

Tutoribus, & curatoribus, an,
& quando competat beneficium
utilium actionum?

Cap. 6.

Tutor an, & quando actione de ra-
tionibus distrahendis conveniri
possint?

Cap. 7.

An, & quando hæredes tutorem
actione tutelæ conveniri vale-
ant?

Cap. 8.

An, & quando fideijussores tuto-
rum, & curatorum, ac magis-
tratus actione tutelæ, seu curæ
conveniri possint?

Cap. 9.

An, & quando protutor, vel pro-
curator conveniri possit?

Cap. 10.

Quibus remediis succurratur cum
falso tutore nomine pupilli con-
trahenti?

Cap. 11.

Curatores qua actione conveniri
possint, & ad quid conveniri va-
leant?

Cap. 12.

Curator absentis, & ventris an, &
quando conveniri possit, & ad
quid?

Cap. 13.

Ex quo dolo, culpa, & negligen-
tia curatores teneantur, vel non?

LIBER QUINTUS.

Cap. 1.

Actio contraria tutelæ, vel curæ, an,
& quando competat tutori, vel
cura-

INDEX CAPITULORUM

curatori contra pupillum, seu
radulum? **Cap. 2.**
Tutor, vel curator, seu alius admi-
nistratores quas expensas actione
contraria tutelae, seu curam man-
datae, seu negotiorum gestorum
petere valeat?

Cap. 3.

Quomodo probandae sint expensae,
ut in calculo rationis recipiantur?

Cap. 4.

An, & quando tutoribus, & cura-
toribus debeatur salarium?

Cap. 5.

Tutoribus, & curatoribus, &
quando vigesima pars fructuum
debeatur.

Cap. 6.

Utrum via executiva habeat locum
contra tutores, curatores, cete-
rosque administratores ante red-
ditam rationem?

Cap. 7.

Utrum tutoribus, & curatoribus,
ceterisque administratoribus de-
bitur manutentio, & retentio bo-
norum suae administrationis, tam
ante, quam post redditas ratio-
nes.

Cap. 8.
Quibus actionibus sint cogendi tu-
tores, curatores, ceterique ad-
ministratores ad factum praestan-
di rationes administrationis suae?

Cap. 9.

De Calculatoribus, Aestimatores,
seu Arbitratoribus ad rationes
dispungendas eligendis, ac de
eorum potestate, & jurisdic-
tione.

Cap. 10.

Quomodo tutor, vel curator pro
pupillo, vel minori, qui mansi in
capite, & administrationis casa-
sindis, seu in possessione, admini-
stratione hereditatis ceteris cohæ-
redibus, & creditoribus heredi-
tariis rationes reddere teneatur?

Cap. 11.

Pater tutor, vel mater tutrix libero-
rum seu alio titulo administran-
tes eorum bona quomodo ratio-
nes reddere teneantur?

Cap. 12.

Filius administrans paterna, vel ma-
terna bona, quomodo rationes
reddere teneatur?





LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Quo jure tutores, curatores, cæteri-
que administratores quocunque no-
mine dicti rationes sue administra-
tionis reddere teneantur? Et DD.
qui de materiâ rationis reddendæ
agunt, referuntur quamplurimi.

SUMMARIUM.

- 1 Divi Josephi auxilio implorato, tu-
tores, & curatores, cæterosque
alienarum bonorum administrato-
res teneri rationes reddere Au-
ctor firmat, & omni jure probat.
- 2 De jure Naturali teneri compro-
batur.
- 3 Unde etiam jure Divino futuri
particularis, & universalis judi-
cii exempla comprobant.
- 4 Et jure Canonico ita probari osten-
ditur.
- 5 Similiter de jure Civili probatur.
- 6 Doctores de materia agentes refe-
runtur.
- 7 Syndicum Communitatis, seu Uni-
versitatis reddita ratione, obtenta
liberatione, & lesione non appa-
rente, iterum reddere non cogitur.
- 8 De liberatione tutoris ratione red-
dita. Remissivè.
- 9 De actione tutelæ directæ, & uti-
li. Remissivè, & n. 17.
- 10 De actione tutelæ contrariæ? Re-
missivè, & n. 17.
- 11 Quomodo redditio rationis regis-
trari probetur? Remissivè.

- 12 Si minor in testamento jubeat, ne
à tutore ratio petatur, an liberati-
onem legare censetur? Remissivè.
- 13 Similiter ex quibus probetur rati-
ones redditas fuisse.
- 14 Et in quo loco reddende sunt.
- 15 An minor in bonis tutoris retentio-
nem habeat, dum ratio non reddi-
tur? Remissivè, & n. 42.
- 16 Et an tutor ante redditam ratio-
nem conveniri possit? Remissivè, &
an pro capitali.
- 18 De personis, quæ ad rationes red-
dendas tenentur. Remissivè.
- 19 An Clericus tutor laici ad seculare
forum trahi possit? Remissivè.
- 20 Utrum Ecclesiasticus Judex vim
faciat contra Confraternitates lai-
corum pro rationibus reddendis
procedens? Remissivè.
- 21 Similiter contra Monachos pro red-
denda ratione alicujus ultimæ vo-
luntatis.
- 22 Et quando in his casibus recursus
ad Coronam competat? Remissivè.
- 23 Quando frater administrans alias
rationes reddere teneatur, & quan-
do reddita præsumatur? Remis-
sivè, & n. 33.
- 24 Et quando super tutore calculi
transigi potest, & transactionem
revocari? Remissivè.
- 25 Quomodo Judex in reddendis rati-
onibus procedere debeat? Remissivè.
- 26 An obligatus ad ratiocinia, ad Ec-
clesiam confugiens, immunitatis
ejus gaudeat? Remissivè.

- 27 De ratiociniis inter socios. Remissivè.
- 28 De requisitis libri rationum; etiam remissivè.
- 29 Et quando conficere librum administratoris teneantur? Remissivè.
- 30 Et quid probet, & quantum liber mercatoris, vel alterius administratoris.
- 31 De patruo administrante bona communia inter se, & nepotem ex fratre rationem non reddente, an illius hæredes ignari de negotio rationem reddere teneantur? Remissivè.
- 32 Da materia administrationis, & an semel reddita ratione, de novo reddenda sit? Remissivè.
- 34 An hæredes administratoris rationem reddere teneantur? & quando reddendarum actio taciturnitate temporis censeatur remissa?
- 35 Liber Ecclesiæ quantum probet.
- 36 De calculo rationis revidendo erroris pretextu, & de transactione postea secuta. Remissivè.
- 37 Liberatio generalis à marito uxori facta de inventario non conficiendo, & ratione non reddenda, quid contineat? Remissivè.
- 38 An pro reddendis rationibus contra tutoris hæredes agi possit, & quomodo ipsa ratio reddenda? Remissivè.
- 39 Quilibet administrator licet pater, &c. rationem reddere tenetur, & quomodo libri conficiendi, & quid continere debeant?
- 40 Ratio per quos, & quomodo fiat, quando juramentum in litem locum habeat, calculatores quomodo, & quando eligendi? Remissivè.
- 41 Negotiorum gestor quando, & quomodo reddere debeat? Remissivè.
- 43 Liberatio ab infirmo, præsertim peste laborante præstita, favorabilis censetur.
- 44 Socius in conductione fructuum alicujus beneficii eos administrans, consocio reddere tenetur, & quando dicatur reddita, vel non, & de materia expensarum administrationis. Remissivè.
- 45 Deficientibus administratoris facultatibus, societas finitur; qui librum exhibere teneatur, qui rationes reddere, & qui reliquatum solvere; an ad solvendum capitale ante rationes discussas, & quid de damno societati ex culpa socii obveniente? Remissivè.
- 46 Tutrix, etiam si mater, debet pecunias pupilli in emptionem convertere, aliàs de interesse tenetur; de remedio adversus taxationem excessivam alimentorum, de nullitate alienationis, & de similibus. Remissivè.
- 47 De satisfactione expensarum à negotiorum gestore decus, & honorem consanguineorum concernentium? Remissivè.
- 48 Salarium itinerum pro negotiis computari debet, & veris creditoribus solutum, & justum assignari salarium, licet pro aliquo anno gratis administrasset; non debet tamen ei imputari casus fortuitus, nec se habere minus dure, vel rigorose cum creditoribus. Remissivè.
- 49 De rationis currentis prerogativa, & aliis in materia. Remissivè.
- 50 Quando tutorem rationes reddidisse, ac satisfecisse præsumatur.
- 51 An, quando, & quando actionis tutelæ præscribatur?
- 52 An in reddendis rationibus, & reliquorum solutione electionis fori beneficium competat?
- 53 Quid sit ratio, & quid continere debeat?
- 54 Qui rationem reddere teneantur?
- 55 De favore, & odio administratoris non reddentis rationem.
- 56 Administratores, an aliquo modo, vel pacto à reddendis rationibus liberari possint?
- 57 Rationes in quo tempore exigi possint?

- 58 *Ubi, & apud quem Judicem.*
- 59 *De personis calculatorum, eorum jurisdictione, ac potestate.*
- 60 *De inventario exhibendo.*
- 61 *De exhibitione libri rationis.*
- 62 *De fide adhibenda in rationibus libri camporum, & similium.*
- 63 *Quæ libro societatis in rationibus adhibenda.*
- 64 *De parcelis connexis, vel separatis in libro rationum descriptis, & de fide pro, & contra librum producentem.*
- 65 *Quomodo de pecuniis receptis administratores onerandi.*
- 66 *Lucri cessantis, vel damni emergentis ratio dispungi debeat.*
- 67 *Et quomodo de fructibus prædiorum.*
- 68 *Et de frumento, vino, aut oleo.*
- 69 *Et de fetibus pecorum.*
- 70 *De damnis ex malitia, vel negligentia.*
- 71 *De administratore doloso non redente, aut rationes dolosè intrincatas reddente; & an torqueri valeat?*
- 72 *Liquidatione accepti facta, an præ acceptis executari possit.*
- 73 *De alimentis ab administratoribus datis in calculo recipiendis.*
- 74 *De solutionibus factis computandis.*
- 75 *Et de donationibus.*
- 76 *Et de expensis.*
- 77 *Et de sumptibus Justitiæ.*
- 78 *Et de sallariis.*
- 79 *De decima fructuum.*
- 80 *De decima tutori, seu curatoris præstanda, & de quibus fructibus.*
- 81 *Et qualiter ex fructibus deducenda.*
- 82 *Rationes dispunctæ executioni mandanda.*
- 83 *De tertio nominando calculatore, aliis discordantibus.*
- 84 *Si calculator à Judice nominatus, vel ob contumaciam, vel ob discordiam ab aliis dissentiat, an secuta Judicis confirmatione calculatio executari debeat?*
- 85 *De executandis fidei jussoribus tutoris, vel curatoris pro reliquorum solutione.*
- 86 *De carcerandis administratoribus.*
- 87 *De exceptione compensationis.*
- 88 *De exceptione solutionis.*
- 89 *De exceptione erroris calculi.*
- 90 *De hypotheca in bonis administratorum.*
- 91 *De quitatione administratoribus concedenda.*
- 92 *Quibus ex causis ratio revidenda, & retractanda.*
- 93 *Quibus expensis ratio publica, seu privata revidenda sit, & quando dolosus administrator puniendus.*
- 94 *Qualiter percipiens alienos fructus rationem reddeat; omnia hæc remissivè.*
- 95 *Si ratio tutela à pluribus tutoribus, vel eorum hæredibus diversorum locorum petenda sit, in Curia causa introduci potest, sicut in quolibet judicio universalis contra plures diversi fori, & n. 98.*
- 96 *De ratione curatoris petenda, & à quo? Remissivè.*
- 97 *Miserabilis persona conventa ex administratione tutelæ fori beneficio caret.*
- 99 *De tutoris, & curatoris ratione, ejusdem tempore, modo, atque forma, & justificatione? Remissivè.*
- 100 *Mater tutrix pro tempore, quo administravit, rationem reddere tenetur; & ex quibus administratio probetur? Remissivè.*
- 101 *Mater tutrix à redditione non excusatur pro eo tempore, quo stetit in Monasterio, si voluntariè ingrediatur.*
- 102 *Restitutio dotis exceptione administrationis tutela non impeditur.*
- 103 *De omnibus, qui reddere tenentur, & de 13. requisitis necessariis, ut rationes reddantur. Remissivè.*
- 104 *Administrator solvens, an de suis, vel de pecuniis administrati solvere præsumatur? Remissivè.*
- 105 *An probatio administrationis tutela*

- tula singulatim de rebus administratis fieri debeat.
- 106 *Redditio rationis quomodo remissa probetur.*
- 107 *Si à testatore remissa est redditio, administrator readere non tenetur, nisi de dolo vero constet.*
- 108 *Quid si amplius testator liberam facultatem disponendi de fructibus hereditatis concesserit? Remissivè.*
- 109 *Capitulum de administratis per se Episcopo rationem reddere tenetur.*
- 110 *Quando propria auctoritate, officialis, seu administrator sibi solvere possint fructus ex bonis administratis suos facientes? Remissivè.*
- 111 *Quisque administrator massarie pecudum librum, & qua forma tenere debet? Remissivè.*
- 112 *Socius, seu administrator ante rationes redditas debitor non dicitur.*
- 113 *Nunquid tutor, seu administrator ante rationem actione spoli conueniri possit? Remissivè.*
- 114 *Tutor, vel curator ante rationes ad reddendam pecuniam pupilli non tenetur.*
- 115 *Judicium rationum, an sit civile, vel criminale, quandoque administrator ante rationem carcerari, detineri, vel condemnari possit, donec de judicato solvendo caveat? Remissivè.*
- 116 *Tutores quatenus rationes reddere teneantur? Remissivè.*
- 117 *Creditor exigere debitum certum, & liquidum impeditur, pro illiquido pendente à redditione rationum.*
- 118 *An creditori ex una causa obstat exceptio remissionis administrationis diversæ; & an socio pecuniam suam propriam particulari contractu credenti exceptio administrationis obstat? Remissivè.*
- 119 *De personis oneri redditionis subjacentibus.*
- 120 *An quilibet ex pluribus administratoribus in solidum, vel pro parte administrare teneatur?*
- 121 *Quibus, & in quorum presentia ratio reddenda.*
- 122 *Quando, & quo tempore.*
- 123 *Quo in loco.*
- 124 *Et quomodo; & de inventario pro primo requisitio excutiendo.*
- 125 *Pro secundo, de libro exhibendo.*
- 126 *Pro tertio, modus conscribendi librum, & quod rigidè nimis cum administratore agendum non sit.*
- 127 *Pro quarto de pecunia, aliisque rebus ad acceptorum classem referendis.*
- 128 *Pro quinto, de negligentia, culpa, & ex casu rationem reddere.*
- 129 *De expensis ab administratoribus factis, vel faciendis.*
- 130 *De expensarum probatione, & de sexto requisito rationum.*
- 131 *An, & quando liber rationum fidem faciat, vel non?*
- 132 *De reliquorum solutione pro ultimo requisito.*
- 133 *Rationes semel examinatae, an, & quando ad novum examen revocandæ?*
- 134 *An, & quando administrator de suo credito satisfecisse sibi presumatur; & quando expensæ factæ animo non repetendi censeantur; & quando in culpa administrator esse dicatur? Omnia, remissivè.*
- 135 *Alia multa remissivè in materia, & jam supra summata ex Casilii. & Leonard. refert.*

DIvo Josepho, Christi Domini Putativo Patri, Dei Matris Sponso Duce, incipit Tractatus quartus de rationibus distrahendis, cujus favore, & auxilio eum incipere, continuare, ac finire speramus, & quo Patrono habito, nihil arduum nobis erit, ac difficile, & ad

ad materiam, ejus auxilio implorato, accedentes, tutores, curatores, cæterosque bonorum alienorum administratores quocumque nomine dictos teneri suæ administrationis rationes reddere, tam de jure Naturali, quàm Divino, tam de jure Canonico, quàm Civili, affirmamus, & probamus.

Jure Naturali, (ut Philosophorum more procedamus) jam nulli dubium est, quod ultimum justitiæ præceptum, scilicet, alterius distributivum, est de ipsius naturalis legis ratione intrinseca, ut docet *Aristotel. in lib. 8. Physicor. in lib. 2. de Anima in lib. 1. § 12. Metaphysicæ, in lib. 5. Moral. Avicena lib. 1. Naturalium, D. Thom. lib. 4. Sentent. dist. 46. q. 1. D. Hieronym. in lib. de Virginitat. ad Demetried.* Unde sequitur, quo ad hoc, ut unicuique suum tribuatur ad gestorum alienorum bonorum rationem reddendam, jure naturali quemlibet obstringi, *Borel. consil. seu controuv. jur. cons. seu contr. 31. n. 5. qui plures refert.*

Jure Divino futuri, particularis, & universalis judicii exempla demonstrant, quod unusquisque suorum factorum rationes reddere cogitur, de quo *Job cap. 19. vers. 29. ibi: Fugite ergo à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse judicium: ib. Pineda, David, Psalm. 109. vers. 6. ib. Judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. ibi Lorinus, & Hugo. Isaias cap. 13. vers. 9. ib. Ille dies Domini crudelis indignationis, plenus iræ, furorisque adponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos; de ea ib. Pineda, Oleaster, Pinto, & alii. Paul. secundo ad Corinth. cap. 7. vers. 10. ibi: Omnes vos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonorum, sive malorum; & ad Romanos cap. 14. vers. 18. ibi: Itaque unusquisque nostram proserationem reddet Deo. Luc. cap. 16. vers. 2. ibi: Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te?*

Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare. Matth. cap. 12. vers. 36. ibi: Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Petrus Epistol. 1. cap. 3. vers. ibi: Dominum autem Christum sanctificate in coraibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de eâ, quæ in vobis est; & cap. 4. vers. 5. ibi: Reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos, & mortuos.

Jure Canonico probatur ex *tx. in cap. qualiter, & quando 24. de accusat. ubi communiter Canon; maximè Feros. Barb. Gonçal. Fagnan. Escob. de ratioc. cap. 1. n. 5. & quamplurim alii.*

Jure Civili probatur ex ferè innumerabilibus juribus, inter quæ sunt *tx. capitales in l. 1. §. ex offic. & §. de rationibus, & ferè per tot. tit. ff. de tutel. & rationib. distrabend. l. ration. l. ad-vers. cod. de administrat. tutor. l. tutel. l. omnes tutor. cod. arbitr. tutel. §. fin. Instit. de Atillian. tutor. Ord. lib. 1. tit. 87. §. 49. & tit. 62. §. 29. §. tutores 4. Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. & mille alia jura, de quibus *Heferus in tractat. de rationib. reddend. earumque revisione; Escob. de ratioc. cap. 1. n. 5.**

Doctores, qui de hac materia egerunt, sunt penè infiniti, & ultra antiquiores, quos omittimus, & ultra ordinarios, ad prædicta jura fecit integrum tractatum de ratiociniis *Escob. & agunt de materiâ Paris. cons. 96. n. 1. & 34. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 209. per tot. Camil. Borrel. cons. 31. per tot. & cons. 36. per tot. & cons. 95. per tot. & cons. 18. ubi per totum; quod Communitatis, sive Universitatis Syndicus, reddita ratione administratorum, & liberatione obtenta, non apparente læsione, rationes iterùm reddere non cogitur, *Salgad. de protect. reg. 2. p. cap. 11. per tot. Solorsan. tom. 2. de jur. Indiar. lib. 5. cap. unic. à n. 119. & lib. 6. Politicor. cap. 16. Escalon. lib.**

2. *Gazophil. cap. 16. per tot. § lib. 1. cap. 22. Ricc. p. 4. collect. 434. per tot. Tondut. lib. 2. q. 68. per tot. Cov. practicar. cap. 10. à n. 3. Barb. voto 126. n. 311. Barb. in l. 19. ff. de Judic. Pareja de instrum. edition. tit. 9. resol. 1. à n. 7. Carlev. de Jud. tit. 1. disp. 2. à n. 168. Cyriac. contr. 411. latissimè Balth. Thom. de tutor. tit. 34. à n. 5. ad 245. § tit. 35.*
- 8 *ubi per totum de liberatione tutoris, reddita ratione, à n. 1. ad 52. § t. 36.*
- 9 *ubi per totum de actione tutelæ directæ, & utili, à n. 1. ad 220. § tit. 37.*
- 10 *ubi per totum de actione tutelæ contrariæ à n. 5. ad 40. cum tribus sequentibus Manz. de tutel. § curat. p. 2. t. 3. § 4. per tot. Piag. de tutel. q. 19. per tot. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 24. à n. 6. § lib. 3. q. 58. per tot. Montan. de tutel. cap. 38. § 39. § 40. per tot. Borg. Cavalcant. de tutor. à n. 202. Gutter. de tutel. § curator. 1. p. cap. 8. à n. 45. § 3. p. cap. 1. per tot. Dandeur. in patroc. pupil. cap. 12. § 13. per tot. Cyriac. contr. 163. § 243. per tot. Donel. lib. 15. comment. jur. civil. cap. 18. cum sequentibus, Fab. de errorib. decad. 5. error. ult. Vela disert. 1. n. 12. Vigel. lib. 5. jur. civil. cap. 19. cum sequentibus, DD. Hispaniæ ad l. fin. tit. 16. part. 6. Castejon. in alphab. jur. verb. ratio; Sabel. de eodem verb. Berthachin. de eod. in verb. ratio, Tusc. in dict. verb. ratio, Mascard. de probat. conclus. 1257. ubi per totam rationis redditio ab administratione alienorum negotiorum quomodo remissa probetur à n. 1. ad 20. Gusman. veritat. 13. per tot. ubi, an minor, qui in testamento jussit, ne à tutore petatur ratio de tutela, quam gesserat, ex eo visus sit ei legare liberationem, de quo etiam Cyriac. contr. 412. Flores 1. var. q. 65. ubi per tot. Cyriac. contrav. 28. ubi per totam; ex quibus probetur rationes fuisse redditas, Amat. 1. var. cap. 59. Nogueirol. alleg. 1. à n. 102. Carlev. de Jud. tit. 1. disp. 2. à n. 1139.*
- 14 *ubi agit de loco, ubi sit ratio reddenda, de quo etiam Olea de cession. jur. tit. 1. q. 6. à n. 57. Leon. decis. 17. à n. 14.*
- ubi an minor habeat retentionem bonorum, tutoris sui non reddita ratione, Surd. decis. 184. ubi per totam, an tutor possit conveniri ante redditam rationem, de quo etiam Carlev. t. 3. disp. 7. à n. 9. & an pro capitali, Valens. conf. 147. per tot. Fontan. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. p. 12. n. 49. Petrus Gregor. lib. 13. Syntagm. jur. cap. 10. § 11. ubi per tot. de actione tutelæ utili, directæ, ac contrariæ; Roland. lib. 1. conf. 49. ubi per tot. de personis, quæ rationes reddere tenentur; Vela disert. 40. ubi per tot. de Clerico tutore laici, an ad sæculare forum pertineat; & disert. 43. per tot. Cevalb. de cognit. per viam violentiæ q. 123. ubi per tot. utrum Judex Ecclesiasticus faciat vim procedendo contra Confraternitates laicorum ad reddendas rationes; & q. 71. ubi per totam, utrum Judex Ecclesiasticus faciat vim, procedendo contra Monachos Regulares pro ratione reddenda alicujus ultimæ voluntatis, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. cap. 2. n. 361. § 367. § 457. § 458. § 473. § 482. 487. 490. § 496. § 691. § 712. § 778. § 803. § 814. § 744. ubi quando competat recursus ad Coronam à Judicibus Ecclesiasticis petentibus rationes Posth. resol. 29. ubi per tot. quando frater administrans teneatur aliis rationem reddere, & quando reddita præsumatur, Urceol. de transact. q. 98. ubi per tot. quando super errore calculi transigi possit, & possit transactio revocari in totum, vel in parte, & Forens. cap. 55. ubi per tot. qualiter Judex procedere debeat in reddendis rationibus per tutores administrationum; Cortiad. decis. 70 à n. 20. ubi, an obligatus ad reddenda ratiocinia ratione alicujus administrationis confugiens ad Ecclesiam, ejus immunitate gaudeat; Harpetr. & cæteri Instatutar. ad §. tutores 4. Inst. de obligat. quæ ex quas. contract. nascunt. Arouc. alleg. 49. ubi per tot. de materia ratiocinii inter socios, Hiltrop. in proces. Judic. 3. p. cap. 15. ubi per tot. de requisitis libri rationum; Farin. in*

29 *rin. in repertor. de judic. ubi per tot.* quando administratores teneantur conficere librum rationis, & quando de administratione teneantur reddere rationem; & *q. 60. ubi per tot.* liber rationum privatus quid probet, & quid de libro rationum alicujus mercatoris, seu alterius administrationis; *Cephal. conf. 7. ubi per tot.* patruus, qui administravit bona communia inter se, ac nepotem ex fratre, si nepoti administrationis rationem non reddit, factò, & culpa ipsius nepotis, an hæredes patrui de negotio ignari, & non edocti, administrationem ipsam reddere teneantur; & *conf. 192. ubi per tot.* de materia administrationis, & an, semel reddita ratione, denuò reddenda sit, maximè si administrator fuit liberatus; & *conf. 353. ubi per tot.* frater natu maior, qui administravit bona communia, an teneatur fratribus minoribus rationem reddere, & reliqua solvere; & *conf. 466. ubi per totum;* administrator bonorum alterius, si vivens rationem non reddiderit, hæres teneatur illam reddere, & an talis rationis reddendæ actio remissa taciturnitate temporis censeatur; & *conf. 508.* ubi liber Ecclesiæ quantum probet; & *conf. 562. per tot.* calculus rationis, an, & quando docto de errore possit revideri, & de transactione postea subsecuta; & *conf. 575.* liberatio generalis facta à marito uxori de non faciendo inventarium, & de ratione administrationis non reddendæ, quid contineat, per totum; & *conf. 674. ubi per tot.* an pro reddenda administrationis ratione possit agi contra tutoris hæredes, & quomodo ratio ipsa sit reddenda, & *conf. 678.* ubi ferè per totum, quod administrator quilibet, & si pater, frater, procurator Fisci, aut Summus Pontifex tenetur reddere rationem; & libri privatæ administrationis quomodo sint conficiendi, & quid continere debeant; *Bursat. lib. 1. conf. 105. ubi per tot.* redditio rationum per quos, & quomodo fiat juramen-

tum in litem, quando contractum, qui rationem reddere tenetur, præstetur, calculatores quomodo, & quando eligantur; *Hugo conf. 190. ubi per tot.* negotiorum gestor an, & quando, & quomodo rationem reddere debeat; *Paris. conf. 219. per tot. Fontanel. decis. 544. & 545. ubi per tot.* tutori, an sit danda manutentio bonorum pupilli post finitam tutelam ratione adhuc non reddita, nec examinatis computis; *Valens. conf. 224. ubi per tot.* quod liberatio alicui legata ab infirmo, præsertim peste laborante, favorabilis censeatur; & *conf. 145. ubi per tot.* quod socius in conductione fructuum alicujus beneficii, qui primò eos administravit, tenetur etiam rationem reddere confocio, & quando dicatur, vel non reddita ratio, & de materia expensarum administrationis; & *conf. 147. ubi per tot.* quod societas finitur deficientia facultatum administratoris illius; qui tenetur librum exhibere, rationes reddere, & reliquatam solvere, an compelli possit ad solutionem capitalis à socio accepti ante rationes discussas, & quid de damno obveni-enti societati ex culpa socii; & *conf. 148. ubi per totum,* quod tutrix, etiam si mater sit, debet pecunias pupilli in emptionem convertere annuorum introituum, aliàs tenetur ad interesse, & de remedio adversus taxationem excessivam alimentorum, & de nullitate alienationis, seu donationis factæ per pupillum ejus matri, & tutrici, illa authorante; qualiter illi consulatur adversus illam, etiam si juraverit, & de revocatione ob nativitatem liberorum; & *conf. 154. ubi per totum;* de satisfactione expensarum factarum à negotiorum gestore in causa, seu pertensione concernente decus, & honorem consanguineorum ex ordine, & commissione alicujus ex eis; & *conf. 179. ubi per tot.* quod administratori debet in computum admitti salarium itinerum pro negotiis administrationis, & solutiones factæ illius veris creditoribus,

41

42

43

44

45

46

47

48

- ribus, & assignari justum salarium, & si pro aliquo anno gratis administrasset, & non deberi imputari, si non minus dure, & rigore se habuit cum debitoribus, nec casus fortuitos, qui vi fluminis evenerunt molendino, aut clusæ; & *conf. 78. ubi per tot. de rationis currentis prerogativa, & solutione, in quam causam præsumatur facta, & plura de compensatione, & de libris campforum, an fides illis adhibeatur, præsertim si foro cesserunt, decoctique fuerunt; Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 77. ubi per tot. an, & quando tutor rationes reddidisse, ac satisfecisse præsumatur; & cap. 97. ubi per tot. an, & quandiu actioni tutelæ præscribatur; Novar. in prax. de elect. § variat. fori ad l. unicam cod. quand. Imper. inter pupillum, & viduam 1. p. sect. 4. q. 34. ubi per tot. electionis fori beneficium, an competat in redditione rationum, & reliquorum solutione; à n. 1. ad 9. Escob. de ratioc. ubi cap. 1. de oper. præfatione; cap. 2. Ratio quid sit, quid ve continere debeat cap. 3. de his, qui rationem reddere adstringuntur; cap. 4. de favore, & odio administratoris non reddentis rationem; cap. 5. administratores, an aliquo modo, vel pacto à reddendis rationibus liberari possint; cap. 6. rationes, quo tempore ab administratoribus exigi possunt; cap. 7. ubi, & apud quem Judicem pro ratione administrationis reddendæ agendum sit; cap. 8. de personis calculatorum, ac de eorum jurisdictione, & potestate; cap. 9. de inventario ab reddentibus rationem exhibendo; cap. 10. de exhibitione libri rationis; cap. 11. de fide, quæ adhiberi debet in rationibus libri campforum, banqueriorum, seu mercatorum; cap. 12. de fide libro societatis in rationibus adhibenda; cap. 13. de parcelis connexis, vel separatis in libro rationum descriptis, ac de fide libri rationis pro, & contra illum producentem; cap. 14. qualiter de pecuniis receptis sint administratores onerandi; cap. 15. lucri cessantis, vel damni emergentis ratio qualiter dispungi debet; cap. 16. administrator qualiter de fructibus prædictorum sit onerandus; cap. 17. de frumento, vino, aut oleo administratoribus onerando; cap. 18. de fætibus pecorum qualiter onerandus sit administrator condemnatus ad restitutionem pecorum cum partibus; cap. 19. de damnis ex malitia, vel negligentia administratoris onerandis; cap. 20. dolosus administrator, qui aut rationes non reddidit, aut eas dolosè intricavit, aut conturbavit, ita ut veritas nequaquam apparere valeat, an pro erudenda veritate torqueri possit; cap. 21. liquidatione accepti facta, an pro acceptis executari possit; cap. 22. de alimentis ab administratoribus datis in calculo recipiendis; cap. 23. de solutionibus ab administratoribus factis, ab illisque receptis in calculo recipiendis, cap. 24. de donationibus ab administratoribus factis in calculo recipiendis; cap. 25. de expensis ab administratoribus in calculo recipiendis; cap. 26. de sumptibus justitiæ in calculo recipiendis; cap. 27. de salariis ab administratoribus datis, ab ipsisque recipiendis; cap. 28. de decima fructuum, quibus administratoribus in præmium laboris præstari debeat; cap. 29. de decima tutori, seu curatori præstanda, & de quibus fructibus præstari debeat; cap. 30. decima tutori præstanda qualiter ex fructibus deducenda, cap. 31. rationes legitimè dispunctæ, quando executioni mandari debeant; cap. 32. de tertio nominando calculatoribus partium discordantibus; cap. 33. calculator à Judice nominatus ob contumaciam partis nominare nolentis, vel tertius in casu discordiæ, si dissentiat ab aliis calculatoribus, vel ab altero illorum, an secuta Judicis confirmatione calculatorio executione mandari valeat; cap. 34. de executione reliquorum adversus fidei-jussorem tutoris, vel curatoris facienda; cap. 35. de captura administratorum*

- 87 rum in executione reliquorum; *cap.* 36. de exceptione compensationis ad-
 88 versus executionem reliquorum op-
 89 posita; *cap.* 37. de exceptione solutio-
 90 nis in executione reliquorum oppo-
 91 sita; *cap.* 38. de exceptione erroris cal-
 92 culi in executione pro reliquo oppo-
 93 nenda; *cap.* 39. de his, qui tacitam
 94 hypothecam in bonis suorum admini-
 95 stratorum habent; *cap.* 40. de libera-
 96 tione, sive de quitatione administram-
 97 tori concedenda, quibus clausulis fir-
 98 mari debeat; *cap.* 41. rationes semel
 99 dispunctæ, quibus ex causis iterum pos-
 sint revideri, & retractari; *cap.* 42.
 quorum expensis publicæ, & privatæ
 rationes sint revidendæ, quibus vè ex
 causis dolosi administratores puniendi;
Gal. de fructib. disp. 35. *ubi per tot.* qua-
 liter de fructibus bonorum alienorum
 teneatur rationem reddere, eos perci-
 piens; *Lar. in compend. vit. homin. cap.*
 21. n. 48. *Ric. collect.* 366. ubi docent,
 quod si petatur ratio tutelæ contra
 plures tutores, vel eorum hæredes di-
 versorum locorum potest causa intro-
 duci in Curia, & in quolibet iudicio
 universali intentato contra plures di-
 versi fori; *Narbon. de etate requisita*
ad omnes actus humanos à n. 18. q. 4.
ubi per tot. de ratione à curatore pe-
 tenda, & à quo; *Novar. post prim. part.*
tract. de elect. § variat. for. decis. 29.
ubi per tot. quod miserabilis persona
 non declinat forum, quando conveni-
 tur ex administratione tutelæ; & *in 1.*
p. ejusd. tract. sèct. 4. q. 34. à n. 1. ad 9.
Lar. in compend. de vit. hom. n. 40. ubi
 quod si petatur ratio tutelæ contra
 plures tutores, vel eorum hæredes di-
 versorum locorum, potest causa intro-
 duci in Curia, & in quolibet iudicio
 universali contra plures diversi fori,
 vel si bona sint in diversis territoriis
 coram diversis iudicibus; *Jodoc. Dam-*
houd. in patroc. pupillor. cap. 1. de tu-
 toris, & curatoris ratione, ejusdem
 tempore, modo, atque forma; & *cap.*
 2. § 3. *per tot.* § *cap. unic. per tot.* de tu-
 torum, & curatorum rationis justifi-
 catione; *Seraphin. dec.* 1408. *ubi per tot.*
 quod mater tutrix tenetur reddere ra-
 tionem pro tempore, quo administra-
 vit, & administratio tutelæ, ex quibus
 probetur; & *decis.* 1473. ubi quod ma-
 ter tutrix non excusatur à redditione
 administrationis de tempore, quo stet-
 tit in Monasterio, quando ingressus
 fuit voluntarius; & *decis.* 1455. *ubi per*
tot. quod restitutio dotis facienda per
 exceptionem administrationis tutelæ
 impediri non potest; *Rebus. in l. boves*
 89. ff. *de verbor. significat.* ubi agit de
 omnibus, qui tenentur reddere ratio-
 nem, & refert decem, & tria requi-
 sita ad hoc, ut rationes reddentur;
Mascard. de probat. conclus. 53. *ubi per*
tot. administrator solvens, an de suis,
 vel pecuniis ejus, cujus bona admini-
 strat, solvere præsumatur; § *conclus.*
 54. *ubi per tot.* an probatio administra-
 tionis tutelæ debeat fieri singulatim de
 rebus administratis; & *conclus.* 1257. *ubi*
per tot. rationis redditio, quomodo re-
 missa probetur; *Farinac. tom. 1. decis.*
 377. *ubi per tot.* administrator, cui à
 testatore remissa est redditio rationum,
 non tenetur de administratis rationem
 reddere, nisi constet de illius vero do-
 lo; & quid si amplius idem testator illi
 concesserit liberam facultatem dispo-
 nendi de fructibus hæreditariis; & *de-*
cis. 402. *ubi per tot.* quod Capitulum de
 administratis per se de bonis Ecclesiæ
 tenetur Episcopo reddere rationem;
 & *decis.* 451. *ubi per tot.* tutor officialis,
 seu alius administrator creditor illius,
 cujus bona administrat, quando prop-
 ria autoritate possit sibi satisfacere,
 faciendo fructus suos ex bonis admini-
 stratis perceptos; & *tom. 2. decis.* 690.
ubi per tot. quod quisque administra-
 tor etiam massariæ pecudum debet te-
 nere librum suæ administrationis, qui
 propterea debet continere data, & ac-
 cepta, ex qua causa nominatim, &
 qua die; *Farin. 2. p. decis.* 149. *ubi per*
tot. quod focius, seu administrator non
 dicitur in pecunia debitor, antequàm
 rationem reddierit, & computorum
 B solida-

- 113 solidationem; § 156. ubi per tot. nun-
quid tutor, seu administrator ante red-
ditam rationem actione spolii conve-
niri possit ad certum debitum; *Fa-*
114 *chin. lib. 8. contrav. cap. 58. ubi per tot.*
quod tutor, vel curator ad reddendam
pecuniam pupilli ante redditas ratio-
nes non tenetur; *Ausald. de comerc. §*
115 *mercat. discurs. 36. ubi per tot.* Judici-
um redditionis rationum, an sit civili-
le, vel criminale, & quando admini-
strator ante dispunktas rationes possit
carcerari, vel condemnari, vel deti-
neri in carcere, donec dederit cauti-
onem de judicatore solvendo in judi-
cio redditionis rationum; *à n. 1. ad 47.*
Math. Berlich. practicar. conclus. tom.
116 *2. conclus. 12. ubi per tot.* tutores qua-
tenus rationes reddere teneantur; *Lu-*
117 *ca de credito discurs. 61. ut per tot.* ut
creditor impediatur exigere debitum
certum, & liquidum pro debito illi-
quido, pendente à redditione rationum
administrationis ad eò, ut intret com-
118 pensatio, vel non; § *discurs. 62. ubi*
per tot. an scilicet creditori ex una
causa obstat exceptio redditionis ad-
ministrationis diversæ, & an socio,
qui in causa negotii socialis propriam
pecuniam cum particulari contractu
credidit, dicta exceptio administratio-
nis obstat; *Joan. Heef. de rationib. red-*
119 *dend. earumque revis. loc. 1. ubi per tot.*
de personis reddendarum rationum
120 oneri subjacentibus; *loc. 2. ubi per tot.*
pluribus administratoribus constitutis,
an quilibet in solidum, vel pro parte,
121 administrare teneatur; *loc. 3. ubi per*
tot. quibus, & in quorum præsentia
122 ratio sit reddenda; *loc. 4.* quando, &
quo tempore ratio sit reddenda; *loc. 5.*
123 ubi, & quo in loco ratio sit reddenda
124 *loc. 6.* quomodo ratio sit reddenda,
ubi requisitum rationum reddendarum
primum, id est, inventarium excuti-
125 tur; *loc. 7.* ubi requisitum reddenda-
rum secundum de conficiendo, & ex-
126 hibendo rationum libro; *loc. 8.* ubi
requisitum reddendarum rationum,
tertium, ubi modus conficiendi librum
rationum, & quod rigidè nimis cum
administratore non sit agendum, osten-
ditur; *loc. 9.* ubi requisitum reddenda-
127 *rum rationum quartum complectitur,*
ubi agitur de pecunia, aliisque re-
bus ad acceptorum classem referendis;
loc. 10. ubi administrator quatenus de
128 negligentia, culpa ex casu rationem
reddere tenetur; *loc. 11.* ubi de ex-
129 pensis administratoribus factis, vel fa-
ciendis; *loc. 12.* ubi de expensarum
130 probatione, & de requisito rationum
sexto; *loc. 13.* ubi liber rationum ab
131 administratore confectus, an, & quan-
do fidem faciat, vel non; *loc. 14.* ubi
132 ultimum rationum requisitum reli-
quorum scilicet solutionem examinans;
loc. 15. § *ult.* rationes semel examina-
133 tæ, & excusæ, an, & quando ad no-
vum examen revocari, repetique pos-
sint, ac debeât, *Jul. Caup. tom. 3. discept.*
134 *152. ubi per tot.* administrator, an, &
qualiter sibi satisfecisse præsumatur de
credito, quod habet in bonis, quæ ad-
ministravit, & quando expensæ factæ
ab administratore non censeantur fa-
ctæ animo repetendi; & quando in
culpa esse dicatur, latè omnia demon-
strantur *Didac. de Castilb. de ratiocin.* 135
tractatu lingua Hispana composito, ubi
agit 1. p. quid sit ratio, 2. p. agit de
personis obligatis ad reddendas ratio-
nes, 3. p. de quibus sit ratio præstan-
da, 4. p. de modo, quo ratio reddenda
est, 5. p. quando administrator tenea-
tur reddere rationem, 6. p. de loco ubi
est reddenda ratio, 7. p. quo modo
est faciendus liber rationis, 8. p. de
probatione, quam facit liber rationis,
9. p. de rebus, quas possunt, & non
possunt facere administratores ratione
sui officii, 10. p. de personis ad revi-
dendas rationes de erroribus accusatis,
11. p. de tempore, intra quod revisio
est petenda, 12. p. de residuo rationis
domino solvendo, 13. p. agit, an, &
quando administrator præsumatur di-
ves factus ex mala administratione, 14.
p. de copia rationis præstanda, & de
instrumento liberationis *Leonard. Du-*
ard.

ard. de societate lib. 3. cap. 6. ubi p. 2. per tot. an administrator societatis teneatur reddere rationem sociis, § q. 3. per tot. an possit rationes reddere in cartis, & foliis, vel teneatur librum rationis conficere, § q. 3. qualis debeat rationis, ut fides ei adhibeatur, § q. 4. an teneatur librum rationis folio petenti exhibere, § q. 5. in quo loco rationes sint reddendæ, § q. 6. qualiter calculus sit conficiendus, § q. 7. an calculatoribus debeatur fallarium, § q. 8. an calculus habeat vim sententiæ, § q. 9. an calculus confirmatus à Judice habeat vim sententiæ, an executio calculi retardari possit, opposito onere calculi q. 10.

CAPUT II.

Actio de rationibus distrahendis quibus, & adversus quos concedatur, vel non?

SUMMARIUM.

- 1 *Actio ex obligatione tutela, seu cura pro rationibus distrahendis pupillo, vel adulto competit.*
- 2 *Et eorum heredibus de eo, quod vivo pupillo, seu adulto ablatum est.*
- 3 *Actio rei persecutoria heredi actoris, licet delictum quoque versetur, competit.*
- 4 *Competit etiam actio pro rationibus ei, cujus bona per alium administrata fuerunt.*
- 5 *Quilibet administrator rationem reddere tenetur, etiam si pater, dum non est legitimus administrator, puta in castrensibus, & similibus.*
- 6 *Mater etiam, vel tutrix, vel alio quocumque modo bona filiorum administrans, reddere rationem tenetur.*
- 7 *Etiam pro tempore, quo voluntarie stetit in Monasterio, si administrasse probetur, licet tutela decreta non fuisset, & contra eam in litem juratur, & n. 8.*

- 8 *Ascendentes tam masculi, quam femine etiam rationem reddent, & administrassent.*
- 9 *Filius bona patris, vel matris administrans, rationem debet reddere, licet in vita parentis non petierint.*
- 10 *Vel si patris, vel matris curator constitutus fuit.*
- 11 *Frater etiam bona fratris administrans reddere tenetur.*
- 12 *Quomodo reddere teneatur, & redacta censeatur, & contra fratrem in litem juratur? Remissivè.*
- 13 *Patruus, avunculus, amita, vel avuncula etiam reddere tenentur, etiam si aliqua tantum negotia gesserint.*
- 14 *Procedit quoque in omnibus sanguine conjunctis tam ascendentibus, quam collateralibus, cujuscumque gradus sint.*
- 15 *Maritus etiam de bonis, quæ non administrat uti legitimus administrator, reddere tenetur, matrimonio soluto, & de eorum fructibus, & n. 16.*
- 17 *Uxor remanens pro dote in retentione bonorum mariti, creditoribus, & aliis rationem reddere tenetur.*
- 18 *In capite casalis remanens similiter reddere tenetur.*
- 19 *Heres, sive testamentarius, sive legitimus administrans cæteris coheredibus etiam reddet.*
- 20 *Idem de fideicommissariis dicendum. Remissivè.*
- 21 *Idem de creditoribus? Remissivè.*
- 22 *Idem de legatariis. Remissivè.*
- 23 *Et idem in executore ultimarum voluntatum.*
- 24 *Et in executore sententiarum. Remissivè.*
- 25 *Idem in socio administrante praticandum.*
- 26 *Idem in negotiorum gestore.*
- 27 *Ad quod, & alia actio negotiorum gestorum competit? Remissivè.*
- 28 *Idem in procuratore tam ad negotia,*

- tia, quàm ad judicia; & quando ad usuras teneatur? Remissivè.
- 29 *Securus etiam administrans rationem reddet, & si antea vendatur, emptor domino revendere compellitur, ut rationem præstet.*
- 30 *Quilibet bonorum alienorum administrator non solum de bonis ipsis, sed etiam de eorum fructibus rationes reddet.*
- 31 *Similiter factores, & institores rationem reddent eis, qui eos deputarunt; ubi de complementariis, & conresponsalibus. Remissivè.*
- 32 *Idem de Hospitalario, seu Orphanotropho.*
- 33 *Et etiam Pedagogus, seu Præceptor pecuniam recipientis reddere tenentur.*
- 34 *Si verò certa pecunia in singulis annis constituatur, tunc rationes non reddet, sicut plus expensum non recuperat.*
- 35 *Capitulum, Sede vacante, negotia Episcopatus gerens, rationem præstabit.*
- 36 *Visitatores Prælato inferiores visitationis rationem reddere tenentur, & acta exhibere.*
- 37 *Vicarius, seu Parochus Ecclesie Patrono reddet rationem.*
- 38 *Decuriones, Consules, & Civitatum, seu Oppidorum Rectores rationem etiam reddere tenentur.*
- 39 *Similiter Thesaurarii, seu Exactores.*
- 40 *Et si plenè non reddiderint, non liberantur, licet à Rege quitationem habeant.*
- 41 *Sequestrarius tam publicus, quàm privatus de bonis, & eorum fructibus rationem reddere tenentur.*
- 42 *De quibus Curatus rationem præstabit?*
- 43 *Et de quibus Patrono Ecclesie?*
- 44 *Coadjutor etiam rationes præstabit.*
- 45 *Provisor, seu receptor, & omnes alii administratores.*
- 46 *Creditor etiam, qui bona debitoris ex causa judicati administravit.*
- 47 *Vel qui ex causa pignoris bona debitoris retinet.*
- 48 *Vel ex causa hypothecæ.*
- 49 *Usufructuarius proprietario rationem reddere tenetur.*
- 50 *Episcopus etiam relicta pauperibus distribuens rationem reddere tenetur: in Confraternitatibus non solum de bonis, & redditibus, sed etiam de elemosinis ratio reddenda est.*
- 51 *Actor, seu Syndicus Universitatis rationem præstabit.*
- 52 *Licet administrator minor sit, rationem reddere tenetur.*
- 53 *Mercatores, & alii, qui gabellas solvunt, de emptionibus reddere tenentur.*
- 54 *Promittens de aliqua re rationem præstare, eam reddet, licet aliàs à reddendo immunis esset.*
- 55 *Judex, & Magistratus non solum pro se, sed pro suis officialibus rationem præstabunt.*
- 56 *Licet non sit in usu redditio rationum, omnis administrator eam reddet.*
- 57 *Etiam non requisiti rationem præstabunt.*
- 58 *Assumens administrationem de facto, & juris ordine prætermisso, reddere rationem tenetur.*
- 59 *Sententia mortem inferens executioni non demandatur, donec condemnatus rationem reddat.*
- 60 *Quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius, sive à lege, Judice, vel parte constitutus, sive cum mandato, sive sine illo, rationem præstabit, licet Summus Pontifex sit; & ad id hæredes tenentur.*
- 61 *Rationem reddere debentes certo tempore, sunt in mora non reddendo.*
- 62 *Edereque libros legitimè confectos, calculum proponere, reliqua reddere, & solutione moram purgare tenentur.*
- 63 *Negligens in exigendo, vel revivendo*

- dendo computa rationis à Ministro subalterno statutis temporibus pro illo tenetur.
- 64 Minor ratione publicæ administrationis etiam sine solemnitatibus statutariis obligatur rationem præstare.
- 65 Administrator neque partium pacto, neque testatoris voluntate, aut dispositione à reddendo liberatur, neque institutor Hospitalis, seu Capellæ clausulam imponere potest, ut administrator alicui rationem non reddat.
- 66 Licet administratores de suo impendisse, & pecuniam dominorum non attigisse prætendant, rationem reddere tenentur.
- 67 Condemnatus ad reddendas rationes, non obstante appellatione, eas præstare, & reliqua solvere tenetur.
- 68 Heres tutoris, alterius vè administratoris rationem præstare tenetur.
- 69 In heredem actio transit, quæ adversus administratorem pro reddendo competebat.
- 70 Tutor, vel alius administrator se, suosque hæredes liberare non potest protestando, rationes semel examinatas amplius se non redditurum.
- 71 Si administrator rationes reddendas sæpius obtulit, & cui reddendæ ad videndum, calculandum, & examinandum eum admonuit, pro redditis habentur, si per eum, cui reddendæ stetit, ut non redderentur.
- 72 Hæredes tamen administratoris de dolo, & culpa etiam levi defuncti non tenentur, neque adversus eos in litem juratur, nisi ipsimet hæredes de dolo, vè culpa convincantur.
- 73 Unde ab hæredibus exigere nequit inventarium omissum à prædecessore, tutumque est eos excusare à reportorio conficiendo.
- 74 Jurare tamen debent hæredes inventarium, neque bona in illo descripta vidisse, ad manus vè suas pervenisse.
- 75 Si tamen libros illos in hereditate defuncti fuisse palam constet, vel præsumptio, aut conjectura contra hæredes adsit, ad juramentum non admittuntur, sed aliis probationibus amissio probanda.
- 76 Jurans instrumentum non habere, proferre non cogitur, sed juramento non est locus, nisi hæres præsumptionem amissionis habeat.
- 77 Bona administratoris nexu pignoris tacite domino obligantur à die susceptæ administrationis.
- 78 Curatores bonorum absentis rationem reddere tenentur, quia multoties accidit absentium bona aliis sub cautione tradi.
- 79 Quo in casu proximiori agnato, seu cognato ab intestato absenti successoris bona traduntur, licet sint infiniti iudicii, vel mulier, aut infans, quia gerunt per easdem personas, per quas bona sua geruntur.
- 80 Sed absentis bona sub cautione præstita, in loco, ubi sita hæredi proximiori concedenda sunt, aliter Judex in subsidium tenetur.
- 81 Si proximior fidedignus sit de fuga, & levitate non suspectus, juratoria cautio admittitur.
- 82 Et hujusmodi administrator absenti reverso, non solum bona, sed etiam fructus tradere tenetur.
- 83 Administrator rei, quæ neque redditus, neque expensas habet, rationem reddere non tenetur.
- 84 Neque quando non expedit ei, cujus res administrantur, quoddam inventaria, libri vè rationum conficiantur.
- 85 Fideijussor tutelæ, si non administrasse probetur, reddere rationem non tenetur.
- 86 Quando cessat causa, ob quam rationum redditio introducta fuit v. c. reliquorum præstatio, ad examen

- examen rationum vocari non potest.
- 87 Ubi nulla sunt reliqua, neque aliquid restituendum, rationem præstare non cogitur; exemplificatur in matre, modica ex reliquis habente, & in vidua nobili ex Regia provisione tutrice.
- 88 Usufructuarius, vel quilibet alius bona alterius loco alimentorum possidens, de fructibus rationem reddere non tenentur.
- 89 Similiter is, qui jure antichreseos possidet.
- 90 Qui non tenetur inventarium conficere, rationem reddere non compellitur; à pari namque procedunt.
- 91 Remissa, vel cessante rationum redditione, etiam inventarii confectio deficit; sed hoc explicatur per Authorem.
- 92 Tutores, & curatores apud nos se offerre rationibus non tenentur, sed à Judice compellendi.
- 93 Licet administrator etiam non requisitus statuto tempore rationem reddere tenetur.
- 94 Aliter ad interesse tenetur, quia tempus à lege, vel ab homine constitutum interpellat.
- 95 Tutor, vel curator de gestis, vel non gestis ab antecessoribus, rationem reddere non tenetur, nisi in petenda ratione ab antecessore negligens fuerit.
- 96 Bona fide possidens per 40. annos rem sine solutione oneris pii in posterum reddere rationem dicti oneris non tenetur, & sufficit non solvisse allegare, dum solvisse à contrario non probetur.
- 97 Si redditus, & fructus bonorum pupilli pro alimentis taxati sint, licet probaretur omnes redditus à tutore non esse expensas, ratio non est reddenda; & ita fuit iudicatum, quod Author explicat.
- 98 Non probata administratione, vel saltem administrandi obligatione, rationi non est locus.
- 99 Administratio, & administrandi obligatio quomodo probetur.
- 100 De acquisitis per usuras, latrocinia, vel similia à jure prohibita, ratio non est danda.
- 101 Quando hæredes absentis bona pleno jure nanciscuntur, reddere rationem non tenentur, neque de fructibus: sed apud nos hæc limitatio non habet locum, ut ostendit, ac Author explicat.

DE rationibus distrahendis actio conceditur pupillo, vel adulto, quia descendit ex obligatione tutelæ, seu curæ, ex l. 5. §. 21. ff. de tutela rationibus distrah. Manz. de tutor. 2. p. tit. 3. à n. 117. & hæredibus pupilli, seu adulti de eo, quod vivo pupillo, seu adulto ablatum est, l. 1. §. 23. ff. de tutel. ration. distrahend. quia actio rei perceptoris hæredi Authoris competit, licet delictum quoque verferet, veluti cum tutor, vel curator in tutela, vel cura gerenda dolo fecerit; l. ex contractib. 49. ff. de oblig. daction. quamvis etiam pænam contineat, l. 23. §. 8. ff. ad leg. Aquil. Manz. d. n. 117. Wezemb. ad tit. ff. ne quis, qui in jus vocavit, n. 4. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 1. §. 14. & omni, cujus bona fuerint per alium administrata; quia quilibet suscipiens administrationem, tenetur ad reddendas rationes ei, cujus bona administravit, ut diximus lib. 1. cap. 1. à n. 1. cum sequentibus, & tract. 1. lib. 4. cap. 10. n. 1. §. 2. Berart. in speculo visitationis secularis cap. 23. à num. 1. ad 195. Vide infinitos apud Peg. forens. cap. 3. n. 718. & 719. Hees. de rationib. reddend. loc. 1. Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. per tot. & q. 1. cum sequentibus Oliva de foro Ecclesie 3. p. q. 34. n. 1.

Sit igitur generalis conclusio, quod quilibet, qui administrat bona aliena, ei, cujus interest, rationem præstare tenetur; quæ aded vera est, ut procedat in patre non legitimo administra-

ministratore, qui tenetur reddere rationem filio de his, in quibus non habet legitimam administrationem, puta, de bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, & omnibus, in quibus ususfructum non habet; *Roland. lib. 1. conf. 49. n. 13. Paris. conf. 89. num. 3. vol. 1. l. litis, §. Pater, ubi Bart. ff. de negot. gest. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 45. n. 4. Corn. lib. 4. conf. 62. n. 4. Americ. de patr. potest. effect. 14. n. 24. Montan. de tutel. cap. 38. n. 63. Thom. de tutor. tract. 10. cap. 1. fol. 107. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 23. Gal. de fructib. disp. 36. artic. 4. ubi per tot. de q. Berart. dict. cap. 23. à n. 11. Ceph. conf. 678. Farinac. in report. de judic. q. 41. n. 5. Michal. de fratrib. 3. p. cap. 64. n. 5. ubi resolvit filium non posse jurare in litem contra patrem, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 9. Barb. in l. saepe de dolo n. 5. de quo latè §. 55. cap. 11. per tot.*

6 Ampliatur secundo, ut procedat in matre, vel tutrice filiorum, vel alio quocumque modo bona filii administrante, *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 22. Menoch. de arbitrar. cas. 209. n. 6. Gutter. de juram. confirm. 1. p. cap. 4. à n. 19. §. cap. 41. n. 3. §. de tutel. 3. p. cap. 8. à n. 45. Thom. de tutorib. tract. 10. t. 34. cap. 1. n. 33. Cornel. lib. 1. conf. 198. n. 1. etiam pro tempore, quo voluntariè stetit in Monasterio; Seraphin. decis. 1408. §. 1473. si administrasse probetur, etiam si tutela decreta minimè fuisset; Thom. dict. n. 33. Montan. de tutel. cap. 38. n. 56. Pinel. in l. 1. cod. de bon. matern. p. 2. n. 28. Americ. de patr. potest. cap. 4. n. 43. Spin. in specul. testament. glos. 29. n. 65. Berart. dict. cap. 23. à n. 12. Ceph. conf. 678. per tot. Oliveir. ad Oliveir. de munere Provisoris cap. 3. n. 5. ubi resolvit matrem, cui tutela filiorum commissa fuit, tenere reddere rationes, & potest contra eam in litem jurare, Michalor. sup. n. 5. de quo latè lib. 5. cap. 11.*

8 Ampliatur tertio, ut procedat in ascendentibus tam masculis, quam

fæminis, administrantibus bona descendentium, sive titulo tutorum, sive curatorum, sive quocumque alio modo; *Escob. dict. cap. 3. n. 22. & omnes citati in antecedentibus ampliacionibus; Berart. in specul. visitation. secular. cap. 23. à n. 30. Ceph. conf. 678. per tot. Michalor. dict. cap. 64. n. 5. ubi quod licet contra patrem non possit filius jurare in litem, benè potest contra matrem.*

9 Ampliatur quarto, ut procedat in filio, qui vel vivente patre, vel matre, ejus bona administravit, qui de administratione sua tenetur reddere rationem, licet pater, vel mater in vita non petierit, *Roland. lib. 1. conf. 49. n. 12. Arg. tx. in l. cum potest. cod. de bon. que lib. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 27. Pinel. in l. 5. §. 2. cod. de bon. matern. n. 39. Parlad. rer. quotid. cap. 19. n. 32. Castel. in l. 27. Taur. n. 18. Greg. Lop. in l. 26 t. 12. part. 5. & de quibus diximus tract. 2. lib. 2. cap. 12. à n. 169. Gal. de fruct. disp. 36. art. 4. per tot. vel curator patris, vel matris fuit constitutus, Escob. dict. cap. 3. n. 28. Baeça de decima tutor. cap. 4. n. 32. Berthachin. de Episcop. 6. n. 64. & quamplurimi alii, Berart. dict. cap. 23. n. 13. Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 8. Heeser. de rationib. reddend. loc. 1. Rebuf. in l. bov. ff. de verbor. significat. de quo latè cap. 12. per tot.*

11 Ampliatur quinto, ut procedat in fratre, qui bona fratris pro indiviso existentia, vel jam divisa administravit *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 8. Garc. de expens. cap. 20. n. 22. Cravet. conf. 159. n. 6. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 11. Soccin. vol. 5. conf. 192. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 59. §. 23. Thom. de tutor. tract. 100. tit. 34. cap. 1. n. 18. Posth. resol. 29. ubi quomodo reddere teneatur, & quomodo reddita censeatur Ceph. conf. 353. per tot. Berart. dict. cap. 23. à n. 14. Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. à n. 1. usq. ad 18. de materia, ubi n. 4. quod frater contra fratrem admittitur jurare in litem Rebuf. in l. boves*

boves ff. de verbor. significat. de quo latè lib. 6. cap. 10. per tot.

13 Ampliatur sexto, ut procedat in patruo, vel avunculo, amita, vel avuncula administrantibus bona sobrinorum, *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 27. Cæphal. conf. 7. per tot. Rebuf. in l. bov. §. hoc sermone ff. de verbor. sign. vers. 8. Dec. conf. 178. § 592. per tot. Cæphal. conf. 578. per tot. Berart. dict. cap. 23. n. 15. etiam si aliqua tantum pupilli negotia gesserint: quia ex hoc in totum te facient Heeser. dict. loc. 1. n. 3. § 4. ubi sic judicatum refert, Rebuf. in l. boves ff. de verb. significat.*

14 Ampliatur septimo, ut procedat in omnibus sanguine conjunctis, sive sint descendentes, sive collaterales in quocumque gradu, sive proximo, sive remotissimo existentes; quia administrantes tenentur suæ administrationis rationem reddere; *Escob. dict. cap. 3. per tot. Roland. dict. conf. 49. per tot. Thom. dict. tit. 34. cap. 1. per tot. Berart. in specul. visitat. sæcul. cap. 38. à num. 1.*

15 Ampliatur octavo, ut procedat in marito administrante hæreditatem, constante matrimonio, uxori advenientem, vel quæcumque alia bona paraphernalia, aut de quibus non sit legitimus administrator, de quibus diximus tract. 2. lib. 7. cap. 9. § 13. per tot. quia soluto matrimonio, de omnibus bonis, & eorum fructibus, quæ extra dotem uxori obvenierunt, tenentur reddere rationem; *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 24. Novel. de dot. privileg. 14. n. 2. Tom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. n. 1. ubi alios citat Gal. de fruct. disp. 21. § 22. per tot. ubi de quibus Salgad. in labyr. 3. p. decis. 154. per tot.*

17 Ampliatur nono, ut procedat in uxore, quo mortuo marito, in bonorum retentione pro dote remansit, quæ creditoribus, & aliis rationem bonorum, & fructuum reddere debet; *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 15. Ayor. de part. cap. 2. n. 8. § 9. de rationib. reddend. loc. 1. à n. 53.*

18 Ampliatur decimo, in quocumque manente in capite, & possessione casalis ad dandas partitiones, juxta à nobis traddita tract. 2. lib. 6. cap. 12. per tot. § tract. 3. lib. 6. cap. 42. n. 14. § 15. § lib. 5. cap. 16. à n. 51. *Escob. de ratioc. cap. 25. à n. 59. ubi alios citat, de quo latè lib. 5. cap. 10. per tot.*

19 Ampliatur undecimo, ut procedat in hærede, sive testamentario, sive legitimo, qui tenetur reddere rationem bonorum, quæ administravit cæteris cohæredibus, & de quibus *Gal. de fructib. disp. 15. art. 1. § 2. per tot. fideicommissariis, & de quibus Gal. de fructib. q. 16. art. 1. § 2. per tot. Urceol. forens. cap. 20. ubi per tot. Nos tract. 1. lib. 3. cap. 2. per tot. § tract. 2. lib. 5. cap. 13. per tot. creditoribus, & de quibus nos tract. 1. lib. 3. cap. 8. à n. 88. cum sequentibus; legatariis, ut diximus tract. 1. lib. 3. cap. 8. à n. 156. cum pluribus sequentibus, § tract. 2. lib. 5. cap. 3. per tot. de quo latè Gal. de fructib. disp. 17. per tot. & quod hæres teneatur reddere rationem fideicommissariis, legatariis, & creditoribus docent *Escob. dict. cap. 3. n. 14. Barth. in l. cum tale §. filius ff. de condit. § demonstr. n. 2. Roland. conf. 49. n. 9. lib. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 28. Bald. in l. filium. in fin. cod. famil. hercisc. Alexand. vol. 2. conf. 82. Rebuf. in l. bov. 89. ff. de verbor. significat. vers. 4. hæres, Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 1. Montan. de tutel. cap. 38. à n. 10. Berart. in specul. visitat. sæcul. cap. 33. à n. 26. Heeser. de rationib. reddend. loc. 1. Rebuf. in l. boves ff. de verbor. significat. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 2. §. 43. glos. 158.**

23 Ampliatur duodecimo, ut procedat in executore ultimarum voluntatum, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 6. per tot. & in specie à n. 307. cum pluribus sequentibus *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 18. Bald. in l. id quod pauperib. cod. de Sacrosanct. Eccles. n. 38. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 6. Thom. dict. cap. 1. à n. 1. & probatur ex cap. tua nobis de testib. Rebuf.*

Rebuf. in l. Boves 89. ff. de verbor. signif. vers. 9. etiam procedit, ubi id afferit de executore sententiarum, ex l. executorem, cod. de execut. rei judicat. & de quibus, & quomodo, & coram quo teneatur reddere rationem, diximus d. cap. 6. per tot. ubi vide, & apud DD. ibi citatos Besart. in praxi visitat. secular. cap. 23. n. 23. Rebuf. in l. Boves ff. de verbor. significat. Peg. sup. § lib. 7. cap. 10. per tot.

25 Ampliatur decimotertio, ut procedat in socio administrante, qui tenetur consociis rationes reddere, & participibus societatis, *Socin. conf. 34. per tot. Jason. conf. 4. per tot. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 6. decis. Genuens. 39. n. 3. § 133. n. 5. Rebuf. in l. Boves 39. ff. de verbor. signif. vers. 15. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 209. Soccin. conf. 24. n. 37. § 192. Corn. conf. 23. Arouc. alleg. 49. per tot. ubi infinitos refert Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. n. 1. qui alios refert, Valens. conf. 143. § 147. Heitor. Felic. de societ. cap. 37. § 38. per tot. Ber. quest. 32. per tot. in quibus invenies, de quibus socius socio tenetur rationem præstare, Berart. in specul. visitat. secular. cap. 23. n. 20. Heesser de rationib. reddend. loc. 1. à num. 35. Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 1. per tot. cum sequentibus, Rebuf. in d. l. Boves, Peg. sup.*

26 Ampliatur decimoquarto, ut procedat in negotiorum gestore *ex l. 2. ff. de negot. gest. Hostiens. in sum. de obligat. ad ratioc. §. 2. Rebuf. in l. Boves, ff. de verbor. sign. Thom. de tutorib. t. 34. cap. 1. n. 1. Roland. lib. 1. conf. 49. num. 3. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 3. Genuens. 1. n. 26. Valens. conf. 148. per tot. Berart. in specul. visitat. secular. cap. 38. Montan. de tutel. cap. 38. Gutter. de tutel. 3. p. cap.*

27 1. & ut compellatur, competit actio negotiorum gestorum secundum *Bald. conf. 449. Rebuf. sup. vers. 11. extende, & tenetur edere librum rationis, Alex. conf. 32. vol. 5. Corn. conf. 255. vol. 1. Barbac. conf. ult. vol. 3. qui alios citant Cels. Hug. conf. 109. ubi per tot. ne-*

gotiorum gestor quando, & quomodo rationem reddere debeat, *Mans. in bibliot. jur. tract. de procurat. t. 6. per tot. Gal. de fruct. disp. 35. n. 19. Berart. d. cap. 23. n. 18. Hees. sup. à n. 16. Rebuf. in l. Boves ff. de verbor. significat. Peg. ad Ord. lib. 1. t. 1. §. 43. glos. 158. num. 18.*

28 Ampliatur decimoquinto, ut procedat in procuratore, tam ad negotia, quàm ad lites, *ex l. qui proprio, §. procurator ff. de procurat. l. si procurator. §. 1. ff. mandat. Rebuf. in l. Boves 89. ff. de verb. signif. vers. 14. Soccin. conf. 73. vol. 1. Hostiens. in sum. de obligat. ad ratioc. §. 2. Barbat. conf. ult. quest. 4. volum. 3. Francisc. Marc. decis. 10. part. 2. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 4. l. si remunerand. ff. mandat. Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 16. Montan. d. cap. 38. Gutter. d. cap. 1. Berart. d. cap. 38. Menoch. de arbitr. cas. 209. Gal. de fructib. disp. 35. n. 17. § 18. ubi quod procurator pecunias domini fæneri dederit, teneatur usuras domino restituere *ex l. idem 10. §. si procurat. ff. mandat. Berart. d. cap. 23. n. 21. Larrea decis. 86. n. 3. Rebuf. in l. Boves, ff. de verbor. signif. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 7.**

29 Ampliatur decimosexto, ut procedat in servo, qui domini negotia administravit; qui si vendatur antequàm rationes reddiderit, poterit compelli emptor, ut illum domino revendat, ad hoc, ut tibi rationem præstet, *Thom. de tutorib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 2. Roland. lib. 1. conf. 490. n. 10. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 5. & probatur a pertillimè ex l. interd. ff. de publican. § victigal. Berart. in specul. visitat. secular. cap. 23. n. 34. Peg. sup.*

30 Ampliatur decimoséptimo, ut procedat in quocumque bonorum alienorum administratore, qui non solum de bonis ipsis, sed etiam de fructibus ipsorum rationem reddere tenetur, *Gal. de fructib. disp. 35. per tot. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 209. Boer. decis. 59. per tot. & probatur ex l. cum servus*

82. ff. de condit. & demonstr. Montan. de tutel. cap. 38. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. Magon. Florent. decis. 1. à n. 29. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 3. glos. 158. n. 23.

31 Ampliatur decimo octavo, ut procedat in factoribus, & institoribus, qui de tutoris, vel curatoris, aut alterius mandato administraverunt, ex l. 1. ff. de tutel. ration. distrab. Rebuf. in l. Boves 89. ff. de verb. signif. vers. 13. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 4. Barbat. conf. 8. q. 4. vol. 3. de quibus agitur in tit. Inst. quod cum eo, ubi Manz. Pichard. & latissimè Harp. Felic. de societ. cap. 30. à n. 15. & melius cap. 37. n. 8. ad 9. ubi quod tenetur reddere rationem ei, qui eum deputavit Heef. dict. loc. 1. à n. 27. Ansaldo. de comerc. discurs. 21. n. 17. Peg. sup. Altimar. de nullitat. contract. q. 31. à n. 59. ubi de complementariis, seu responsalibus.

32 Ampliatur vigesimo nono, ut procedat in Hospitalario, sive Orphanotropho, ex l. orphanotroph. cod. de Episcop. & Cleric. ubi Barb. Clem. 2. de Relig. domib. §. fin. in Auth. de Ecclesiast. tit. collat. 9. & in §. econom. in Auth. de Sanctif. Episcop. Rebuf. in dict. l. Bov. vers. 16. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 7. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 6. glos. 6. n. 5. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 8. Montan. de tutel. cap. 38. Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. Berart. in spec. visit. secul. cap. 38. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 209. Berart. dict. cap. 23. n. 25. Heef. dict. loc. 1. à n. 11. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 45. glos. 158. n. 5.

33 Ampliatur vigesimo, ut procedat in Pædago, sive in præceptore, qui recepit pecunias à patre, vel alio, ut illum alevet, & se, ex l. sita, vers. in reliq. ibi Ang. ff. manumis. testament. nisi conventus esset, ut singulis annis certa ei pecunia daretur; tunc enim de illà rationem non reddet, quem admodum etiam, si plus expenderet, non teneretur pater ei reddere, postquam ita conventum est, ut plus non daret, & pacta servabo, ait Prætor in l. juris

gent. §. Prætor ff. de pact. Rebuf. in l. Bov. 89. ff. de verb. signif. vers. 2. idem Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1.

Ampliatur vigesimoprimo, ut procedat in Capitulo, Sede vacante, negotia Episcopatus gerente; Escob. de ratioc. cap. 3. n. 8. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 209. n. 8. Rub. conf. 131. n. 13. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 1. Berart. in specul. visitat. secul. cap. 23. n. 28. Heef. de rationib. reddend. lib. 1. à n. 9.

Ampliatur vigesimo secundo, ut procedat in Archidiacono, & quolibet alio Prælato inferiori, qui Ecclesias sibi subditas visitavit, quia rationem visitationis Ordinario reddere tenetur, & integra visitationis acta ei exhibere, ex Sacrosanct. Concil. Trident. sess. 14. cap. 3. ubi latè Barb. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 8. Berart. sup. n. 29. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 13.

Ampliatur vigesimotertio, ut procedat in Vicario, sive Parocho Ecclesiæ, qui Patrono rationem reddere tenetur, Escob. dict. n. 8. Rebuf. in tract. congruæ portiois, à n. 40. cum sequentib.

Ampliatur vigesimo quarto, ut procedat in Decurionibus, Consulibus, & Rectoribus civitatum, & oppidorum, qui tenentur rationem reddere; Escob. de ratioc. cap. 3. n. 10. Rebuf. in l. Boves 89. ff. de verb. signif. vers. 17. Soccin. conf. 37. vol. 1. Berart. in specul. visitat. cap. 23. n. 27. de quo latè lib. 7. cap. 1.

Ampliatur vigesimo quinto, ut procedat in Thesaurario, seu exactore, ex l. apparitores, & per tot. tit. cod. de exactor. tribut. lib. 10. ubi Amaya, Per. & Rebuf. quod si plenè non reddiderit, licet habuerit liberationem à Rege, tamen iterum tenetur reddere, arg. l. quoties ff. qui satisdar. cogant. Luc. de Pen. in l. ordinarior. cod. de cohorral. lib. 12. Rebuf. in l. Bov. 89. ff. de verb. signif. vers. 13. & in 2. part. Const. Reg. Gallic. & de quibus diximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. & tract. 3. lib. 7. cap. 6. per tot. ubi vide, & apud DD. ibi citatos, & apud quos citat Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. & apud Gal.

Gal. de fruct. disp. 10. art. 1. § 2. & disp. 29. per tot. Berart. in specul. visitat. cap. 11. n. 11. Otter. de officialib. cap. 11. per tot. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 13.

41 Ampliatur vigesimosexto, ut procedat in sequestrario, sive publico, sive privato, qui tenetur rationem reddere non solum bonorum sequestri, sed etiam de fructibus eorum; *Rebuf. in dict. l. Bov. vers. 29. & in l. sequest. cod. de sequestrandâ possess. & in 3. tom. comment. in Const. Reg. tit. de sequestr. & probatur ex Clem. unic. de sequestr. posses. docentque Escob. de ratioc. cap. 3. n. 21. Castel. in l. 27. Taur. n. 9. Gal. de fruct. disp. 32. n. 7. ubi ferè per totam de sequest. Montan. de tutel. cap. 38. n. 78. Thom. dict. tit. 34. cap. 1. n. 1. Berart. dict. cap. 23. n. 31.*

42 Ampliatur vigesimoseptimo, ut procedat in Curato, qui in Synodo de animalibus parochianorum, & cura eorum tenetur Episcopo rationem præstare, non de temporalibus, vel profanis, & de quibus vide latè per *Henriq. Boteum in tract. de Synod. Episcop. 1. p. per tot. & Vicarius tenetur reddere rationem etiam de rebus temporalibus Patrono, cap. in Lateranens. de Præbend. Rebuf. in dict. l. Bov. vers. 20.*

44 Ampliatur vigesimo octavo, ut procedat in Coadjutore, qui tenetur rationem reddere; *cap. unic. §. present. de Cleric. ægrot. lib. 6. ibi Barb. & generaliter omnis Provivor, seu Receptor, & omnis alius bonorum administrator tenetur rationem reddere; Rebuf. in l. Boves 89. ff. de verbor. sig. vers. 21. Thom. de tutorib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. qui infinitos referunt.*

46 Ampliatur vigesimonono, ut procedat in creditore, qui bona sui debitoris ex causa iudicati possidet, *ex l. Prator ait ff. de bon. auth. judic. possidend. Molin. ad consuet. Parisiens. tit. 1. glos. 7. n. 10. vel qui ex causa pignoris bona sui debitoris retinet, ut latè tradit Gal. de fructib. disp. 30. per tot. à n. 1. ad 25. vel causa hypothecæ, ut resolvit Gal. de fructib. disp. 31. à n. 1. ad 16.*

plures apud Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. Heef. dict. loc. 1. à n. 41.

49 Ampliatur trigesimo, ut procedat in usufructuario, qui proprietario rationem reddere tenetur, *ex l. 1. §. re. etè ff. usufructuar. quemadm. caveat, Escob. de ratioc. cap. 3. n. 13. Thom. dict. cap. 1. à n. 1. & de quibus vide, quæ diximus tract. 1. lib. 4. cap. 2. & tract. 2. lib. 3. cap. 7. per tot. & quæ tradit Gal. de fructib. disp. 36. ab art. 1. usque ad 6. Mans. in biblioth. jur. tract. de usufruct. ubi art. 1. ad 6. Castilb. & Cavalcan. in tract. de usufruct.*

50 Ampliatur trigesimo primo, ut procedat in Episcopo, qui bona relicta pauperibus distribuit; nam ipse Episcopus tenetur rationem præstare, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 6. à n. 23. *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 19. Rebuf. in dict. l. Bov. 89. ff. de verbor. signif. vers. 9. Bersart. dict. cap. 23. n. 3. & in cont. fraternitatibus, de quibus c. 4. qui non tantum de bonis, & redditibus, sed de eleemolynis tenentur rationem reddere, ut iudicavit Senatus in causa Promotoris Capellarum cum sodalibus Sanctissimi Divi Nicolai, Natorio Josepho Lucas Pereira.*

51 Ampliatur trigesimo secundo, ut procedat in Actore, seu Syndico Universitatis, qui rationem reddere tenetur, *Rob. lib. 1. cons. 49. n. 5. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 20. l. 1. lita eorum §. si decuriones ff. quod cujusque Universitatis nomin. Mans. in bibliothec. jur. tract. de procurat. tit. 5. de synd. à n. 1. Berart. in specul. visitation. secul. cap. 23. n. 22. latè Luceus in tractat. de jure Universitat.*

52 Ampliatur trigesimo tertio, ut procedat in minore, qui alicujus bona administravit; quia non obstante, quod minor sit, suæ administrationis rationem reddere tenetur, *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 11. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 209. n. 9. Rub. cons. 131. n. 13. Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1. Narbona de etate ad omn. human. actus requis. anno 25. quæst. 82. per tot.*

53 Ampliatur trigesimo quarto, ut pro-

procedat in mercatoribus, & in omnibus aliis, qui gabellas solvunt, qui rationem de emptionibus, & venditionibus reddere tenentur Fisco, vel Publicano gabellam conducenti; *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 25. Bald. in l. disolutè, cod. de condit. incert. Martin. Laud. in tract. de Fisco q. 108. vol. 3.*

54 Ampliatur trigesimoquinto, ut procedat in promittente tenere rationem de aliqua re; quia tunc omninò rationem de illa reddere tenetur, etiam si aliàs à reddenda ratione immunis fuisset, *Escob. dict. cap. 3. à n. 26. Genue ns. decis. 58. n. 2. Thom. de tutor. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n. 1.*

55 Ampliatur trigesimo sexto, ut procedat in Judicibus, & Magistratibus, qui non solum pro se, sed etiam pro suis officialibus tenentur rationem præstare, *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 30. § 31. Avendan. de exequend. mandat. 1. part. cap. 3. n. 5. & nos diximus tract. 1. in rubric. 3. part. à n. 38. § lib. 4. cap. 10. à n. 77. cum plurib. sequent. § in tract. de recusat. lib. 4. cap. 10. per tot. Berart. in specul. visitat. sæcul. cap. 23. n. 32. Landim de syndicat. cap. 7. per tot. Ord. lib. 1. tit. 60.*

56 Ampliatur trigesimo septimo, ut omnis administrator teneatur reddere rationem suæ administrationis, etiam si non sit in usu redditio rationum, *Escob. dict. cap. 3. n. 29. Afflict. in Constitut. Siciliae, Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 6. vers. redder. n. 20. Baec. de decim. tutor. cap. 2. n. 159. Guid. Pap. decis. 631. n. 9. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 29. Berart. d. cap. 23. n. 5. Heef. sup. n. 120.*

57 Ampliatur trigesimo octavo, ut rationem reddere teneantur etiam non requisiti, ut voluit *glos.* quam approbant magis communiter *DD. in Clem. quia contingit, de r. lig. d. mib. Soc. conf. 92. vol. 4. Roland. conf. 49. n. 16. lib. 1. Gutter. sup. à n. 1. Heef. de ration. redd. loc. 4. à n. 17.*

58 Ampliatur trigesimo nono, ut etiam procedat in eo, qui de factò, &

prætermisso juris ordine, assumpsit administrationem pupilli, furiosi, seu minoris, aut alterius; quia non debet esse melioris conditionis eo, qui administrationem legitime suscepit, *arg. tx. in cap. cum qui de præb. in 6. l. si à non domin. §. præd. ff. de petit. hered. & ita docet Roland. lib. 1. conf. 49. n. 17. Dec. conf. 449. § conf. 591. Thom. de tut. tract. 10. tit. 34. cap. 1. an. 1. ubi multos citat Gutter. sup. n. 10.*

Ampliatur quadagesimo, ut in tantum vera sit, quod executio sententiæ, qua quis condemnatus fuit ad mortem, differatur donec reddat rationem administrationis *Guasin. de defens. reor. defens. 38. cap. 3. n. 2. Farin. in fragment. crimin. lit. C. à n. 609. Sebastian. de Medic. in tract. mors omnia solvit, à n. 148. Cavalcan. de brach. Reg. 4. p. à n. 308. Boler. de decoction. debitor. tit. 5. q. 30. per tot. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 18.*

Ampliatur quadagesimo primo, ut procedat in quolibet administratore, sive necessario, sive voluntario, sive à lege, Judice, vel parte fuerit constitutus, sive sine mandato administravit, qui illis, quorum interest, rationem reddere tenetur, etiam si sit Summus Pontifex, & ad id eorum hæredes adstringuntur; *Rebus. in l. Bov. 89. ff. de verb. sign. vers. 21. Escob. de ratioc. cap. 3. n. ult. Berart. in specul. visit. secular. cap. 23. n. 19. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. Heef. de rationib. reddend. earumque revissime, loc. prim. per tot. & maximè à n. 38.*

Ampliatur quadagesimo secundo, ut qui tenentur rationes reddere certo tempore sint in mora non reddendo, *Rot. Genuens. decis. 164. n. 17. Afflict. decis. 150. n. 3. ibi Urceol. & quatuor adimplere tenentur, libros rationum legitime confectos edere, calculum proponere, reliqua reddere, & solutione moram purgare; Rot. Genuens. dict. decis. 164. n. 21. Corn. lib. 3. conf. 319. Fas. lib. 3. conf. 14. § lib. 4. conf. 100. num. 4.*

aliter habere locum, quàm si proferre jussus, habeat præsumptionem amissionis pro se: vide quæ dicemus *lib. 2. cap. 8. à n. 35. § à n. 72. § lib. 3. cap. 7. à n. 30. § lib. 6. cap. 4. à n. 14.*

77 Ampliatur quadragesimonono, ut adèo vera sit, quòd alienarum rerum administratores adèo teneantur reddere rationem, ut pro officio administrationis bona propria, si debitores existant, pignoris nexu tacitè domino obligentur à die susceptæ administrationis, ut diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 10. à n. 71. § tract. 3. lib. 6. cap. 27. à n. 18.* ubi infinitos dedimus, quibus addimus *Heef. cum pluribus in tract. de rationib. redd. loc. 1. à n. 143. Escob. de ratioc. cap. 39. à n. 1.*

78 Ampliatur quinquagesimo, ut curatores bonorum absentes teneantur reddere rationem *Fab. in cod. lib. 5. tit. 40. definit. 6. à n. 3. Heef. de rationib. redd. loc. 1. à n. 19.* non etenim ignotum est si quis peragrè proficiscatur in militiam, vel causa lustrandi regimen, aut discendi artes liberales, vel etiam mechanicas, & pluribus annis absit, interim domi parentes, vel alii consanguinei moriantur, ejusque portio hæreditaria separetur, vel etiam nullis ex consanguineis defunctis, si ipse domi bona relinquat, tunc aliis fratribus, & consanguineis eam portionem sub cautione de restituendo concedi *Fab. sup. definit. 9. Heef. sup. à n. 20.* adèo ut parum referat, quod is, qui curator datur infirmi judicii, vel mulier, aut infans esse dicatur, dummodo sit proximior agnatus, cognatus ve ab intestato successurus, quibus casibus per easdem personas gerere possunt, per quas ipsorum bona reguntur, *Fab. dict. defin. 9. Heef. dict. loc. 1. d. 22.* bona tamen absentis non, nisi sub cautione præstita eo in loco, ubi bona sita sunt, hæredi proximiori concedenda sunt; aliàs Judex in subsidium tenetur, si curator solvendo non sit, *Menoch. de arbitr. cas. 250. à n. 25. Heef. sup. n. 22. d. 23.* admittitur tamen quandoque cautio juratoria, si per-

79

80

81

sonæ administrantes sunt fidedignæ, neque de fuga, & livitate suspecti *Heef. sup. n. 25.* qui, revertio eo, cujus bona administravit, tenetur ei non tantum restituere bona ipsa, sed etiam fructus *Heef. sup. n. 26.* de quo latè *lib. 4. cap. 11. n. 10. § cap. 12. ferè per tot.* Vide quæ diximus *tract. 3. lib. 4. cap. 3. § cap. 6. § lib. 8. cap. 8.* & dicemus *lib. 4. cap. 12. Rox. de incompatibilit. p. 6. cap. 3. ibi Aquil.*

82 Limitatur primo, in administratore unius rei, quæ neque redditus, neque expensas habet, *l. 3. cod. de in litem dando tutore, Garc. de expens. cap. 20. à n. 22. Molin. ad consuet. Parisiens. tit. 1. §. 6. glos. 6. à n. 15. Heef. dict. loc. 1. n. 151.*

83 Limitatur secundo, quando non expedit ei, cujus res administrantur, quod inventaria, vel libri rationum conficiantur *Garc. dict. n. 22. Gutter. de tutel. p. 3. cap. 1. n. 65. l. 2. §. tract. ff. de administrat. tutor. Heef. dict. loc. 1. à n. 153.*

84 Limitatur tertio, infideiussore: quia fideiussor datus tutelæ, aut curationis nomine, licet exceptioni ordinis fideiussorum more expressè renunciaverit, si tamen tutelæ, curæve administrationem habuisse non probetur, ad rationes reddendas conveniri non potest, sed satis consultum est, sive impuberi, sive minori, quòd postea quàm tutorem constituerit debitorem, fideiussorem indemnitis nomine obligatum habeat, id est ad hoc, ut prælet reliqua quædam primo loco, si renunciaverit exceptioni ordinis *Fab. in cod. lib. 5. tit. 33. definit. 2. § defin. 5. per tot. Heef. de rat. redd. loc. 1. n. 154. § 155.* ubi idem dicit, idem quoque habere locum in procuratoribus fabricæ ecclesiasticarum rerum, nec non in Rectore Ecclesiæ, & in curatore.

85 Limitatur quarto, quâdo cessat causa, ob quam rationum redditio introducta fuit, id est reliquorum præstatio. Si ergo nulla apud administratorem reliqui inveniantur, ad rationum examen vocari non potest *l. 50. in princ. ff. de condit. § de-*

87 *¶* *demonstr. l. 69. §. 4. ff. de evictionib. Nat. conf. 338. n. 9. Grat. vol. 2. respons. 140. n. 17. Reminald. Junior conf. 338. n. 11. Hees. de rationib. præstandis loc. 1. n. 156. ubi dicit, si nulla sunt reliqua, nec aliquid restituendum sit, non esse reddendam rationem; idque in matre potissimum verum est, quæ propter modica ex reliquis apud ipsam existentia, rationum redditione oneranda non est, Hees. sup. n. 157. Decian. vol. 2. respons. 79. n. 48. quod maximè est advertendum, & memoriæ commendandum ad hoc, ut viduæ nobiles, ex Regia provisione, filiorum tutrices factæ cum onere alendi ex suo filios, non cogantur rationes reddere, ubi contiterit, vel ex inspectione legitimarum, vel ex primis rationibus redditis, quod patrimonialia filiorum quo ad redditus alimenta eorum non ferant. Vide infra n. 97.*

88 Limitatur quinto, in eo, qui rem, vel bona alterius invicem, & loco alimentorum possidet, utque fructus, quia ad rationes reddendas nemini obligatur, qualis in specie est usufructuarius, se re, boni viri arbitrato, salva ejus substantia, uturum, *l. 1. §. tot. tit. ff. usufructuar. quemadmod. caveat*, ad restitutionem rerum ipsarum, & quando illis respondere teneatur, nullum est dubium *l. 8. §. 4. ff. qui satisdar. cogantur. Hees. dict. loc. 1. à n. 158.*

89 Limitatur sexto, in eo, qui prædia aliena jure antichreseos possidet; is enim sine ulla rationum reddendarum lege fructibus, & redditibus utitur, *ex l. 11. §. 1. ff. de pignorib. l. 11. §. l. 14. cod. de usur. Minsing. obs. 71. à n. 2. Martin. de ann. reddit. cap. 1. n. 177. Roland. vol. 2. conf. 95. à n. 89. Hees. dict. loc. 1. à n. 161.*

90 Limitatur septimo, in eo, qui non tenetur conficere inventarium, & in omnibus casibus, in quibus confectio inventarii necessaria non est: quia cum inventarii confectio, & rationum redditio à pari procedant, hinc, qui non tenetur ad inventarium faciendum, is quoque à rationibus reddendis regula-

riter immunis est, ac vile versa, *Bart. in l. 1. §. de serv. ff. de tutel. rationib. distrahend. à n. 1. cum multis Hees. de rationib. reddend. loc. 1. à n. 165. nam remissa, vel cessante rationum redditione, etiam confectio inventarii deficit, Surd. decis. 194. n. 5. Cyriac. contr. 441. n. 19. Damboud. in patroc. pupillor. cap. 4. n. 16. §. 17. Hees. cum aliis sup. n. 116. sed hoc non ita crasse accipiendum est: quasi tutor omninò non teneatur reddere rationem, sive malè, sive benè administravit, sed teneri quidem reddere rationem, modum autem rationi exigendæ adhiberi, ut scilicet culpa, & negligentia, non etiam dolus remissus censeatur, & ne in rationum redditione fiat scrupulosa inquisitio, *ex l. 119. ff. de legat. 1. Hees. sup. n. 167.**

Limitatur octavo, ut tutores, & curatores apud nos non teneantur se offerre rationibus, nisi à Judice ad id moneantur: quia *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 49. non disponit quòd tutores, curatoresque teneantur, sed quòd Judex eos obliget, quòd secus foret, si obligatio dirigeretur ad ipsos tutores, ex eo, quia administrator etiam non requisitus, sed ultrò statuto tempore rationem suæ villicationis reddere obstrictus est Hees. de ration. reddend. loc. 4. à n. 17. Genoa de scriptur. privat. lib. 4. tit. de libris tutor. n. 39. Montan. de tut. cap. 32. reg. 8. n. 10. Escob. de ratio. cap. 6. n. 88. Gutter. de tutel. p. 3. cap. 1. n. 7. Roland. lib. 1. cap. 49. n. 16. adeò, ut si eam non reddiderit, vel obtulerit, ad interesse teneatur, tempus hoc reddendarum rationum cum à lege, vel ab homine sit constitutum, interpellat pro domino, *Escob. dict. cap. 6. n. 88. Hees. dict. loc. 4. n. 20. & alii tu, racitati; & infra hoc lib. cap. 6. n. 19. & supra n. 61. §. 62.**

Limitatur nono, ut neque tutor, neque curator teneatur reddere rationem de gestis, & non gestis ab tutore, seu curatore antecedenti, nisi subsequens sit negligens in petenda ratione ab antecessore: quia de negligentia prio-

91

92

93

94

95

prioris tutoris tenetur successor, si in tempore ab antecessore non exigit rationes *Hees. de ration. redd. earumque revision. loc. 9. n. 10. cum Carpsou. & aliis, quos ibi refert.*

96 Limitatur decimo, ut possidens rem bona fide per spatium quadraginta annorum sine solutione oneris, etiam pii, puta Militarum, non teneatur in posterum reddere rationem prædicti oneris, *ex Mostaf. de caus. piis lib. 2. cap. 6. n. 55. Gratian. cap. 118. à n. 21. & decis. 4. Paschal. de sacrific. Mis. q. 147. Cancer. 1. var. cap. 15. à n. 41. ubi resolvit, quod sufficit allegare non solvisse sine probatione ad hoc, ut non cogatur solvere, nisi probetur ex adverso solvisse.*

97 Limitatur undecimo, si redditus, & fructus bonorum pupilli sint à Judice taxati, & deputati pro educatione, & alimentis pupilli, etiam si pupillus probaret multò minores quantitates reddituum fuisse expensas à tutore *ex l. final. ibi glos. cod. de aliment. pupil. præst. Marin. ad Reverter. decis. 29. verùm contrarium colligitur ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 37. & judicatum fuit in Senatu, in causa oppidi de Palmela, inter partes Joannem Gomesium, & vitricos suos, Scriba Ludovico de Freitas & Sampayo, me reluctante: quia Ordinatio, procedit ubi fructus, & redditus omnes non sunt taxati pro alimentis pupilli, sed solum tutela cum educatione commissa intra vires reddituum ex rationibus, de quibus supra n. 86. & 87. nisi minor probasset, vel quod redditus, & fructus omnes fuerunt nulliter taxati pro alimentis, vel validè, sed cum magna læsione; quia tunc petita, & concessa restitutione, est audiendus contra tutorem, & probata læsione, est cogendus tutor reddere rationem, *ex traditis tract. 3. lib. 5. cap. 15. à n. 1. cum pluribus sequentibus.**

98 Limitatur duodecimo, non probata administratione, vel saltem obligatione administrandi: quia solum administrator vel qui administrare tenebatur, ad rationem tenetur, ut in pluribus

locis diximus. quæ administratio, seu obligatio administrandi probatur per instrumenta, per testes, ut probat *Salgad. decis. 1. per tot. à n. 1. ad 19. Cyriac. contr. 29. n. 13. per actus factos, qui administrationi conveniunt, Saig. sup. & tutela, seu cura probatur per instrumentum, per testes, per testamentum, per pronuntiationem Judicis Thom. de tutorib. tit. 29. cap. 1. à n. 1. ad 12. Gratian. cap. 907. à n. 28. Marc. decis. 131. Federic. de Sen. q. 119. n. 5. Alcin. de nullitat. rub. 11. q. 235. à n. 47. in vetera impressione, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 157. n. 24.*

Limitatur decimotertio, ut filius, seu quicumque alius administrator non teneatur reddere rationem de acquisitis per usuras, latrocinia, vel similia exercitia à jure prohibita *Leonard. Durard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 1. n. 12. 13. & 14. ubi multos refert.*

Limitatur decimoquarto, quando hæredes absentis nanciscuntur bona pleno jure: quia tunc non tenentur reddere rationem, neque de bonis, neque de fructibus *Parlador. quotidian. q. 2. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38. n. 5. sed apud nos hæc limitatio non procedit, ut perperam putavit Peg. d. n. 5. ex fundamentis relatis, & secutis ab eodem Peg. ad rub. lib. Ord. 1. tit. 50. c. 11 à n. 254. & ex eo, quia Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38. non jubet tradi bona proximioribus absentis pleno jure, seu jure hæreditario, ut ipse idem Peg. ratiocinat à d. n. 254. usque ad n. 278. sed jure curatorio, ut diximus lib. 4. cap. 12. ex Ord. lib. 1. tit. 89. aliàs ad quid requirit lex fidei jussorem tam rigorosè obligatum, ut legitur in d. §. 38. ad quid inventarium, ad quid cognitio qualitatis bonorum valoris, & redditus, nisi ut curator reddat rationem bonorum, & reddituum, non solum ipsi absentis redeunti, sed etiam hæredibus illius, qui fuerint tempore mortis, vel probatæ per veras probationes, vel per præsumptivas, quæ non resultat ex absentia, aliis non concurrentibus, de quibus tract. 2. lib. 2. cap. 5. & hoc tract. lib. 4. c. 12. CA-*

CAPUT III.

Utrum tutor, curator, & cæteri administratores, condemnati reddere rationem, possint à decreto reddendæ rationis appellare?

SUMMARIUM.

1. A' decreto reddendæ rationis appellari nequit.
2. Hujusmodique decretum interlocutorium esse ostenditur.
3. Constito de administratione, nullum damnum administratoris consideratur in decreto illo, nihil enim ab eo exigitur, cum debitum incertum sit, & incertus debitor.
4. Quia ex calculatione administrator creditor, & dominus debitor apparere potest.
5. Tam administratori, quam domino redditio rationis utilis est.
6. Et hujus utilitatis ratione à decreto appellari nequit.
7. Cum omni jure, tam Divino, quam humano quilibet administrator rationem reddere teneatur, etiam sine mandato, appellatio à sententia lata pro observantia, & jurium conformitate illegitima est.
8. Ab actu gesto secundum legem, seu juris dispositionem, & à Judice ita exequente appellatio illicita est.
9. Non solum appellatio in utroque effectu administratori denegatur, sed etiam de nullitate dicere prohibitum est.
10. Licet regulariter prohibitus, de nullitate dicere non prohibeatur; sed si decretum redditionis ab incompetente Judice emaneat, nullitas allegari potest.
11. Si administrari negetur, vel administrasse non constet, aut non administrare debuisse, à decreto de reddendis rationibus ad utrumque effectum appellari potest.
12. Idem quando sumus in personis, que ad ratiocinia non tenentur, vel an-

te debitum tempus compelluntur.

13. In Judicibus orphanorum, & illis, quibus à lege obligatio recipiendi rationes injungitur, particularis est ratio, nè detur appellatio suspensiva à decreto rationis reddendæ.
14. Appellatio ab uno ex pluribus tutoribus, curatoribus, seu administratoribus pro indiviso administrantibus interposita, cæteris prodest.
15. Ita interposita ab uno ex coheredibus, vel procuratoribus simul condemnatis, cæteris prædest.
16. Dummodo aliquis ex illis non consentiat.
17. Vel aliquo beneficio personali non sit admissus in re dividua, quia tunc non prodest.

TRactatu 1. lib. 1. cap. 1. n. 38. & tract. 3. lib. 3. cap. 17. per totum hanc quætionem tetigi, cujus discussionem ad hunc locum destinavi, ut propria illius, & pro regula trado non posse appellare *ex tæ. in Auth. de Sanctis. Episcop. S. Oeconom. ubi glos. in verb. repetitioni. m. ibi Angel. n. 28. Barth. n. 1. Altimar. de nullitat. rubr. 4. q. 62. d. n. 1. Gratian. cap. 665. n. 2. Manfred. de attentat. lib. 2. conclus. 112. Duën. Reg. 42. n. 21. Cavalcan. de tutorib. n. 222. Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 56. Marant. in prax. p. 9. act. 2. verb. quand. appellat. n. 198. Avenda. nb. cap. 10. Prætorum p. 2. n. 30. Azeved. in l. 22. n. 3. lib. 3. tit. 6. Avil. in cap. 10. Prætor. glos. l. n. 3. Peg. for. cap. 15. & latè lib. 8. cap. 2. per tot.*

Cujus conclusionis plures sunt rationes, quarum prima est, quia hoc decretum interlocutorium est; *Escob. de ratioc. cap. 4. n. 5. Altimar. dict. q. 61. n. 1.* quoniam illud non definit negotium principale, sed solum principiat, eum aliud expectet posse, nam nominantur calculatores ad dispungendum, & calculandum rationes, quibus peractis, producuntur coram Judice, ut super dubiis juris quætionibus suam

sententiam proferat *Gutter. quæstion. civil. 37. n. 1. § 2. Escob. de ratioc. cap. 9. n. 25. Altimar. dict. n. 1. & constituto de administratione, nullum damnum administratoris considerari potest in illo decreto; nihil enim ab administratore exigitur, cum incertum sit debitum, imò & debitor etiam incertus, cum ex calculatione, & computatione potest administrator creditor apparere, & dominus debitor ex *Salgad. de regia protection. p. 2. cap. 11. n. 12. 20. § 21. Altimar. dict. q. 61. n. 1. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 17. 18. § 19.**

Secunda est, quia utrique domino, & debitori utilis est redditio rationis, quoniam illis disculis, aut administrans, aut dominus potest remanere debitor, ut supra diximus, & cum sit utrique utilis, à decreto appellari non potest *ex l. ant. sentent. ff. de appellat. recipiend. l. ante sentent. cod. quor. appel. non recipiant. Altimar. sup. n. 9.*

Tertia est, quia omni jure tam divino, quam humano aliena gerens negotia in calce suæ administrationis rationem reddere tenetur, sive sit necessarius, sive voluntarius, sive à lege, sive ab homine, etiam sine mandato, ut probavit *in cap. 1. huj. tractat. & appellatio à sententia lata pro observantia, & conformitate jurium est illegitima arg. tex. in cap. consuluit de appellationib. ex quo textu singularem conclusionem deduxerunt Marant. in specul. 6. p. de appel. n. 345. Altimar. dict. q. 61. n. 7. videlicet ab actu gesto secundum legis, seu juris dispositionem, & à Judice exequente non esse licitam appellationem, quod optimè comprobatur ex dictis tract. 1. lib. 1. cap. 1. cujus doctrinas hic pro repetitis habeo.*

Non solum condemnato ad reddendas rationes denegatur appellatio in utroque effectu, sed etiam illi de nullitate dicere prohibitum est, ut docet *Altim. dict. q. 161. n. 15. cum Secac. de appell. q. 5. n. 82. 94. § 117. licet regulariter prohibitus appellare, non di-*

catur de nullitate prohibitus dicere *ex Canc. 3. var. cap. 18. n. 21. Peg. forens. cap. 15. n. 248. Gasin. de defens. reor. defension. 36. cap. 4. n. 13. Altimar. sup. n. 13. nisi nullitas procedat ex defectu jurisdictionis, nam decretum redditionis computorum fieri non potest à non suo Judice Altimar. sup. n. 16.*

Benè tamen appellatur à decreto condemnante ad reddendas rationes, & utrumque effectum habet appellatio, quando negatur, nec constat conventum administrasse, vel administrare debuisse *Altimar. sup. n. 11. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 5. Salgad. ubi supra n. 34. vel quando sumus in personis, quæ ad ratiocinia non tenentur, vel si tenentur, compelluntur ante debitum tempus, Escob. sup. dict. cap. 5. § 6. per tot. Salgad. dict. cap. 11. d. n. 36. Altimar. dict. q. 61. n. 22. Otter. de officialib. Reipub. 2. p. cap. 10. n. 39. ubi multos refert.*

Et in nostro Judice particularis est ratio, & in cæteris, quibus à lege injungitur obligatio recipiendi rationes. quia appellatio non datur, nec licita est ab observantia, & dispositione juris *ex cap. consuluit 3. de appellat. ubi Barb. Otter. sup. n. 39. Salgad. de protect. reg. p. 2. cap. 11. d. n. 6. usque ad 33. & ab actu gesto secundum leges à Judice exequenti non appellatur, l. ex consens. §. fin. ff. de appel. cap. ex ore 3. de his, quæ fiunt à maiori parte, unde cum Judex teneatur summere rationes ex officio à tutoribus, & curatoribus, ex legis decreto appellationem suspensivam locum habere non posse affirmandum est ex his, quæ diximus tract. 1. lib. 1. cap. 1.*

Et appellatio ab uno ex pluribus tutoribus, curatoribus, seu administrantibus pro indiviso administrantibus interpolita, cæteris prodest, sicut prodest interposita ab uno ex cohæredibus simul condemnatis, vel procuratoribus; dummodo aliquis ex illis non consentiat, vel aliquo beneficio personali non sit admissus in re dividua *Ord. lib. 3. tit. 80. § 12. ibi Barb. cum multis*

totus titul. cod. si unus ex plurib. & diximus late de recusationib. lib. 3. cap. 23. § 4. per tot. late Altim. de nullitat. in siac. q. 72. per tot.

CAPUT IV.

Ubi tutores, curatores, cæterique administratores tutelæ, curæ, seu administrationis rationes reddere teneantur?

SUMMARIUM.

- 1 Administrator, sive publicus, sive privatus, tutor, curator, socius, & similes in loco administrationis, tutelæ, seu curæ ad rationes reddendas forum sortiuntur.
- 2 Ad eod, quod nec in loco domicilii pro rationibus reddendis conveniri possunt, licet petens suis expensis libros, & ratiociniorum instrumenta ad locum domicilii deferre velit, sed alii melius contrarium tenent.
- 3 Licet prædicti in loco administrationis domicilium non habeant, vel quia nunquam habuere, vel quia post susceptam administrationem mutavere, adhuc in loco administrationis rationem reddere debent.
- 4 Ad Judicem administrationis administratorem obligatum ad reddendas rationes Judex domicilii remittere tenetur.
- 5 Et ad locum administrationis prædicti suis expensis libros, & instrumenta ad rationes necessarias deferre tenentur; nisi jam rationes domino obtulissent, & hic in mora recipiendi fuisset.
- 6 Prædictique ad id nullo privilegio excusantur.
- 7 Unde Clericus tutor, vel curator, Clericali privilegio non obstante, coram Judice seculari rationem reddere compellitur ex veriori sententia.
- 8 Unde etiam privilegium Sanctæ Inquisitionis, Familiaris non excusat.
- 9 Idem de privilegio Monetariorum dicendum est.
- 10 Et idem de privilegio viduarum, cæterarumque miserabilium personarum.
- 11 Idem de Senatorum privilegio.
- 12 Idem de privilegio agricolarum, vel quocunque alio.
- 13 Dicta de administratione seculari in administratione Ecclesiastica dicenda sunt.
- 14 Unde Clericus administrans in diversa Diœcesi ab hujus Ordinario per literas requisitorias citari, ut ante eum rationes reddat, possit.
- 15 Secularis administrans Ecclesiasticam administrationem, coram Judice Ecclesiastico pro reddendis rationibus conveniri potest.
- 16 Si Hospitale, Capella, aut Confraternitas sine auctoritate Episcopi erecta sit, tunc ratio coram Provisore Provinciæ, aut alio Judice superiori seculari, ad id à Principe deputato, reddenda est.
- 17 Laicus suscipiens tutelam, vel curam Clerici d manu, & jurisdictione Ecclesiastici Judicis, coram ipso in loco administrationis ad rationes cogi potest.
- 18 Tutores actione tutelæ conventi, curator curationis, negotiorum gestor actione negotiorum gestorum apud Judicem suum orinarium conveniendi sunt: & si plures sint, vel unius tutoris, vel curatoris defuncti plures hæredes omnes coram uno Judice conveniendi, ne causæ continentia dividatur, & diversa sententia decidatur.
- 19 Sed cum de reddenda ratione agitur, ipsi tutores, curatores, & similes, eorumque hæredes in loco administrationis conveniri debent.
- 20 In loco administrationis instructio sufficiens, nota testimonia, verissimaque instrumenta præsto sunt, quibus Judex instrui potest.
- 21 Rationes honorum publicorum, Civitatis, Oppidi, vel Concilii, coram

- ram Judice civitatis, oppidi, & cōcili-
lii, in concilii domo præstari debent.
- 22 Quia apud nos Judex est Provisor
Provinciae quo ad conciliorum bo-
na, ex quibus Regi tertia debetur.
- 23 Quo ad bona verò, de quibus Regi
tertia non solvitur, coram Judice or-
dinario loci rationes reddendæ sunt,
nec de eis rationem Provisor pete-
re possit, ut judicatum fuit.
- 24 Judex, & quicumque alius officia-
lis sui officii rationes in loco admi-
nistrationis reddere, & se ibi syn-
dicatui exponere debent.
- 25 Si quis in pluribus, & diversis lo-
cis eandem administrationem ha-
buerit coram Judice loci principalis,
& capitis administrationis ratio-
nem reddet: ita Judex in capite ju-
risdictionis syndicatam patitur.
- 26 Post primas rationes redditas, si de-
nuò expungantur, iterum in loco
administrationis reddendæ sunt, sed
petentis expensis.
- 27 Si in initio administrationis pacif-
catur, ut ratio illius coram certo
Judice, & loco determinato, tunc
ibi, & non in loco administrationis
reddenda est; cum hujusmodi pa-
ctum nullo jure prohibetur.
- 28 Sed pacto non obstante, tutor, vel
curator coram Judice tutelam, vel
curam decernente, rationem red-
dent: cum hoc de forma legis sit,
cui partes contravenire non possint.
- 29 Si à lege, vel regimine particulari
certus Judex, vel Tribunal pro ra-
tionibus reddendis designatus sit,
coram eo, & non in loco adminis-
trationis ratio reddi debet; quod
multifariè in nostro Regno exempli-
ficatur.
- 30 Si tam petens rationes, quàm ad
reddendas obligatus conveniunt,
ut non in loco administrationis, sed
domicilii debentis, vel petentis,
vel in alio diverso reddantur, tunc
ibi reddi debent.
- 31 Viduæ, ceteræque miserabiles per-
sonæ, alicui magnati, vel poten-
ti rationes reddere obligatæ, pote-
runt in Curia reddere, & in loco
administrationis reddere non cogun-
tur, licet adhuc de aliqua oppres-
sione non constet.
- 32 Si obligatus ad reddendas rationes
in loco administrationis pulsatus,
reddere recuset, & in mora consti-
tuatur, extra locum administra-
tionis ad rationes reddendas cogi po-
test.
- 33 Qua mora, & dolo cessante, cogi non
poterat; & ita judicatum refert.
- 34 Testamenti executor, non in loco sui
domicilii, vel administrationis, sed
in loco domicilii defuncti rationem
reddere tenetur.
- 35 Si ex consuetudine acquisita sit ju-
risdictio rationes petendi extra lo-
cum administrationis, ratio extra
locum administrationis reddi tene-
tur, cum consuetudine id præscri-
bi possit.
- 36 An editio libri rationis in loco do-
micilii peti valeat, pro utraque par-
te Author D.D. refert.
- 37 Privilegium reddendæ rationis in
loco administrationis præponderat
privilegio pupillorum; ne onere
reddendi, & eundi extra locum præ-
gravetur.
- 38 Pupillus hæres obligati ad rationes
reddendas, eas dare, ubi defun-
ctus, tenetur, privilegio non obs-
tante, ubi Capellæ ratio in diver-
so loco erectæ dari debeat. Remis-
sive.
- 39 Administratores etiam laici Confrat-
ternitatum auctoritate Episcopi
erectarum, & aliorum locorum pi-
orum eadem auctoritate, singulis
annis rationem in manibus Ordina-
rii reddent, nisi aliqua consuetu-
do, vel privilegium adsit, ut coram
aliis ad id deputatis rationes red-
dant, quo casu illis, & simul Or-
dinario ratio reddenda venit, &
aliter factæ liberationes non refragantur.
- 40 Cum prædicti loci Ecclesiastici sint,
eorum

eorumque bona restitutione in integrum gaudeant, & circa alienationem dispositio juris canonici servanda est.

41 Administratores vero Confraternitatum sine facultate Ecclesiastica erectarum singulis annis coram Provisore Provinciae, & non coram Judice Ecclesiastico rationes reddere tenentur; & si Judex Ecclesiasticus compellat, vel se intromittat in electione, seu administratione, ad Coronam recursus competit.

42 Neque hujusmodi loca ab Episcopo visitari possunt, nisi quo ad decentiam Divini cultus.

43 Iis locis manutentio datur probata administratione, possessione ve Sacristie, & aliarum rerum ad Ecclesiam spectantium.

44 Bona eorum sine solemnitatibus alienari possunt.

45 Et restitutione in integrum gaudent.

46 Et de una Ecclesia ad aliam mutari possunt propria auctoritate Confratrum, ubi ita judicatum, possuntque Confraternitati renunciare.

47 Si administratores Confraternitatum Ecclesiasticarum per 30. annos, & amplius in possessione sibimet ipsis reddendi rationes, adhuc ab Ordinario compelli possunt ad rationes reddendas.

48 Et idem de Provisore quo ad Confraternitates seculares dicendum est; & ita judicatum.

49 Licet Ecclesiasticus in possessione sit assumendi rationes Capellarum, eum Provisor privare potest dicta possessione, & si Ecclesiasticus procedat, ad Coronam recursus patet.

50 Sicut Provisor non potest cogere administratores reddere rationem extra locum, ubi Capella sita est, neque tenentur ire ad eas reddendas extra locum Capellaram.

51 Negotiorum gestores etiam in loco administrationis rationem reddere tenentur.

52 Notarius laicus Curiae Ecclesiasticae, in eadem Curia de emolumentis in ea perceptis rationem reddere tenentur.

53 Idem de administratore pie causae, vel alicujus rei Ecclesiasticae, vel elemosinae spectantis ad Ecclesiam dicendum est.

54 Ita mercator coram Judice mercatorum, Scholaris coram Judice Scholasticorum, etiam postquam esse Scholasticus deserit, miles coram Judice militari pro gestis ratione reddere tenentur.

55 Si administratio sit publica, sive privata, in loco administrationis ratio reddenda est.

56 Nisi aliud, vel per pactum, vel per legem, aut regimen sancitum sit.

57 Ratio tutorum, & curatorum coram Judice tutelam dante, vel decernente, danda est.

58 Et caeterorum quorumcunque administratorum in loco administrationis Judici seculari si administratio secularis est; Ecclesiastico, si Ecclesiastica est.

Certissima est nostri juris regula, & infallibile DD. omnium dogma, quod unusquisque, si-ve publicae, si-ve privatae administrationis, seu officii, aut negotii administrator, tutor, curator, gestor, socius, ad rationem reddendam in loco tutelae, curae, gestionis, & administrationis forum sortitur ex l. 1. cod. ubi de ratiocin. agi oportet, cap. 1. de obligat. ad ratioc. ubi communiter Ordinar. & ultra eos sic nos docent citati in cap. 1. n. 14. Oliv. de for. Eccles. 3. p. q. 34. à n. 1. usque ad 49. alios referens Escob. de ratiocin. cap. 7. à n. 1. ad 63. qui multos refert, Peg. cum pluribus ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 12. & quamplurimi alii, quos referre non curo, ne papyrus, & tempus sine utilitate conterem, sed in discursu capitis passim alios dabo, & sunt videndi apud Luc. de jurisdict. discurs. 73. n. 2. & de tutel. discurs.

curf. 3. n. 11. Heef. de rationib. reddend. loc. 5. à n. 1. ad 30. Paul. Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 70. §. 4. à n. 1. ad n. 16. Sabel. in sum. §. administrator. n. 10. Cortiad. decis. 163. n. 8. est expressa Ord. lib. 3. tit. 11. §. 3. ibi Peg.

2 Ampliatur primo hujusmodi conclusio, ut in tantum vera sit, quod non possit tutor, curator, seu quicumque alius administrator, socius, aut gestor cogi, ut in loco sui domicilii rationes reddat, licet illas petens suis sumptibus libros, & instrumenta ratiociniorum ad locum domicilii deferat, *ex Olea decis. jur. §. act. tit. 1. q. 6. n. 58. Peg. dict. n. 12. Scop. ad Gratian. obs. 180. à n. 1. Berart. in specul. visitat. cap. 23. n. 190. Peg. for. cap. 3. n. 720. cum multis contrarium docet, & bene Paul. Mel. sup. n. 1.2. §. 3. cum sequentibus Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 5. n. 2. Ord. lib. 3. tit. 11. §. 3. ibi Peg.*

3 Ampliatur secundo, ut adeo vera sit, quod licet tutor, vel curator, socius, gestor, aut quicumque alius administrator domicilium non habeat in loco administrationis, vel quia jam tempore susceptæ administrationis in alio domicilium habebat, vel quia post susceptam administrationem domicilium mutavit, adhuc in loco, & coram Judice administrationis rationes reddere compellatur, ut optimè aliis allegatis, multis juribus probat *Oliv. sup. dict. q. 34. n. 4. 5. §. 6. Bernard. Dias reg. 397. & alii in prima ampliatione citati, & ad Judicem administrationis tenetur Judex domicilii remittere obligatum ad rationem reddendam Oliv. sup. n. 7. Escob. dict. cap. 7. n. 2. alios dans concordantes, & ita me Judice, & alio collega judicatum fuit in Portuensi Senatu, Berart. sup. n. 191. Fernand. Duard. sup. n. 1. §. 2. Sabel. in sum. tractat. verbo administrat. à n. 10. Cortiad. decis. 163. à n. 9. Ord. lib. 3. tit. 11. §. 3. ibi Peg.*

5 Ampliatur trigesimo, ut adeo vera sit, quod obligatus reddere rationem, teneatur suis expensis libros, & instrumenta necessaria ad calculandas

rationes deferre ad locum administrationis, *ex l. Prætor ait §. sed hoc ff. de edend. nisi administrator congruo tempore, & loco jam domino rationes obtulisset, & ipse fuit in mora recipiendi Escob. de ratioc. cap. 7. n. 5. Gutter. de tutel. lib. 3. cap. 1. n. 126. Cæphal. conf. 8. per tot. latè Felic. de societ. cap. 37. à n. 3. Sabel. sup. §. administratio, à n. 10. cum sequentibus. Luc. de judiciis discurs. 3. n. 38. §. discurs. 73. à n. 10. Ord. lib. 3. tit. 11. §. 3.*

6 Ampliatur quarto, ut adeo vera sit, quod non obstante quocunque privilegio tutores, curatores, cæterique administratores teneantur reddere rationem coram Judice loci administrationis, ut patet in exemplo Clerici suscipientis tutelam, seu curam coram Judice sæculari, qui, non obstante privilegio Clericali, coram Judice sæculari administrationis loci rationem reddere compellitur ex veriori sententia, quam ex multis probavimus *in tractat. de privileg. Familiar. officialiumque Sanctæ Inquisitionis cap. 15. n. 13 ubi n. 14. plures contrarium docentes dedimus, quibus addimus Oliv. de for. Eccles. 3. p. q. 34. à n. 10. exemplo Familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, qui non obstante privilegio, coram Judice loci administrationis rationes reddere tenentur, ut probavimus in dict. tract. cap. 16. n. 72. & docet Escob. dict. cap. 7. n. 10. exemplo Monasteriorum, quietiam tenentur in loco administrationis rationes reddere, ut diximus cap. dict. 18. n. 72. exemplo viduarum, cæterarum personarum miserabilium, quæ non obstante privilegio reddere rationes coguntur coram Judice loci administrationis, ut probamus tract. 5. lib. 1. cap. 1. n. 48. §. cap. 2. n. 171. exemplo Senatorum, qui etiam non obstante amplissimo privilegio Senatorio, in loco administrationis rationes reddere tenentur, ut judicatum tradit Peg. ad Ord. liv. 2. tit. 59. ad rubric. glos. 1. n. 5. & facit quæ ipse Peg. tradit in §. 10. glos. 12. n. 4. §. 5. & exemplo agricolarum, qui similiter*

- liter non obstante privilegio, in loco administrationis rationem reddere tenentur, ut terminanter probat *Carlev. de judic. tit. 1. disput. 2. à n. 1141. Renat. Choppino de privileg. rusticor. lib. 1. 1. p. cap. 1.* qui idem allerunt de quocumque alio privilegiato ex generali ratione, de qua *Carlev. dict. disp. 2. sect. 3. n. 1141. Luc. de jurisdict. discurs. 73. n. 3. & de jud. discurs. 3. n. 39. cum multis Cortiad. decis. 163. n. 8. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 11. §. 3. n. 7.*
- 13 Ampliatur quinto, ut non solum procedat in administratione sæculari, sed etiam in administratione Ecclesiastica ex *Clem. quæ contingit de religios. domib. Conc. Trident. ses. 22. de reformat. cap. 9. & ses. 24. cap. 16.* in quibus locis multa tradit *Barb. Oliv. de for. Eccles. 3. p. q. 34. n. 3.* Unde venit, quod si Clericus administrationem aliquam in diversa Diæcesi susceperit ab ea, in qua domicilium habet, poterit Ordinarius illius Diæcesis, in qua Clericus administrationem gessit, si ibi non inveniat, literas requisitorias mittere, ut reum citare faciat ad reddendam rationem in loco administrationis *Oliv. sup. n. 6. cum infinitis Cortiad. decis. 163. num. 2.*
- 14 Pariter hinc venit, quod si laicus suscipiat administrationem Ecclesiasticam, puta, Hospitalis, Capellæ, aut Confraternitatis autoritate Episcopali erecta, coram Episcopo, seu coram ordinario Judice Ecclesiastico rationem reddere tenetur ex *dict. Clem. §. nos autem, Oliv. sup. n. 15. cum pluribus Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. ubi latè videndus Peg. Lar. de Capellan. lib. 2. cap. 1. n. 15. Barb. de offic. & potestat. Episcop. 3. p. allegat. 82. n. 32.* secus verò, si Hospitalis, Capella, aut Confraternitas sine Episcopi autoritate erecta sit, quia tunc est reddenda ratio coram Provifore Provinciæ, vel alio sæculari Judice ad id à Principe deputato, ut nos docet *Oliv. sup. à n. 19. cum sequentib. & DD. quos citavimus cap. 1. à n. 20. & alii apud Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62.*
- §. 39. glos. 46. à n. 25. *Cortiad. decis. 141. per tot. cum duob. seq. Vel. disertat. 40. §. 43. per tot. de quo à n. 39. Luc. de jurisdict. discurs. 41. n. fin. & ad Concilium disc. 19.*
- 17 Similiter hinc procedit, quod si laicus suscipiat tutelam, vel curam Clerici à manu, & jurisdictione Judicis Ecclesiastici, coram ipso in loco administrationis rationem reddere cogi potest ex his, quæ diximus *tract. 3. lib. 4. cap. 4. 5. & 6. Cortiad. decis. 157. per tot. Vel. d. disertat. 40. §. 43. per tot. & disert. 44. per tot. Pinbeir. in append. ad tract. de testament. disp. unic. sect. 3. à n. 220. & 221.*
- 18 Ampliatur sexto, ut adeò vera sit, quod licet, quando tutor convenitur actione tutelæ, curator actione curationis, negotiorum gestor actione negotiorum gestorum, debeat conveniri apud suum Judicem ordinarium *ex l. 2. cod. de jurisdict. omn. Judic. cap. cum sit de foro competent. & quanvis sint plures, vel unius tutoris, vel curatoris defuncti plures hæredes, qui diversa domicilia habent in diversis jurisdictionibus, apud eundem Judicem omnes sunt conveniendi ex l. 5. cod. arbitr. tutel. ne causæ continentia dividatur, & ne diversa judicia ex eadem causa oriantur ex tot. tit. ff. de quib. reb. ad eundem Judic. attamen, quando de ratione reddenda agitur in loco administrationis, ipsi tutores, curatores, negotiorum gestores, focii, cæterique administratores, vel eorum hæredes rationem reddere tenentur, ex ea ratione, quia in loco administrationis, instructio sufficiens, & nota testimonia, & verissima documenta possunt præstari, quibus Judex instrui potest *Peres ad tit. cod. ubi de ratioc. n. 1. ibi Zoef. & Barb. Gratian. decis. 180. per tot. cum infinitis Cortiad. decis. 163. num. 5.**
- 19
- 20
- 21 Ampliatur septimo, quod adeò vera sit, ut rationes bonorum publicorum, Civitatis, Oppidi, & Concilii, in domo Concilii coram Judice Civitatis, Oppidi, vel Concilii præstari debeant

beant *ex l. fin. cod. de debitorib. civitat. lib. 11. ubi Peres, l. fin. in fin. ff. de administr. rer. ad civitat. pertinent. Bobad. in politic. lib. 5. cap. 4. n. 5. Escob. de ratioc. cap. 7. n. 62. Avendanb. de exequend.*

22 1. p. cap. 10. n. 38. qui Judex apud nos est Provisor Provinciæ quo ad bona Conciliorum, ex quibus Regi tertia debetur *ex Ord. lib. 1. tit. 62. ad §. 72. glos. 79. Themud. decis. 16. n. 9. 1. p. Escob. de ratioc. cap. 3. n. 10. Oliveyr. de munere provisor. cap. 7. §. 2. per tot. & ejus*

23 *additionator ad eundem caput; secus verò quoad bona, de quibus Regi tertia non solvitur, quia coram Judice ordinario loci sunt reddendæ rationes, nec ad eas petendas potest Provisor se intromittere, ut judicatum vidi ad favorem oppidi Marvonensis contra Proviforem Provinciæ Portalegrensis, cum Judex Forensis Oppidi Marvonis fui.*

24 Ampliatur octavo, ut adeò vera sit, quod Judex, & quicumque alius officialis teneatur rationes sui officii reddere in loco administrationis illius, & se syndicatui ibi exponere *ex Ord. lib. 1. tit. 60. §. 1. ibi Peg. & Barb. Landin. de syndic. cap. 2. per tot. ubi n. 8. citat Curiam Philip. 4. p. del juiz. crim. §. 1. n. 10. Bobad. 1. p. cap. 6. §. 1. n. 3. & 2. p. cap. 5. n. 14. & 15. lib. 5. cum infinitis Cortiad. decis. 163. n. 2. & 3.*

25 Ampliatur nono, ut adeò vera sit, quod si quis in pluribus, & diversis locis eandem administrationem habuit, rationem illius præstare tenetur coram Judice principalis loci, & capitis administrationis, prout tenetur Judex in capite jurisdictionis syndicatum pati *ex Ord. lib. 1. tit. 60. §. 1. Curia Philip. 4. p. del juiz. crim. §. 1. n. 10. Landin. de syndicat. cap. 2. n. 30. in terminis cum multis Cortiad. decis. 163. num. 8. & 9.*

26 Ampliatur decimo, ut adeò vera sit, quod non solum in loco administrationis tenetur tutor, curator, seu quicumque alius administrator prima vice reddere rationem; sed si rationes denuò expungantur, iterum in loco ad-

ministrationis reddere rationes tenetur, sed non propriis expensis, sed petentis *Berart. in spec. visitat. cap. 23. n. 191. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 125. Surd. de aliment. tit. 1. q. 47. n. 9. contrarium tenet Luc. de jurisdict. discurs. 73. num. 1.*

Limitatur primo nostra conclusio, ut non procedat, quando in initio administrationis in pactum, contractumque deductum sit, ut ratio illius coram certo Judice, vel incerto, & determinato loco reddenda sit: quia tunc tantum ibi, & non in loco administrationis administrator reddere rationem tenetur: siquidem hujusmodi pactum nullo jure prohibetur, & succedit regula docens pacta, quibus jura non resistunt, esse custodienda, ut probavimus *tract. 2. lib. 7. cap. 4. à n. 1. & cap. 5. n. 2. sed hoc pacto non obstante, non*

28 *relevabitur tutor, vel curator à reddenda ratione coram Judice tutelam, vel curam decernente: quoniam de forma legis est, ut tutor, vel curator coram Judice tutelam, vel curam decernente ratio detur, ut in principio diximus, cui legis formæ partes cōtravenire non possunt, ut ostensum est tract. 1. lib. 1. cap. 5. n. 4. Vide Gratian. decis. 180. à n. 12.*

Limitatur secundo. ut non procedat, quando à lege, vel à regimine particulari certus sit designatus Judex, vel Tribunal, coram quo sit reddenda ratio, non obstante, quod administratio facta sit in locis valde diversis, & longinquis, prout in nostro regno videmus in omnibus Quæstoribus regiis, vel Ordinum Militarium, qui tenentur rationes reddere coram Judicibus, & Tribunalibus designatis in suis regiminibus, & in regimine rationum, quod vocamus *dos Contos, à cap. 14. ad cap. 21. & ex cap. 31. cum sequentib. regimin. patrimon.*

Limitatur tertio, ut non procedat, quando tam petens rationes, quam ad illas reddendas obligatus conveniunt, ut non in loco administrationis, sed in loco domicilii debentis redde-

30 re,

re, vel petentis rationem, vel in alio diverso rationes reddantur, ut colligitur ex DD. quos n. 2. allegavimus, & ex ratione prælitata n. 27. *Peg. forens. cap. 3. n. 720. § 721. Cortiad. d. decis. 163.* ubi infinitos refert.

31 Limitatur quarto, ut non procedat, quòd ad viduas, orphanos, cæterasque miserabiles personas, quando alicui magnati, vel potenti rationes reddere debent; quia tunc poterunt petere rationes reddere in Curia, & in loco administrationis eas reddere non coguntur, etiam nondum constituto de aliqua oppressione, ut in terminis resolvit *Escob. de ratioc. cap. 7. n. 61.* ex rationibus, de quibus ibi *Cortiad. sup. cum multis n. 10.*

32 Limitatur quinto, ut non procedat, quando obligatus reddere rationes, judicialiter pulsatus ad eas reddendas in loco administrationis, eas reddere recusavit, & in mora fuit constitutus; quia tunc cogi potest ad eas reddendas extra locum administrationis *Oliveir. de muner. Provisor. cap. 2. §. 11. n. 17.* qua mora, & dolo cessante, non potest cogi, ut extra locum rationes præstet, prout me Judice, & alio collega judicatum fuit in Senatu Portuensi contra Provisorem Conimbricensem, volentem cogere, ut alia consilia venissent ad Conimbricam præstare rationes *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 40. § 55.*

33 Limitatur sexto, ut non procedat in executore testamenti, qui neque in loco administrationis, nec in loco sui domicilii, sed in loco domicilii defuncti, cujus testamenti executor fuit, rationem reddere compellitur, sic docentibus *Oliveir. de muner. Provis. cap. 2. n. 16. Pereir. de man. reg. 1. p. cap. 16. n. 38. Peg. for. cap. 3. n. 721. cum seqq. & plures apud nos tract. 1. lib. 4. cap. 6. n. 76. Oliv. in addit. ad alter. cap. 2. n. 7.* ubi sic judicatum refert.

34 Limitatur septimo, ut non procedat, quando ex consuetudine acquiritur sit jurisdictio petendi rationes extra locum administrationis: quoniam con-

suetudine præscribi potest jus petendi rationes extra locum administrationis ab administratore, qui aliàs tali Judice rationes reddere non tenebatur, ut cum *Valasc. cons. 105. n. 64.* tenet *Oliv. de foro Eccles. 3. p. cap. 34. n. 21. Oliveir. in additionib. ad alter. de muner. Provis. cap. 5. n. 32.*

Limitatur octavo, ut non procedat quo ad editionem, quæ potest fieri in loco domicilii ex *Peres in tit. cod. ubi de ratioc. n. 2.* Verùm hanc limitationem non admittit *Parex. de instrum. edition. tit. 3. resolut. 3. n. 31.* affirmans, quòd administrator ad editionem libri rationum compelli non potest extra territorium, ubi administravit; quam sententiam amplectuntur *Rot. Genuens. decis. 96. n. 4. Tusc. liter. E. concl. 40. n. 12. Gen. de scriptur. privat. lib. 4. pagin. mibi 248. n. 55. Escob. de ratioc. cap. 10. n. 24. Luc. de jurisdict. discurs. 73. n. 11.* ubi quod debitor rationis in loco administrationis pulsaverit creditorem, ut eam recipiat, & ipse renuat, non tenetur reddere. Vide *lib. 2. cap. 7. d. n. 6.*

Ratio ita reddenda est in loco administrationis, ut privilegium istud præponderet privilegio pupillorum *Escob. de ratioc. cap. 7. n. 56. § 57. Gratian. decis. 180. n. 6. § 7.* ibi *Scop. Carlev. de judic. disp. 2. q. 6. sect. 7. n. 651. Paul. Melius ad Castil. de aliment. cap. 37. §. 4. d. n. 3.* ne duplici onere prægravetur administrator, scilicet, reddenda rationis, & eundi extra locum administrationis *Mel. sup. n. 4. 5. § 6.* & ita pupillus hæres illius, qui erat obstrictus reddere rationes ibi, eas tenetur dare ubi ille, cujus hæres fuit, privilegio non obstante, ut dicemus *tract. 5. lib. unic. cap. 1. n. 48. Oliveir. de muner. Provis. in addit. ad cap. 1. n. 16.* docet ubi reddenda est ratio Capellæ erectæ in diverso loco.

Administratores etiam laici Confraternitatum auctoritate Episcopi erectarum, & quorumcumque aliorum locorum piorum eadem auctoritate

erectorum tenentur singulis annis reddere rationem in manibus Ordinarii, nisi aliqua consuetudo, vel privilegium adlit reddendi rationes aliis ad id deputatis, quo casu illis simul, & Ordinario esset reddenda ratio, & aliter factæ liberationes non refragantur ex *Sacro Concil. Trident. sect. 25. cap. 9. de reform. jubilate Luc. & Barb. Gratian. cap. 395. Merlin. decis. 473. Ricc. Collectan. 714. & 3217. & in praxi variar. resolution. cap. 2. per tot. Thomat. decis. 27. per tot. Ros. consult. 10. per tot. Sabel. in sum. tractat. S. administrator n. 19. & S. Episcop. n. 3. Rot. p. II. recentior. decis. 278. n. 6. Oliva de foro Eccles. 3. p. q. 11. à n. 46. & q. 34. n. 22. & 44. Pereir. de man. regia 1. p. cap. 17. à n. 4. Zeval. de cognation. per viam violent. q. 32. ad fin. Gutter. canonicar. q. 36. n. 25. congestis omnibus antiquis, & modernis Cortiad. decis. 143. per tot. quia sunt jure Ecclesiasticæ, ac per consequens gaudent restitutione in integrum, & eorum bona sunt Ecclesiastica, & sic circa eorum alienationem est servanda dispositio juris Canonici, ut ex infinitis docet Cortiad. sup. n. 7. & n. 9. Luc. de jurisdic. discurs. 10.*

41 Similiter administratores Confraternitatum erectarū à jure autoritate Ordinarii, tenentur singulis annis reddere rationem corā Provisore Provinciæ, & non Judicibus Ecclesiasticis, à qua jurisdictione ita sunt immunes, quòd non possunt compelli ad administratores ad reddendas rationes, & si id faciant, vel se intromittant in electione cum administratione, datur recursus ad Coronam, ut sæpè judicatum tradit Portug. de donationib. reg. 2. p. cap. 31. n. 41. & 42. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. ibi Barb. & Peg. Valasc. conf. 105. Federic. conf. 10. Sabel. in summa tractat. S. administrat. n. 19. Dian. resolut. moral. tract. 2. resolut. 100. Ric. collectan. 4095. & omnes suprà citati; neque possunt visitari ab Episcopo, nisi quo ad decentiam divini cultus Sabel. d. n. 19. Dian. d. resolut. 100. Portugal sup. à n. 42. & iis datur manutentio

probata administratione, vel possessione Sacristiæ, & aliarum rerum ad Ecclesiam spectantium Sabel. d. n. 19. Merlin. decis. 632. per tot. Cortiad. d. decis. 143. per tot. & possunt bona eorum alienari sine solemnitatibus, cum multis Cortiad. sup. à n. 33. & non gaudent restitutione in integrum, cum aliis Cortiad. à n. 36. & possunt mutari de una Ecclesia ad aliam propria autoritate Confratrum Cortiad. decis. 183. per tot. & ita me conjudice fuit judicatum in Senatu contra Moniales Divæ Annæ; & ipsi Confratres possunt Confraternitati renunciare Cortiad. d. decis. 183. n. 7. Mostaf. de caus. piis lib. 4. cap. 12. à n. 8. Carpsov. discept. 345. per tot.

47 Sed bene potest Ordinarius cogere administratores reddere rationem, quando sunt administratores Confraternitatum erectarum autoritate ordinaria, non obstante, quod sint in possessione reddendi rationes, etiam per triginta annos, & amplius sibimet ipsis Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. n. 164. 333. 343. 361. 457. 458. 473. 482. 487. 490. 496. 502. 641. 717. 779. 803. & 814. ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. & 40. Franc. de Ecclesia Cathedral. cap. 25. & idem dicendum est de Provisore quo ad Confraternitates sine autoritate Episcopi erectas, ut me conjudice judicatum fuit in Senatu Portuensi ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 414. & 43. ibi Peg.

49 Non obstante quod Ecclesiasticus sit in possessione assumendi rationes Capellarum, potest Provisor eum privare à dicta possessione, & si Ecclesiasticus contra eum procedat, datur recursus ad Coronam, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. n. 744. sicut non poterint Provisores extra locum, in quo Capellæ sunt positæ, cogere administratores reddere rationes, neque tenentur ire ad eas reddendas extra locum Capellarum Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 50. n. 1. & probatur ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 40. & §. 55. ibi Peg. & ita nositer judicavit Senatus, me conjudice.

51 Negotiorum gestor, etiam in loco ad-

administrationis tenetur rationes dare
Cortiad. cum multis decis. 163. n. 11. Sciola de foro competent. cap. 29. à n. 19. Es-
cob. de racion. cap. 7. à n. 2. Barb. in l. 2.
 52 *cod. ubi de ratiocin. cap. oporteat n. 3. &*
Notarius laicus Curia Ecclesiastica de
emolumentis cum ea perceptis ratio-
 53 *nem reddere tenetur in Curia Ecclesi-*
astica Cortiad. sup. n. 12. & administra-
tor laicus causæ piæ, vel elemosynæ
spectantis ad Ecclesiam, vel alicujus
rei Ecclesiasticæ coram Judice Eccle-
siastico rationem reddere tenetur, cum
multis Cortiad. decis. 163. n. 12. 13. 14.
 54 *§ 15. & sic mercator Scholaris, seu*
miles, etiam postquam desierit esse
Scholasticus mercator, vel miles, pro
gestis rationem reddere tenetur, Scho-
laris coram Judice Scholasticorum, mi-
les coram Judice militari, mercator co-
ram Judice mercatorum, si ibi fuit ad-
ministratio Cortiad. sup. n. 3.

Itaque sive administratio sit publi-
 ca, sive privata, ratio est reddenda in
 loco administrationis *Cortiad. sup. n. 6.*
Gratian. cap. 182. n. 2. § decis. 187. n. 27.
Sciol. de for. compet. cap. 29. à n. 1. quid
quid dicat Barb. in l. hæres obs. 19. §. 1.
à n. 66. ad n. 78. ff. de judic. Carleval.
 56 *de judic. tit. 1. disp. 2. à n. 169. qui be-*
nè respondet Barb. nisi aliud, vel per
 57 *factum, vel per legem, aut regimen*
fit expressum, & sancitum, & sic ratio tu-
 58 *torum, & curatorum est reddenda co-*
ram Judice decernente tutelam, vel cu-
ram, & cæterorum administratorum
quocunque nomine dictorum est red-
denda coram Judice loci administrati-
onis, sive sæcularis, si administratio est
sæcularis; sive Ecclesiastica, si adminis-
tratio est Ecclesiastica, prout in hoc cap.
& ferè per totum hunc tractatum dictum
est.

CAPUT V.

Qui rationes petere valeant? Et ex
 petitione unius alter valeat reliquari
 in ratiocinio.

SUMMARIUM.

- 1 *Omnis ille, cujus interest, rationes petere potest.*
- 2 *Et eas obligatus reddere, nemine petente, ut ab eo exigantur, petere potest.*
- 5 *Et eum, qui obligatus est reddere, ut rationes sumat, compellere potest, quod optimum consilium erit.*
- 4 *Pubes pubertati proximus, vel minor ut à suis tutoribus, vel curatoribus rationes exigantur, petere possunt.*
- 5 *Ad quod etiam quilibet de populo admittendus erit.*
- 6 *Etiam quilibet de populo sine mandato in judicio rationes petere possit.*
- 7 *Et cuilibet privato de populo, eo petente, rationum copia danda est, ut de erroribus in ea contentis animadvertere possit.*
- 8 *Dummodo non sit inimicus capitalis, qui unus de populo admitti nequit contra eum, quem odio habet, licet ad expensas, & damna se obliget, & Talioni se subscribat.*
- 9 *Judex etiam ex officio tutores, & curatores ad rationes obligare tenetur.*
- 10 *Aliàs ad omne damnum resarciendum ipse Judex tenetur.*
- 11 *Si Judex in sumendis rationibus negligens fuerit, ex officio Provisor Provinciae eas sumere tenetur.*
- 12 *Et si Provisor negligens fuerit, ad omne damnum, sicut Judex, tenetur.*
- 13 *Unus tutor ab altero, cujus factum præstare tenetur, rationes exigere potest, prout est tutor honorarius.*
- 14 *Tutor honorarius, tanquam observator, & custos datus, igitur ut talis vigilare debet.*
- 15 *Sed universalis administrationis rationem*

- tionem petere non potest.
- 16 Si plures tutores gerunt, nulli eorum incontutorum actio nomine pupili datur; suspectus autem à contutore potest, & postulari debet, si administrationis consilia communicare noluerit, sed secundus tutor à primo rationes petere tenetur.
- 17 Si socius à socio rationem petat, poterit opponere petenti: tu non reddidisti, & non adimplevisti pro parte tua, quia in una, eademque administratione ut simul rationes reddantur, conveniens est.
- 18 Quando exceptio ab eadem obligatione provenit, Judex agentem non admittere potest.
- 19 Unde socio petente rationem, ut ab eo reddeat, ab altero peti potest.
- 20 Exceptione adimplementi opposita processus ad ulteriora non progreditur, dum agens prius de implemento non docet, licet minor actor sit.
- 21 Ex eo quod minor à potestate tutoris, vel curatoris exit, rationes petere potest.
- 22 Administrator non tenetur rationes reddere, quando ex facto sui adversarii reddere nequit, quod exemplificatur.
- 23 Quo ad impediendum illum ratio pro reddita habetur, cum actus semper pro facto habeatur in præjudicium impediendum, vel causamne fiat dantis, & quando per obligatum ad faciendum non stetit, unde contra occupantem, seu invadentem ratio exigi potest, si exigentis intersit.
- 24 Socius, qui ex parte sua non adimplevit, eaque ex contractu adimpleturus erat, rationem petere non potest ad actionem, & lucrum consequendum, unde ante omnia se adimplevisse docere debet.
- 25 Ut administrator rationes reddere teneatur, requiritur quod à sociis, vel aliis interesse habentibus præcise deputatus fuisset ad administrandum, & ad hoc se obligas-
- set; secus autem ille, qui suo arbitrio, & absque alia præcisa obligatione, & deputatione, sed solummodo pro communi commodo, & utilitate administravit: unde qui non ex officio sibi injuncto, sed tantum pietate, vel simili causa motus rem, vel negotium commune administravit, rationem reddere non tenetur pro simplici nudo ministerio, & exercitu, nulla præcedente præcisa deputatione, & obligatione, quia simul deputatio, & administratio requiritur.
- 26 Si in rationibus socius condemnatus existat per sententiam in Senatu confirmatam, revisionem petere potest, cõcessãque fuisse Author refert.
- 27 Factum intricatum in judicio incidens, ad arbitros peritos remittitur, & in racionibus ad calculatores, qui quidem ultra id, quod in judicio est deductum, vel judicatum, excedere nequeunt.
- 28 Et si excedant, excessus nullus est.
- 29 Calculatores nominati in executione sententiæ, qua quis ad rationes præstandas condemnatur, acceptum, & expensum computare debent, & declarare reum esse, vel non esse debitorem; de debito tamen aliquo actoris pronunciare non possunt.
- 30 Et si debito actoris pronuncient, suam potestatem excedunt, cum de debito actoris non agatur, nisi reconventionis medio.
- 31 Quando confirmatum vitio laborat, sententia confirmatoria vitiatur, & revisione digna est.
- 32 Sententia debet esse conformis libello, cujus formam, & naturam Judex mutare non potest, nec officium suum impartiri, nisi petenti, & quando limitatur, traditur, & non habere locum in actione pro socio, ostenditur.
- 33 Quando diverse, & separate actiones dantur in una contentum, in alia non includitur.
- 34 Sed contra revisionem concessam Author surgit, cum revisio non con-

- cedatur, si iniustitia notoria non detur.
- 35 *Judicium ratiocinii tam petenti, quàm danti commune est, & in eo uterque creditor, vel debitor apparere potest.*
- 36 *Quando judicium est commune, condemnatio, vel absolutio communis esse debet, aliàs sententia est nulla.*
- 37 *Ratio accepti, & expensis est annexa, & connexa, & in annexis, & connexis sententia ferri debet utrumque decidens, aliàs est nulla.*
- 38 *Sententia super connexis, & annexis data, libello conformis est.*
- 39 *Petens rationes, quid certum non petit, sed quid incertum, id est, quod ex rationibus apparuerit.*
- 40 *Quod dans rationes solvat, si debitor appareat, & ei non solvatur, si creditor, absurdum est; cum circuitus evitandi sint, & ubi constat de injusta retentione, de equitate non est nova actio instituenda.*
- 41 *Sententia ratiocinii tam contra dantem, quàm contra petentem executionem habet.*
- 42 *Ratio accepti, & expensis est inter se inseparabilis, annexa, & connexa, unde calculatores, tum petentis, cum dantis rationes creditum, & debitum calculare debent, & separare non possunt, cum connexorum idem est judicium, una ratio, & propositio.*
- 43 *Ex connexitatis natura in judicium venit, quod aliàs non veniret, sententiaque in principali lata connexis præjudicat, ac Judex præparantis præparati est.*
- 44 *Potestas calculatoribus, & arbitratoribus circa principale, etiam circa connexa, & individua data censetur.*
- 45 *Opus non est reconventionem in judicio ratiocinii, cum petens rationes, petit etiam suam condemnationem, si ex rationibus ita reliquatum fuerit.*
- 46 *Quod virtualiter petit, cum quid quid necessario in mente inclusum dicitur verbis, dicitur etiam ex verbis petentis.*
- 47 *Actor in judicio rationum petere non potest, quin quoque se condemnari non petat, cum rationum petitio reliquorum restitutionem exposcat, tam respectu petentis, quàm dantis.*
- 48 *Judex judicare valet quod ex natura petiti venit, licet in libello non petatur.*
- 49 *Reus ad rationes condemnatus, eas obtulens reliquum sibi restitui petit, actoremque ad rationem reddere reconvenit; cum reconventio tacita resultat ex narratione facti, ex quo ipsa resultat.*
- 50 *Sententia aliquem rationes reddere jubens, in eis reddendis censetur decernere formam secundum juris dispositionem esse servandam, quæ eadem erit, si rationes absque sententia data fuissent.*
- 51 *Connexa pro uno reputantur; executio sententiæ rationes dari jubentis ipsa redditio est, super qua nova sententia, novisque Judicibus profertur, quæ in appellationis gradu, vel graminis novè distribuitur, de certisque non manet; sicut in sententia de dividenda hereditate, vel bonis communibus, aut agris regendis, nulla assignata forma.*
- 52 *Judicium rationis diversum, & separatum est à judicio condemnante rationes reddere, unde quod in hoc non fuit petitum, in illo peti potest; in ratiocinio petitio reciproca est, & sic reconventionem non est necesse.*
- 53 *Debitum procedens ex eadem administratione, & negotio connexum est.*
- 54 *Condemnatio facta de uno ex connexis, alteri non præjudicat, sed non procedit si sententia tam reum, quàm actorem condemnavit, de jureque utriusque cognovit.*
- 55 *Sententia ultra petitum ferri nequit.*

- 56 *Etiam si plus, quàm petatum, probatum sit.*
- 57 *Neque quando ex una causa petatum, ex alia probatum fuerit.*
- 58 *Etiam si coram Judicibus, qui veritate sola inspecta judicant, agatur, quia potestate carent.*
- 59 *Sed non procedunt dicta, si agatur de venientibus ex natura petitorum correlativa, correspondentia, connexa, vel procedentia ex eodem fonte.*
- 60 *De natura petitionis rationum est, quod petens eas condemnetur, si debitor appareat, ad similitudinem petentis divisionem.*
- 61 *In judiciis summariis Judex ultra petita condemnari potest, & ita in judicio racionum, in quo rationem offerens, residuum petit.*
- 62 *Eo quod socius actione pro socio utēs socium reddere rationem coegit, & in judicio rationis, venit omne ex administratione procedens, ad idemque alius actionem intentare nequit.*
- 63 *Sive ratio coactè ex sententia, sive voluntarie reddatur, quis in ea debitor apparuerit condemnandus est, itaque in Senatu judicatum, non obstante divisionis concessione.*

IN materia propositi capitis regula erit, quod omnis ille, cujus interest, quod rationes reddantur, eas petere potest, ut jam probatum extat supra cap. 2. à n. 1. quæ in tantum vera est, ut ampliatur primo, ut procedat, quod etiam, nemine petente, teneatur ipse obligatus, ad reddendas rationes, petere, ut ab eo exigantur, ut probatur ex DD. citatis dict. cap. 2. n. 57. & possit obligare eum, cui eas reddere tenetur, ut rationes sumet, ut absolvatur ab administratione, ne semper sit in suspenso, & ne post mortem molestentur hæredes; ut advertunt Paul. Castr. in l. vix certis ff. de judic. quem sequuntur Avil. in cap. 30. Prætor glos. & si acaben, n. 4. Berart. in specul.

visitat. secular. cap. 23. n. 192. dicentes esse sanum consilium, ne bona administratoris semper pignorata, & obligata sint, ut diximus tract. 3. lib. 7. cap. 27. per tot. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 25. Sabel. in summa, tractat. S. administrator à n. 41. Salg. in labyrinth. 3. p. cap. 7. à n. 36. & cap. 8.

Ampliatur secundo, quod ad eò vera sit, quod non solum ipse impubes proximus pubertati, vel minor possint petere, ut à suis tutoribus, & curatoribus rationes exigantur, sed etiam quilibet de populo sit admittendus, prout diximus tract. 3. lib. 8. in cap. qui tutores, curatoresque suspectos allegare valent; prout potest quilibet de populo, etiam sine mandato, petere in judicio rationes publicas reddi ex Barth. in l. ubi pactum, cod. de transactionib. n. 11. Innoc. Hostiës. & Fel. in in c. dilect. de maiorit. & obedient. Curia Pis. lib. 2. cap. 18. n. 15. Berart. dict. cap. 29. n. 189. Escob. de ratioc. cap. 7. n. 63. ubi n. 62. resolvit, quod quolibet privato de populo volente, & petente, copia rationum præstanda sit, ut de erroribus, & fraudibus in ea contentis animadvertere possit, dummodo non sit inimicus capitalis, qui non potest admitti, ut unus de populo contra eum, quem odio habet, agere, etiam si se obliget ad expensas, & damna farcienda, & se subscribat Talioni Valasc. conf. 124. n. 4. Pereir. in prompt. jur. n. 826. Vide quæ diximus tract. 3. lib. 8. cap. 3. d. n. 17.

Ampliatur tertio, ut favore pupillorum, & minorum orphanorum tenetur illorum Judex, nemine petente, ex officio cogere tutores, & curatores rationes reddere ex Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. ibi Peg. glos. 26. n. 11. infinitos allegans, & n. 55. & in §. 49. Oliveir. de muner. provisor. cap. 3. §. 2. n. 3. ita ut, quod si ex non redditis rationibus pupillus, vel minor damnum sentiat, ad illud refarciendum ipse Judex teneatur, ut abundè probavimus tract. 3. lib. 2. cap. 9. d. n. 10. & hoc lib. cap. 2.

11 Ampliatur quarto, ut adeò vera sit, quòd si Judex orphanorum negligentem se habuerit in sumendis rationibus à tutoribus, & curatoribus, temporibus à lege præscriptis, teneatur ex officio Provisor Provinciæ eas sumere *ex Ord. lib. 1. tit. 62. §. 33. ibi Peg. glos. 35. Oliveir. de mun. Provis. cap. 3. §. 2. n. 3.* aliàs ipse Provisor ad damna, sicut Judex, tenetur, ut dixi *dict. tract. 3. lib. 2. cap. 10. d. n. 2. & per tot. cap. Cyriac. contr. 433. per tot. Ansal. de comerc. & mercatur. discurs. 29. n. 20.*

12 Ampliatur quinto, ut adeò vera sit, quòd possit unus tutor ab altero, cujus factum præstare tenetur, v.g. honorarius tutor administrantibus exigere *ex l. 3. §. ceteri ff. de administratione & pericul. tutor. & diximus tract. 3. lib. 8. in cap. qui tutores suspecti. accusare valent;* ex ea ratione: quia hic datus est, quasi observator, & custos; igitur debet sollicitè curare qualiter administrans

13 conservator: quanvis universalis administrationis ratio peti non possit; quia tutor actus sui rationem contutori reddere non cogitur *ex l. actus 19. ff. de administr. tutor. & cum plures tutores gerunt, nulli eorum in contutorem actio pupilli nomine datur ex l. 12. in princip. l. 32. in fin. ff. eodem;* suspectus autem à contutore potest, & postulari debet, si noluerit, administrationis confilia communicare *ex dict. l. actus 19. Luc. de tutorib. discurs. 7. Hees. de ration. redd. loc. 6. n. 55. ad 56. ubi quod tutor secundus à primo rationem exigere tenetur l. 37. §. 1. l. 44. ff. de administr. tutor. l. 1. cod. eodem.*

14 Ampliatur sexto, ut procedat, quòd ubi à quolibet ex sociis ratio reddi debet socio petenti, quod ab altero socio reddatur, opponi potest: tu non reddidisti, & non adimplevisti pro parte tua; *l. Julian. §. offerri ff. de actionib. empt. l. cum proponas 21. cod. de pact. cap. pervenit §. 2. de jur. jurand. nam cum una sit ejusdem negotiationis administratio, facta à duobus, conveniens est etiam, quòd in simul ab administratori-*

15 bus ratio reddatur, ut quid sit in negotiatione, ut fieri debet, cognoscatur; & si ab eodem fonte pendet, nempe ab eadem negotiatione, & administratione, quod ratio reddatur, ista exceptio: tu non reddidisti pro parte tua, ab eodem fonte proveniens, certè est dicendum, quod opponi potest; cum, quando exceptio provenit ab eadem obligatione, possit Judex non admittere agentem *ex l. eum, qui ita 56. ff. de verbor. obligat. notant Reminald. Senior lib. 2. cons. 300. à n. 54. & Reminald. Jun. lib. 3. cons. 280. n. 15. quos refert, & sequitur Felic. de societ. cap. 37. n. 15. & 16. ubi, quod ratio, quando à quolibet socio est reddenda, uno petente, quod reddatur, alter opponere potest, quod etiam à petente reddatur; Durand. decis. 400. n. 1. Gratian. cap. 760. à n. 19. Peg. forens. cap. 3. pag. 226. in princip. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 232. Mascard. concl. 1256. n. 6. Afflict. decis. 13. Peg. dict. cap. 3. n. 218. Luc. de credit. disc. 52. n. 4. sed vide Rot. Genuens. decis. 169. per tot. Hees. de rationib. redd. loc. 1. n. 39. §. 40. cum multis; quia exceptio ad implementi opposita facit, quod processus ad ulteriora non procedat, & valens agere, debet prius de implemento docere *l. Julian. 83. §. offerre ff. de action. empti, l. cum proponas cod. de pact. latissime de hac exceptione Nigr. de exceptionibus cap. 9. à §. 1. usque ad §. 17. Lar. alleg. 81. Nogueir. alleg. 6. §. 13. Olea tit. 8. q. 1. à n. 19. Gom. 2. var. cap. 8. n. 4. ibi Ayton, Salg. de reg. prot. 4. p. cap. 7. à n. 108. Vel. disert. 25. Cyriac. contr. 129. §. 278. §. 424. Barb. vot. 126. d. n. 133. Castilb. de aliment. cap. 67. Marescot. 1. var. cap. 88. Pacion. de locat. cap. ... per tot. Altim. de nullitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 1. d. n. 181. §. q. 13. sect. 3. n. 59. 85. 86. §. 87. Gratian. in punct. cap. 760. etiam si sit minor, cui obstat exceptio non adimplementi Staiban. de interes. lib. 2. q. 20. n. 10.**

16 Ampliatur septimo, quòd ubi primò minor exit à potestate tutoris, vel cura-

17

18

19

20

21

curatoris, vel per matrimonium, vel per veniam ætatis, vel per completam ætatem, potest petere rationem, ut notat cum multis *Narbon. de ætate ad omnes actus humanos requisita, anno 18. q. 4. per tot.*

22 Administrator, qui ex facto adversarii non potest rationem reddere, ut quia ex abrupto illi fuerunt ab adversario ablati libri, scripturæ, & alia, de quibus tenebatur reddere rationem, absque ejus interventu, & sic quando ab adversario fuerunt omnia propria auctoritate occupata, excusatur, & quo
23 ad illum habetur ratio pro reddita, cum actus semper habeatur pro facto in præjudicium illius, qui impedivit, vel fuit in causa ne fieret, & quando non stetit per eum, qui tenebatur facere, imò potest contra hujusmodi occupantem, seu invadentem exigi ratio, si exigentis inter sit *l. cum Domini, ibi Barthol. & Bald. ff. locati, Sabel. in summa diversor. litera A. §. 14. n. 11. Mascard. conclus. 1265. n. 15. Gratian. cap. 851. n. 2. §. 3. Cancer. 3. var. cap. 2. n. 14. & de facto ita cum aliis collegis meis tribus deliberationibus judicavi in casu, quem de facto in Senatu habuimus ex l. si quis maior, cod. de transact. Ord. lib. 3. tit. 60. §. 6.*

24 Similiter non poterit petere rationem socius, qui ex parte sua non adimplevit ea, quæ juxta conditiones, & conventiones contractuum debebat implere quo ad effectum, ut actionem, & lucrum consequatur, idè ante omnia debet docere se pro parte sua implevisse *Sperel. decis. 107. à n. 57. §. 117. à n. 68. Tusc. liter. 1. conclus. 60. per totam, Sabel. in summa tract. verbo except. n. 52.*

25 Administrator, quòd teneatur reddere rationem intelligitur, quando à sociis, vel aliis interesse habentibus fuerit præcisè ad administrandum deputatus, & ad hoc se obligavit, & postea administravit; secus autem in eo, qui suo arbitrio, & absque aliqua præcisa obligatione, & deputatione, sed

solummodò pro communi commodo, & utilitate administravit, & sic qui non ex officio sibi injuncto, sed pietatis, amicitia, vel simili causa motus, rem communem administravit, vel commune negotium gessit, non tenetur reddere rationem pro simplici nudo ministerio, & exercitu nullo præcedente præcisa deputatione, & obligatione, cum multis *Sabel. in summa tractat. §. administrator n. 9.* ubi quòd duo copulativè requiruntur, nempe, deputatione, & administratio, quæ tamen deputatione potest fieri, vel expressè, vel tacitè ex dicendis *lib. 4. cap. 1. per tot.*

Socius unus actione pro socio obligavit alterum per sententiam ad reddendas rationes, in cujus executionem reddidit socius rationem, assumptis ab utraque parte arbitris, socius, qui petivit rationes, mansit reliquatus in magna summa per sententiam in Senatu confirmatam contra Doctorem Antonium Simonem, Medicum Cubiculi Regii, & in Academia Conimbricensi Vesperinae Cathedræ medicinæ a Mgistrum, ad favorem Augustini da Costa Leitam, Notario Henriquo Soario Ribeiro; & socius reliquatus petivit revisionem, quæ in Senatu fuit concessa ex duabus deliberationibus sequentibus.

27 Ubi aliquod dubium in judicio incedit, quòd cum respiciat factum, ad eò intricatum incedit, quòd non reperitur satis instructum ad sententiam proferendam, ad arbitros peritos recurrendum, & in causa ratiocinii ad calculatores in arte expertos, & benè versatos *Amaya cum pluribus ad text. in l. instar, cod. de jur. fisci*, eo tamen adhibito temperamento ne ullatenus arbitrarentur præfati arbitratores ultra illud, quod in judicio est deductum; si verò causa executionis versatur, rem judicatam nullo modo excedant ex his, quæ notantur *ad text. in l. à Divo Pio 15. ff. de re judicata, & ad text. in cap. pastoral. 28. de officio delegati*, taliter, quòd excessus arbitratorum ultra rem

judicatam, eamverem, circa cujus instructionem à Judice, vel à partibus nominantur, nullius momenti sit argumento *text. in l. qualem* 19. §. fin. 1. quod tamen 21. §. plenum 6. *l. de his rebus* 46. ff. *receptis arbitris* D.D. *ad text. in l. si* 75. cum sequentibus ff. *pro socio*, *Altimar. de nullit. contract. rubric. 1. p. 2. q. 28.*

29 Planè calculatores in præfenti erant nominati in executionem sententiæ, qua reus invenitur condemnatus ad rationes præstandas, neque aliud erat deductum in hoc executionis iudicio; unde prædicti arbitratore rationes rei computando accepti scilicet, & expensi ipsummet reum esse debitorem, vel non esse declarare debebant, non verò de aliquo actoris debito fas erat pronunciare *ex regula text. in l. ex his*, & quæ ibi solent notare in *l. cum servus* 32. ff. *de condit. & demonstrat.*; unde cum calculatores debito actoris quoque pronuntiaissent, potestatis suæ termini sunt egressi, neque de debito actoris erat agendum, nisi medio reconventionis *in reg. text. in cap. 1. & per tot. de mutuis petitionibus: perperam igitur calculatores iudicant actorem esse debitorem rei, Judicesque inadvertenter eorum arbitrium confirmarunt, utpote contra juris normam prolatam Amaya ad text. in l. instar cod. de jur. fisci, quando enim confirmatum vitio laborat, etiam vitiatur sententiâ confirmatoria Barth. ad text. in l. unic. cod. de error. calculi, Oliv. de for. Ecclesiæ 2. p. q. 25. n. 55. ex quibus sententiâ Senatus esse revidendam censeo. Olyssipone 23. Decembris anno 1707. Antonius Lopes de Carvalho.*

30 31 32 Contra juris dispositionem prolatam fuisse sententiâ Senatus putamus. Hæ enim semper conformes debeant esse libello, cujus formam, & naturam Judex mutare non potest, neque officium suum impartiri nisi petenti *l. 9. §. hoc autem ff. de damno: hæc regula est, de qua Barthol. in l. ut fund. ff. communi dividund. quæ licet multipliciter li-*

mitetur in illo, quod venit ex natura & aptitudine actionis intentatæ, ut notat eleganter *Cardos. verb. sentent. n. 5.* attamen in præfenti extra regulæ limitationes verlamur ex natura quoque actionis propositæ non venit actor condemnandus; licet enim in actione pro socio veniat reliquationem solvere, hoc intelligi debet respectu rei tantummodo, & non actoris; & ratio est in promptu; quia reus ad agendum adversus actorem pro societatis debito, aliam diversam, & separatam habet actionem pro socio utique nuncupatam, ut notant *DD. ad tit. ff. pro socio*, & quando diversæ, & separatæ dantur actiones, non potest in una contineri illud, quod includitur in alia: properanter ergo Judices actorem condemnarunt, parte non petente, in quo sententiâ injulta detegitur. Revideatur igitur Olyssipone 18. Februarii 1708. Mello.

33 34 35 36 Sed salva pace Senatorum, tam Senatus Palatini, quam Supplicationis revisionem concedentium, revisio fuit malè concessa, & contra juris regulas, & sententiâ Senatus omninò est sequenda, non solum quia revisio non est concedenda, nisi detur injustitia notoria *ex Ord. lib. 3. tit. 95. §. 1. Pereir. de revisionib. cap. 63. per tot.* sed quia sententiâ Senatus est prolata secundum jus, tum quia iudicium rationis est commune tam petenti rationem, quam danti, in quo uterque potest apparere creditor, vel debitor, ut diximus *lib. 1. cap. 2. n. 4. & lib. 2. cap. 9. à n. 3. cum sequentibus, & lib. 5. cap. 6. à n. 3. cum pluribus sequentibus Salgad. de reg. procect. 2. p. cap. 11. n. 22. & probatur ex textu rotundo in l. 2. cod. de judic. de quo lib. 3. cap. 9. n. 22. & ubi iudicium est commune, condemnatio, seu absolutio debet esse communis, ut vidimus in iudicio familiæ erciscundæ, finium regundor. & communi dividundo, & in omnibus judiciis annexis, & connexis, ita ut sententiâ aliter lata, sit nulla, benè *Paci. de probat. lib. 1. cap.**

26. à n. 36. tum quia ratio accepti, & expensi est annexa, & connexa ex dictis *lib. 2. cap. 9. à n. 8. & lib. 5. cap. 6. à n. 3.* & in annexis, & connexis sententia proferri non potest sine vitio nullitatis, quæ utrunque non decernat *Pacion. cum multis supra cap. 26. à n. 36. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 45. per tot. & lib. 2. cas. 95. per tot.* & sententia dicitur lata libello conformis, quando est lata super connexis, & annexis D.D. supra *Salgad. cum infinitis de reg. protect. 4. p. cap. 9. à n. 21. Sous. decis. 58. num. 12.*

38 ubi varia jura, & D.D. citat, tum qui petit rationes, non petit quid certum, sed petit quid incertum, nempe quod rationes expungantur, ut si ex illis creditor opponat exigat, vel si debitor solvat, ut ab obligatione liberetur, cum rationes tam à domino administrationis, quam ab obligato reddere rationes peti possent, ex dictis supra à n. 1. & dicendis *cap. 9. ferè per tot.* tum quia absurdum est, quod tutor, curator, seu quicumque alius administrator, quocumque nomine dictus, cogatur reddere rationes, & si debitor ex illis appareat, solvere cogatur, si creditor non possit exigere sine novis rationibus, cum certum sit, quod vari contractus sunt vitandi *ex clement. auditor. de rescript. late Barbof. axiom. 43. per tot. n. 2.* docet, quod ubi constat de injusta retentione de æquitate non est instituenda nova actio, sed est facienda condemnatio ad evitandum circuitum *Tusc. litter. C. conclus. 129. n. 5.* tum denique quia sententia ratiocinii habet executionem tam contra dantem rationes, quam contra petentem, ex dicendis *lib. 8. cap. 1. n. 61. & lib. 5. cap. 1. à n. 38. Maresc. de reconvent. enarratione 5. n. 141. & 142.*

40 Ex quibus factis colliguntur responsa ad fundamenta, ex quibus fuit concessa revisio; nam ad primum, quod arbitratoribus non fuit data potestas calculandi, nisi utrum actor fuisset creditor rei; respondetur, quod cum ratio accepti, & expensi sit inter se in-

separabilis, individua, connexa, & annexa, ut supra diximus, arbitratores tenebantur calculare tam actoris, quam rei creditum, & debitum, & non poterunt separationem alio modo facere; tum quia connexorum idem est iudicium, una est ratio, & propositio *ex l. tutor. post pubertat. cod. arbitr. tutel. ibi Barbof. l. quod ergo §. penult. ff. de contract. tut. terminanter Pacion. de probationib. lib. 1. cap. 26. n. 14. & 15.* ideoque connexitatis natura facit ut veniat in iudicium, quod alias non veniret, & quod sententia lata super principali præjudicat in connexis, idemque sit iudex præparantis, & præparati *Pacion. cum multis supra n. 52. 53. & 54. Barthol. in l. cum autem ff. de negot. gest. notabil. 2.* tum quia potestas data arbitratoribus, & arbitratoribus non solum censetur data circa principale, sed circa annexa, connexa, & individua *Pacion. d. cap. 26. Salgad. de Reg. protect. 4. p. cap. 10. à n. 87. & de retention. Bullarum 2. p. cap. 63. à n. 65.* & in terminis nostris *Menoch. cum pluribus de arbitr. lib. 1. q. 48. à n. 9. cum aliis Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 2. q. 28.*

Ad secundum, quod non præcedente reconventionem rei, non poterat actor condemnari, respondetur, quod licet hæc regula sit *text. in cap. 1. & per totum de mutuis petitionibus, & Ord. lib. 3. tit. 33.* tamen in præsentibus adaptari non potest: nam actor petendo à reo rationes, petivit etiam suam condemnationem in casu, quo ex rationibus fuisset reliquatus; quia hoc virtualiter petit, qui rationes postulat, & quidquid est necessario ex mente inclusa verbis, dicitur esse ex verbis petentis, ut notat *Angel. in l. Prætor ait §. interdictam n. 1. ff. de novi operis nuntiation. Pacion. de probat. cap. 26. n. 71. lib. 1.* neque actor poterat petere rationes, quin quoque petiisset condemnari, si ex illis debitor apparuisset, cum petitio rationis reliquarum restitutionem exposcit tam ratione petentis, quam respectu petiti *Pacion. supra à n.*

48 23. Et à n. 38. cap. 28. lib. 1. & Judex valeat
judicare super his, quæ veniunt ex na-
tura petiti, quanvis in libello non pe-
tuntur, ut cum multis juribus, & DD.
probat *Sousf. decis. 59. n. 12.* de quo in-
trá, *Arouc. alleg. 49. n. 1. & 2.* cum se-
quentibus.

49 Ulterius respondetur, quòd reus
postquam fuit condemnatus ad præ-
standas rationes, ipsas obtulit petendo
sibi reliquum restitui, & hoc facto ac-
torem, ad cujus favorem erat condem-
natus reddere rationem, reconveni-
vit: siquidem reconventio facta resul-
tat, & censetur, quando reus narra-
vit factum, ex quo resultet reconven-
tio tacita, & per æqui polens *Cancer.*
2. variar. cap. 13. à n. 21. in fine *Fonta-*
nel. decis. 343. n. 6. & 345. n. 17. *Tristan*
decis. 7. n. 26. 1. p. Maresc. de reconvent.
enarrat. 1. à n. 145. & ita decisum tra-
dit *Cortiad. decis. 242. n. 5.* *Arouc. alleg.*
4. n. 2. in terminis docet quòd unico ju-
dicio, & unica sententia debet ratio
utriusque determinari.

50 Ad tertium, quòd arbitratores non
poterant, neque Judices in judicio ra-
tiocinii excedere tenorem sententiæ,
in cujus executionem fuit factum, &
cùm in sententia solùm fuerat reus con-
demnatus ad reddendas rationes de lu-
cris societatis actori, non poterunt
arbitratores actorem condemnare.
Respondetur, quòd sententia tantùm
condemnavit reum ad reddendas ra-
tiones actori de lucris societatis, &
nullam dedit formam, qua fuisset fa-
ciendum ratiocinium, & sic pote-
runt in eo Judices, & arbitratores fa-
cere omnia, quæ sine sententia facere
poterant, si reus voluntariè dedisset
rationes; quia sententia jubet dare ra-
tiones secundùm dispositiones juris, &
dispositio juris eadem est, si vè admini-
strator reddat rationes ex sententia cõ-
demnatus, si vè voluntarius, cùm ra-
tio accepti, & expensi in utroque ca-
su sit connexa, & connexorum ita in
utroque casu idem est judicium, quod
non possit fieri de uno, quin fiat de alio

51 *ex cap. si quis objecerit, cap. si quis præ-*
bend. 1. q. 3. cap. quand. de judic. quin con-
nexa pro uno reputentur ex l. quod con-
clave ff. de damno infecto, Escobar de ra-
tiocin. cap. 13. n. 12. in fine; & ita exe-
cutio sententiæ condemnantis reddere
rationem, est sola ipsa redditio rationis,
& non forma, & modus reddendi, su-
per quibus nova datur sententia à Ju-
dicibus novis, quæ in gradu appella-
tionis, seu gravaminis ordinarii non per-
tinet ad Senatores primæ sententiæ,
sicut non pertinet sententia, quæ con-
demnavit aliquem ad dividendam hæ-
reditatem, vel bona communia, vel
agros regendos, nulla data forma, sed
de novo distribuitur, ut quotidie vi-
demus in Senatu, & in præsentia ita ob-
servatum fuit.

52 Ad quartum, quòd reconventio
opponi non potest in executionem sen-
tentiæ, respondemus, quòd judici-
um ratiocinii diversum, & separatum
est, ut supra ostensum est, à judicio
condemnante reddere rationem, & no-
tat *Salgad. de reg. protett. 4. p. cap. 9. à*
n. 140. licet fiat in executorem sen-
tentiæ, & sic in eo peti potest, quod in
primo non fuit petitum *ex l. mutuas ff.*
pro socio, l. instar, cod. de jur. Fisci lib.
10. & cum in ratiocinio reciproca sit
petitio dantis, & accipientis, in eo de-
bet fieri condemnatio debitoris, si vè
petat, si vè reddat rationes ex dictis
juribus, & DD. *allegandis lib. 8. cap. 1.*
à n. 61. nulla desiderata reconventionem,
& nullus assignari potest Doctor, qui
dicat, quòd ut petens rationes possit
condemnari, necessarium sit, quòd
reddens reconventionem opponat,
cùm ex natura ratiocinii id veniat *Gi-*
sebert. de reconvent. cap. 20. per tot.

53 Neque dicas, quòd debitum ac-
toris non est connexum cum debito
rei; quia cùm procedant ex eadem
administratione, & negotio, sunt con-
nexa, licet sint facta à diversis perso-
nis, & diversis temporibus, ut notant
ex pluribus *Pacian. de probat lib. 1. cap.*
28. n. 14. *Escobar. de ratiocin. cap. 13. à*

54 *num. 19. cum sequentibus; & si repli-*
ces dicendo, quòd condemnatio facta
in uno ex connexis; non præjudicat al-
teri cum *Pacian. supra cap. 26. n. 87.*
respondeo, quòd sententia, de qua agi-
tur, tam reum, quàm actorem con-
demnavit, & de jure utriusque cogno-
vit, & sic malè applicatur doctrina.

55 Ad quintum, quòd sententia non
potest proferri ultra petita in libello
ex Ord. lib. 3. tit. 63. in principio, &
66. §. 1. l. ultim. cod. de fideicommiss. liber-
tatib. l. ut fundus ff. communi dividund.
etiam si plus probatum sit, quàm peti-
tum, *glos. in l. verb. oportere ff. de ver-*

56 *bor. signif. vel sit. l. petitem ex una cau-*
57 *sa, & probatum ex alia ex l. non pos-*
sum 7. ff. si pars hereditatis petat. l.
quidem 16. ff. de in rem. vers. Sous. de-
cis. 58. Surd. conf. 12. Afflict. decis. 60.
Cyriac. contrav. 523. à n. 51. Urceol. fo-
rens. conf. 43. n. 11. 15. & 16. & ferè per

58 *tot. etiam si agatur coram Judicibus,*
qui procedunt sola veritate inspecta
Sous. sup. n. 3. quia non habent potesta-
tem circa non petita *Sous. n. 4. quoniam*
respondemus primò, quòd prædicta
non procedunt quando Judex judicat
supra his, quæ sunt de natura petito-
rum correlativa, correspondentia, con-
nexa, vel procedentia ex eodem fonte
l. 4. ff. de petit. heredit. glos. in verb.
Judic. ad fin. in cap. 3. de caus. possession.
& proprietat. Fas. in l. vinum 32. ff. si
certum petat. Sous. sup. n. 12. Barb. ad
Ord. lib. 3. tit. 66. §. 1. n. 1. Magon. de-
cis. Lucens. 1. n. 17. latissimè Altim. de

59 *nullit. quæst. 336. per tot. unde cum de*
natura petitionis rationis sit, quòd ra-
tiones expungantur, & qui ex illis fue-
rit debitor condemnatur, Judex etiam
petentem rationes condemnare valet
ad similitudinem illius, qui petit divi-
sionem, qui ex sua petitione potest con-
demnari, ut ex multis probat *Altim. su-*
pran. 12.

60 Respondemus secundo, quòd præ-
dicta non procedunt in causa summa-
ria *Urceol. sup. n. 17. Surd. conf. 12. n.*
74. Marant. in praxi distinct. 9. n. 27. in

61 *4. p. unde cum judicium ratiociniij sit*
summarium, rectè condemnatio rei non
petitæ fieri potest. Et 3. respondemus,
quòd reus offerendo rationes, petivit
residuum ex illis, & sic cessat totaliter
fundamentum.

Ad ultimum, quòd utrique socio
competit actio, respondemus, quòd
semel quòd unus socius ea utens, cog-
git socium reddere rationem, & in ju-
dicio rationis veniat omne, quòd ex
ea administratione processit, non po-
test alius ad idem actionem intentare,
& sic cessant fundamenta, quibus re-
visio fuit concessa; & cum *Valensuel.*
conf. 97. n. 169. ingenuè fateor me non
convenire quomodo hæ revisio possit
sanari, & cum *Quesad. Pillo contr. cap.*
6. n. 23. ubi resolutio mihi satis perdu-
ra visa fuit, non solum in illo tanquam
scriptore, sed nunc deposita affectio-
nis veste, & maturiori judicio in meo
literarum Museo, negotium trituran-
ti, iterum duritio imbibita apparet;
& concludo, quòd sive ratio redda-
tur coactè ex sententia, sive volunta-
riè, debitor apparens est condemnan-
dus, & ita tandem contra concessionem
revisiois fuit conclusum in Senatu per
ea, quæ *Marest. de reconvent. enar-*
ration. 5. & 6. per tot. Gibeber. de recon-
tion. cap. 20. per tot.

C A P U T VI.
An, & quando rationes peti possint?

SUMMARIUM.

1 De jure communi ante finitam tute-
lam, vel curam rationes peti non
poterant.

2 Absurdum nanque erat rationes pe-
tere ab eo, quia adhuc perseverare
debebat.

3 Videbaturque quasi suspectus argui,
actio etiam tutela generalis est, quæ
non sæpius, sed semel nasci potest.

4 Licet tutori tamquam suspecto cu-
rator adjunctus esset, judicium tu-
tele

tele subire non cōgebatur.

5 Regula generalis est, quod nullus administrator ante finitam administrationem rationem reddere tenetur.

6 Principes nostri pupillos, ut pupillas oculorum suorum custodire, & servare indemnes solent; eisque auxilium, ut veri Judices, & Patres præstant.

7 Unde per jus nostrum regium tutores, curatoresque dativi de biennio in biennium, testamentarii, & legitimi de quadriennio in quadriennium rationes præstare tenentur.

8 Igitur apud nos regula conficitur, scilicet tutores dativi, & curatores de biennio in biennium rationes præstare tenentur, & testamentarii, & legitimi de quadriennio in quadriennium.

9 Et si de novo aliquod inconueniens emergat, propter quod rationes petere domino conveniat, citius peti poterunt, ut in casibus, de quibus Author sese remissum facit.

10 Debitor in diem, ante diem carcerari potest, si interim suspectus fiat.

11 Debitor fugitivus, vel suspectus capi potest, licet intra tempora ad conficiendum inventarium existat.

12 Non ita in debitore conditionali fieri potest.

13 Aliquando pro capitali societatis, vel administrationis ante redditam rationem executio fit, & quando? Remissivè.

14 Et societas dissolvi nondum finita.

15 Statim, & ante finitum tutelæ tempus rationes petuntur, si tutor, curator ve bona stabilia minoris vendere intenderit, reddereque tenetur mater, reliquatumque solvere antequam ad vota secunda transeat.

16 Itaque in prædictis casibus non solum parte postulante, sed Judex ex officio rationes potere debet, aliàs damno subicitur per viam regulæ ita statuentis.

17 In culpa ad casum ordinata Judex est

qui debito tempore in exigendis rationibus negligens fuit.

18 Sedula revisio rationis culpam administratoris facilius aetegit.

19 Tutor, seu quilibet alius administrator dominos, administrationis pulsare debent, ut rationes recipiant.

20 Socius rationes a socio petit, ubi societas finita fuerit: per inimicitiam magnam supervenientem quo ad socium rixosum societas finitur; & ita judicatum refertur in nostro Senatu.

DE jure communi Romanorum stabilitum erat, quod ante finitam tutelam, vel curam rationes peti non poterant per jura in l. nisi finit. 4. l. 18. ff. tutel. ration. distrabend. l. 2. cod. eodem, ex ea ratione, quia absurdum videtur à tutore, vel curatore, administrationis rationem exigere, in qua adhuc perseverat ex l. si tut. §. absurd. 4. ff. tutel. ration. distrabend. cui accedit alia, nempe, quia videbatur quali suspectus argui, & quia actio tutelæ sua natura generalis est; idè, nec sæpius per singulas causas, sed semel tantum nasci potest Manz. de tutorib. 2. p. tit. 3. quest. 3 n. 29. & 30. quod in tantum verum erat, quod quanvis tutori, tamquam suspecto, curator sit adjunctus, non tamen cōgebatur tutelæ judicium subire ex l. 9. §. 5. ff. tutel. ration. distrabend. & generalis est regula in materia, quod ante finitam administrationem, nullus administrator, quocunque nomine dictus, ad reddendam rationem tenetur, ut diximus tract. 3. lib. 8. cap. 6. n. 61. Escob. de ratio. cap. 3. n. 32. Luc. de tutorib. discurs. 4. n. 19. 20. & 22. Heef. de ration. redd. loc. 4. per tot. à n. 1. ad 27. Sabel. in summa tract. verb. administrat. n. 33. & n. 37.

Verum, cum Principes nostri pupillos, & pupillas fortunæ injuria miserabiles, ut pupillas oculorum suorum custodire, & indemnes servare solent, teste Peg. ad rub. Ord. lib. 2. tit. 35. cap. 94. n. 128. eisque auxilium præstent,

tent, ut veri Judices, & Patres ex eodem *Peg. sup. n. 143.* custodientes ad unguemea, quæ fusè dedimus *tract. 3. lib. 8. cap. ultim.* decreverunt in *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 49.* quòd tutores, curatoresque dativi de biennio in biennium, testamentarii, & legitimi de quadriennio in quadriennium rationes præstare teneantur *Peg. & Barb. ibi;* quia cum illis non sit perfecta intelligentia earum rerum, quæ sibi utiles esse possunt, & multis fraudibus sint expositi *ex l. 1. ff. de minorib. magnam curam, & diligentiam in orphanis subveniendis habuerunt Principes nostri.* Igitur regula præsentis capituli erit, quòd tutores, & curatores dativi de biennio in biennium, legitimi, & testamentarii de quadriennio in quadriennium rationes præstare teneantur, quæ regula procedit, nisi de novo aliquid emergat inconueniens, propter quod rationem petere domino expediat, ut in casibus, de quibus egimus *tract. 3. lib. 8. in cap. quib. mod. tutel. & cura finit. & de suspect. tutorib.* quos hinc repetitos habemus pro hujus capituli parte, ne dicta repetamus, *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 50. ibi Peg. glos. 52. n. 1. §. 2. Altim. de nullitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 6. sect. 3. n. 64. Sabel. sup. n. 33. §. 37. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 33. ibi Peg. Vide tract. 3. lib. 8. à cap. 1. usq. ad 8.*

10 Hinc venit, quòd debitor in diem, nondum advento die, potest carcerari, si fiat suspectus de fuga aliquibus ex modis, de quibus *cap. 8. Gom. 2. var. cap. 11. n. ult. Velos. de fugitiv. cap. 19. §. 4. n. 53.* referens multos *Barb. in l. omnib. 41. ff. de jud. & probatur dict. l. in omnib. & in l. si in diem 16. de petition. hered.* Et debitor fugitivus, vel suspectus potest capi, etiam si sit intra tempora ad conficiendum inventarium, *Velos. sup. n. 73.* licet secus sit in debitore conditionali, qui capi non potest, etiam si fiat de fuga suspectus *Velos. sup. à n. 63. latè Fontanel. decis. 5. 546. & 547. ubi per tot. de administratione auferenda ob malam administrationem. Vide tract. 3. lib. 8. c. 3.*

Præterea hinc venit, quòd aliquando possit fieri executio pro capitali societatis, vel administrationis ante redditam rationem, ut videre est apud *Carlev. de jud. tit. 3. disp. 7. à n. 1. ad 26. & dissolvi societas nondum finita, ut latè diximus tract. 2. lib. 6. cap. 7. 8. 9. & 10. per tot. Vide lib. 5. cap. 6. n. 8. Altim. sup. n. 63. Cortiad. aecis. 184.* ubi similiter per totam de administratione ferenda ob malam administrationem.

15 Ulterius ex hoc procedit, quòd si tutor, vel curator intenderit vendere bona stabilia pupilli, sive minoris pro necessitate, de qua *tract. 3. lib. 7. cap. 3.* cogi possunt reddere rationes tutela, seu cura non finita, & tempore ad reddendas rationes non elapso: optimè *Zach. post tract. de sallar. decis. 3. n. 18. & mater tutrix antequam transeat ad secundas nuptias, tenetur rationes reddere, & solvere reliqua, ut diximus tract. 3. lib. 3. cap. 10. per tot. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 33. & 87. §. 50.*

16 Itaque in omnibus prædictis casibus expressè, & virtualiter relatis, non solum à tutoribus, & curatoribus ratio est petenda, parte postulante, sed ex officio tenetur Judex rationes dispungere, ita ut quod si rationes non accipiat, & pupillus, vel minor sit præjudicatus, de suo solvere tenetur ex regula generali asserente, quòd ille, qui negligens est in exigendis rationibus temporibus à lege diffinitis, de suo tenetur, *Ansald. de comerc. & mercat. discurs. 29. n. 29. Cyriac. contr. 433. sub n. 13. & 22.* ubi loquuntur de omissione per quinquennium revisionis administrationis, seu computorum, *Gutter. de tutel. 2. p. cap. 1. n. 116. & in culpa est ordinata ad casum Judex, qui sumere rationes neglexit, debito tempore: optimè Ansald. dict. discurs. 29. & fusiùs Cyriac. dict. contr. 433. per tot.* quia administrationis sedula revisio effecit, quòd culpa administrationis faciliùs detegatur, *Ansald. sup. n. 28. cum aliis Solorsan. de jur. Indiar. lib. 5. cap. 1. n.*

127. tom. 2. Sabel. in sum. tractat. verb. administrat. n. 37. Ord. lib. 1. tit. 87. §. 50. Judici hoc injungit, & in ejus negligentia Provifori Ord. lib. 1. tit. 62. §. 33.

19 Denique tutor, curator, seu quilibet alius administrator tenetur, finita administratione, pulsare dominos administrationis, ut recipiat rationes *Cyriac. dict. contr. 433. n. 2. §. 3.* & diximus cap. 2. n. 61. latè de materia *huj. capit. Heef. de rationib. redd. loc. 4. à n. 1. usque ad n. 27. Sabel. in sum. tractat. verb. administr. n. 42. §. 43.*

20 Socius potest petere rationem à socio, ubi societas fuerit finita aliquo ex modis, de quibus tract. 2. lib. 6. cap. 8. per tot. & in nostro Senatu vidi judicatum inter partes Petrum Ville, & Franciscum Mendes, cum Antonio Gonfalves de Oliveira, Notario Ludovico Francisco Roderico, Judicibus, Sylva, Rosa, & Azevedo, quod ex inimicitia supervenienti inter socios solvitur societas, quo ad socium rixotum *ex l. si covenit. ff. pro soc. ibi Barth. Greg. Lop. alleg. 14. tit. 10. p. 5. Menoch. casu 138. n. 7. Filic. de societ. cap. 35. n. 32. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 1. n. 16. Seraph. de privil. juram. 57. n. 19. Michal. de fratrib. 2. p. cap. 38. n. 2. Valasc. cons. 183. n. 12. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 23. n. 13. Franch. decis. 160. n. 12. ibi Additionat. Fontanel. clausul. 4. glos. 9. p. 2. n. 13. Gutter. de jurament. confirmat. q. 58. n. 7. Altim. de nullit. contr. rub. 1. q. 25. n. 572. dummodo inimicitia sit magna Rosignol. de societ. disquit. 2. §. 21. à n. 4.*

CAPUT VII.

Tutores, curatores, cæterique administratores an ad rationes reddendas citari debeant, & quomodo sint citandi?

SUMMARIUM.

1 Citatio in jus vocatio est à jure na-

turali procedens, quæ ab statuto, lege, seu Principe tollinequit.

2 Sine citatione nullum judicium datur, nec condemnatio cadere potest, vel Princeps, vel quilibet alius Judex, arbiter, vel arbitrator sint, vel causa ordinaria, vel summaria, aut summarissima sit.

3 Tutores, curatores, cæterique administratores ad rationes reddendas prius citandi sunt, aliàs nulliter proceditur.

4 Aliquando contra non citatum, & absentem ad rationes proceditur, disunctisque cum libro administrationis, sententiæ confirmantur, executionique mandantur.

5 Reliqua ex ratione libri depositarii publicæ annonæ resultantia executari possunt, licet rationibus non interfuisset, cum ex libro depositarii introitus, & exitus constet, nullaque alia defensio allegari possit, igitur etiam dispungi, & executari valent, non citato depositario.

6 Ex libro administrationis, tamquam probatio probata, notoriè constat triticum, vel ex tritico pecuniam frumentariæ annonæ, in diversos usus conversum fuisse, & cum hoc de facto factum fuit, ita restitutio de facto fieri debet.

7 In notarriis, ac manifestis spoliis abque strepitu, & figura judicii proceditur; ita in facto notorio, in quo nulla defensio competere potest, absque citatione ad sententiam, & executionem proceditur; ita in quolibet administratore *Ærarii publici.*

8 Plures sunt casus, in quibus citatio non requiritur, de quibus remissivè, & in sequentibus.

9 Si actus gerendus præjudicialis non est, citatione opus non est.

10 Ita quando causæ cognitio non requiritur.

11 Et quando ab executione inchoatur, ut in nuntiatione novi operis.

12 Vel quando lex, vel statutum justifi-

- cationem actus gesti exigit.*
- 13 *Idem quando à præcepto clausulam justificantem habente inchoatur.*
 - 14 *Vel quando mandatum habet clausulam, si cenferis te gravatum compareas.*
 - 15 *Simile namque mandatum per comparantiam partium imitationem resolvitur.*
 - 16 *Quando aliquis actum facere potest, citatio non requiritur.*
 - 17 *Nec quando pars citanda præsens est; quod multoties declaratur ibi.*
 - 18 *Nec quando periculum est in mora; quod exemplificatur.*
 - 19 *Nec quando Judex ex officio procedit ad se informandum.*
 - 20 *Nec quando Judex in sua conscientia judicare potest.*
 - 21 *Nec quando pars citata impedire non poterat.*
 - 22 *Vel quando nulla defensio competit.*
 - 23 *Vel quando in notoriis sumus.*
 - 24 *Nec quando adversarius non adest; quod exemplificatur quando hæres ab intestato nuncupativè institutus est.*
 - 25 *Neque quando in præambulis citationis sumus: quod multis exemplis ostenditur.*
 - 26 *Vel quando de consuetudine non requiritur.*
 - 27 *Neque quando sine periculo citandi venire non possunt.*
 - 28 *Nec in actu à libera voluntate pendente.*
 - 29 *Vel quando Judex à præcepto incipere potest.*
 - 30 *Vel quando ex citatione delicti impunitas sequeretur.*
 - 31 *Vel quando partes ne citatio fieret, conveniunt.*
 - 32 *Ante consultorem citatio non requiritur.*
 - 33 *Nec in confessione facta; nec quando contra officialem ad justitiam deputatum agitur; sed contrarium melius.*
 - 34 *Nec in inquisitione generali.*
 - 35 *Nec quando vigore commissionis quis ad suam informationem inquisitionem faceret.*
 - 36 *Nec quando ad informationem notarii commissarii, aut Curie agitur.*
 - 37 *Nec in causis fiscalibus, ubi summarie proceditur, ubi contrarium; Et etiam quando jus commune imploratur.*
 - 38 *Vel quando de scandalo futuro dubitaretur.*
 - 39 *Vel quando figura judicii servari non debet, dummodo citatio defensionem non sapiat.*
 - 40 *Neque in rebus, quæ à Notario fiunt.*
 - 41 *Neque in extrajudicialibus, prout in juramento extrajudiciali, ubi contrarium.*
 - 42 *Nec quando Princeps de plenitudine potestatis, vel ex certa scientia jus alterius per rescriptum auferat.*
 - 43 *Nec quando verba ipso facto adsunt.*
 - 44 *Nec quando adsunt verba præce te exigere.*
 - 45 *Neque in revocatione attentatorum.*
 - 46 *Neque in procedentibus de facto.*
 - 47 *Nec in reformatione, Et Bullæ correctione.*
 - 48 *Nec quando Princeps providet, quòd Judex se informet, Et referat, dummodo executio non sequatur.*
 - 49 *Nec quando Princeps instantiam peremptam in staurat.*
 - 50 *Vel quando actus nullum præjudicium affert.*
 - 51 *Nec in mandato de supersedendo in causa.*
 - 52 *Nec quando præjudicium primario non venit, sed secundario.*
 - 53 *Nec in imploratione brachii.*
 - 54 *Nec in condendis statutis, vel concedendis monitoriis.*
 - 55 *Nec quando examinatio an sit dignus, alicui committitur, Et extrajudicialiter proceditur.*
 - 56 *Nec quando incidenter, Et simpliciter nullitas processus declaratur.*
 - 57 *Nec quando agitur decuratore furioso,*

- oso, seu prodigo dando; ubi contrarium.
- 58 Nec quando Judex ex officio de consuetudine civitatis se informat.
- 59 Nec in imissione in possessionem rei à nemine possessæ.
- 60 Nec in alienatione juris proprii.
- 61 Nec in præambula cognitione, ut Monachus Prælatum suum accuset.
- 62 Nec in exigendis datitiis, collectis, & functionibus fiscalibus.
- 63 Nec in captura debitoris ex pacto capiendi.
- 64 Nec quando contra unum criminaliter ad utilitatem officii proceditur, cujus judicii effectus in alterum non citatum dirigi potest.
- 65 Nec in insinuatione donationis.
- 66 Nec in casu cap. final. de eo, quod metus caul. § l. si quando, cod. unde vi.
- 67 Nec in devolutione ob caducitatem; sed contrarium verius.
- 68 Nec quando Clericus captus à Judice seculari, Clericum se ostendere vult.
- 69 Nec in procedendo contra contumacem post citatum cum cominatione.
- 70 Nec quando statuta, & constitutiones contra jus Divinum executari prohibetur.
- 71 Nec quando Prætor edictum suum aperit.
- 72 Nec quando asseritur per fideicommissum, libertatem deberi, gravato absente.
- 73 Vel quando Judex decretum interponit; sed contrarium, ibi.
- 74 Nec in adimplemento casualis conditionis.
- 75 Nec in impetratione privilegii, vel gratiæ, licet alteri præjudicialis sit.
- 76 Licet per Principem extrajudicialiter aditum privilegium impetretur.
- 77 In revocatione eorum, à Judice factorum, de facto, & sine partis citatione, citatio non requiritur, quod exemplificatur.
- 78 Neque quando Judex condemnatum cogit, ut de fructibus satisfaciat.
- 79 Nec in unione Ecclesiæ, præceptis subditis factis, nec in collatione beneficii vacui.
- 80 Nec in renovatione instrumenti ob vetustatem originalis, vel amissionem facta.
- 81 Nec in exemplificatione instrumenti ad instantiam procuratoris domini.
- 82 Nec in cessione debiti contra debitorem.
- 83 Nec in acquirenda possessione in clauso permisso.
- 84 Nec in tenuta danda.
- 85 Nec in processu inquisitionis indagator non citatur.
- 86 Nec in declaranda à domino caducitate.
- 87 Quando contra tertios hypothecaria agitur, citatio debitoris principalis necessaria non est, licet possessoris requiratur, quando de executione debitoris agitur.
- 88 Nec in pensionis moderatione; nec in cōgreganda communitate pro adimplenda, vel imponenda talea, seu collecta, dummodo licentia domini interveniat.
- 89 Nec in beneficii juris patronatus permutatione.
- 90 Nec quando pignora venalia exponuntur, & venduntur.
- 91 Nec in cessione bonorum creditoribus opponentibus facta.
- 92 Nec quando aliquis habet instrumentum, & altera pars errorem corrigi petit.
- 93 Nec in confirmatione.
- 94 Nec quando Notarius de licentia Judicis errorem corrigit.
- 95 Nec quando Judex ab inferiori causam advocat.
- 96 Nec in literarum regiarum iteratione.
- 97 Nec quando legitimatur filia ad feudum in præjudicium agnatorum.
- 98 Nec in dispensandis privilegis maioratus.
- 99 Vel in compromissi per arbitrum facti prorogatione.

- 100 *Nec in contractus rescissione per falsos testes facti.*
- 101 *Nec quando prima citatio executionem sortitur.*
- 102 *Quando quis ad aliquem actum citare fuit, tunc sic faciens citandus non est.*
- 103 *Indistribuendis legatis ad pios usus ex facultate executori concessa, citatione opus non est.*
- 104 *Nec quando per statutum debitor ad liberam creditoris voluntatem capipotest.*
- 105 *Nec quando actus favorem non citati continet.*
- 106 *Nec quando de expellendo possessore intruso post inhibitionem Judicis agitur.*
- 107 *Nec quando Judex alterum inhibet.*
- 108 *Quando revocatur sententia Judicis eam proferentis, citatio non requiritur.*
- 109 *Nec quando de declaratione pene provenientis intrinsecus ex judicio rigore contumaciæ præcedentis, agitur.*
- 110 *Nec in juramenti absolutione ad agendum, ante perjurium incursum.*
- 111 *Notarius sine citatione ex publico archivo instrumenta extrahere potest.*
- 112 *In legitimatione filiorum naturalium, quod ad bona legitimantis libera citatio non requiritur.*
- 113 *Nec in excõmunicationis denunciatione à jure ex notorio facto.*
- 114 *Nec in comminatione excõmunicationis.*
- 115 *Nec in electione arbitrio alicujus facienda.*
- 116 *Nec in productione instrumenti, cujus executio petitur ad effectum probationis.*
- 117 *Nec in declaranda voluntate, vel impendenda conditione.*
- 118 *Nec in missione intantum, dummodo possessor, qui citata parte possessionem acquisivit, non expellatur; secus, si non citata parte, possessionem acquisivit.*
- 119 *Nec in taxatione rerum ablatarum à parte juramento suo facta; secus si à Judice fiat.*
- 120 *Nec in Cancellatione actus nullius, si de nullitate notoriè constat.*
- 121 *Nec in electione.*
- 122 *Nec in declarando legatario ex dispositione testatoris.*
- 123 *Nec in reservatione juris parti facta.*
- 124 *Nec quando contra rebelles retinentes res Ecclesiæ, vel Imperii proceditur.*
- 125 *Contumax iterum citandus non est ad actus, ad quos citatus fuit, & connexos.*
- 126 *Appellans ab interlocutoria, & à Judice recedens, citandus non est.*
- 127 *Nec quando aliquis propria culpa abest.*
- 128 *Nec in actibus à libera voluntate, vel voluntaria jurisdictione.*
- 129 *Primum decretum sine citatione decernitur adversus recusantem Judici obedire, jubenti litem contestare.*
- 130 *Citatus ad omnes actus, & in omnibus contumax amplius non citatur.*
- 131 *In decernendo sequestro ob suspicionem fugæ, vel dato periculo in mora, citatione non est opus.*
- 132 *Nec in delatione juramenti extrajudicialis, quod exemplificatur.*
- 133 *Nec in reformatione; nec in examinatione testium ad perpetuam memoriam, quando impeditur actor ob potentiam.*
- 134 *Nec in additione facienda, semestri elapso.*
- 135 *Nec in retrovenditione facienda per emptorem rigore pacti, & per decretum jussa, qui interpellatus, ut instrumentum faciat, non veniens, absque alia citatione venditor possessionem capiet.*
- 136 *In causa per appellationem devoluta tres citationes non requiruntur.*
- 137 *In compulsoria concedenda citatione opus non est.*

- 138 *Neque quando citandus verosimiliter constaret, quod non comparuisset, licet ritè citatus esset.*
- 139 *Nec quando creditor adversus debitorem sibi à suo debitore cesso agit, quia debitor cedens non citatur.*
- 140 *Nec in alimentorum taxatione.*
- 141 *Nec in taxatione salarii advocati, vel procuratoris.*
- 142 *Nec in expensis post victoriam in causa factis.*
- 143 *Nec in taxatione dotis, patre non contradicente.*
- 144 *Nec in taxanda vita militiæ, parte non contradicente.*
- 145 *Nec in declaratione ab arbitratore faciendâ de pretio sibi commissio.*
- 146 *Nec in revocanda supercessoria, dummodo postea parti intimetur.*
- 147 *Nec quando filius suam legitimam separari à bonis vinculis, ubi contrarium.*
- 148 *Nec quando fiscus possessionem bonorum condemnati apprehendit.*
- 149 *Instigatoris citatio non requiritur, nisi ipse protestatus de citatione fuerit.*
- 150 *Nec in beneficio vacanti conferendo.*
- 151 *Nec in manutentione concedenda, nec in literarum cambii recognitione.*
- 152 *Nec in immissione bonorum baniti, nec in iudicii datione.*
- 153 *Nec in relatione à nuntio faciendâ.*
- 154 *Nec quando Judex partem præsentè à termino citationis absolvit.*
- 155 *Si à lege, vel à Judice terminus statutus fuerit parti ad aliquid producendum, productio fieri potest parte non citata.*
- 156 *In libellis, vel exceptionibus juri contrariis citatione opus non est.*
- 157 *Nec in dilationibus abbreviandis.*
- 158 *Nec in admissione articulorum.*
- 159 *Nec in declaratione, quam Judex facit contra monitum, & jussum respondere.*
- 160 *Nec in prorogatione fatalium.*
- 161 *Nec quando quis ad Summum Pontificem iter facit.*
- 162 *Nec in Apostolis concedendis.*
- 163 *Nec in delatione juramenti in litem.*
- 164 *Actus casus remissivè tradit; & n. 165.*
- 166 *Testis in causa naufragii sine citatione examinatur, nec quando testes in contumacia citati ultima die termini examinantur.*
- 167 *Nec quando testes prius deposuerunt, postea dictum suum dubium, & obscurum declarant.*
- 168 *Nec in datione tutoris, vel curatoris, nisi tutores per inquisitionem damnatus esset.*
- 169 *Nec quando pars se occultat, ne citatio ad se perveniat.*
- 170 *Nec quando alicui rationem revisio committitur, vel quando citatus nolle venire inquit.*
- 171 *Nec quando de subrogatione contumitoris agitur; ubi contrarium.*

Citatio nihil aliud est, quàm in jus vocatio juris experiendi causa ex l. 1. ff. de in jus vocand. procedens à jure naturali, ut diximus tract. 2. lib. 3. cap. 9. per tot. idè tolli non potest per legem, statutum, & Principem, ut in dict. cap. notavim. à n. 5. & tradit Altimar. de nullitatib. rubr. 12. quest. 270. per tot. & sine ea non datur iudicium, nec aliqua condemnatio cadere potest, ut probatum est dict. cap. 9. à n. 1. cum sequentibus, & tenet Altimar. dict. quest. 270. cum pluribus sequentibus, sive Judex sit Princeps, ut probat quest. 271. sive sit ordinarius, ut probat q. 273. sive sit delegatus, ut probat q. 272. sive sit arbiter, vel arbitrator, ut probat q. 274. sive sit tantum executor, ut probat q. 275. sive sit solum peritus, ut docet q. 276. sive causa sit ordinaria, sive summaria, sive summarissima, ut diximus dict. cap. 9. n. 1. Igitur regula erit, quod tutores, curatores, cæterique administratores sint prius citandi ad reddendas ratios

nes *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45.* ita ut, quòd ante citationem non teneatur, & processus factus sine citatione sit nullus, *Berart. in specul. visit. cap. 23. n. 159.* & quo ad intentum, *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 6.*

- 4 Sed in præsentis scire oportet, quòd rationis disjunctæ, & examinatæ cum libro administrationis per Judicem confirmari possunt, & contra administratorem non citatum, & adversus absentem proferri sententia potest, & executioni mandari *extx. in l. 2. §. quod de frument. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. probant Barb. ibi, & in l. instar cod. de jur. fisci, lib. 10.* loquendo in revisore quarumcunque rationum, *Paul. Castr. in l. nec quicquam §. ubi decretum ff. de offic. proconsul. Fas. in l. si quis arbitrat. ff. de verbor. obligat. Avendanb. de exequend. mandat. 1. p. cap. 6. n. 3. & cap. 10. Prator. 2. p. n. 36. Belug. in specul. princip. rub. 37. §. inhuman. n. 2. Afflict. decis. 178. Corrad. 1. p. n. 3. in curial. brev. lib. 1. cap. 9. §. 2. pag. 27. limit. 70. Redin. de majest. princip. verb. sed etiam per legitim. n. 108. Bobad. lib. 5. cap. 4.*
- 5 n. 83. ubi subdit, quòd ex eo reliqua resultantia ex ratione libri depositarii publicæ annonæ executari possunt, etiam ubi ipse non interfuit rationibus, quia cum ex ejus libro rationis constare possit de introitibus, & exitibus rationis communis, & nullam aliam defensionem habere possit, propterea inquit, quòd ratio dispungi, & reliqua executioni mandari possunt, parte non citata, *Berart. in specul. visitat. secul. cap. 23. n. 160. Escob. de ratioc. cap. 31.*
- 6 n. 22. ubi dicit, quòd ex libro administrationis, qui habetur tamquam probatio probata, constat notoriè, quòd triticum, vel pecunia ex tritico frumentariæ annonæ redacta in alios usus conversa fuit, & cum hoc de facto factum fuit, de facto etiam restitutio fieri debet, adducens quòd sicut in notoriis, & manifestis spoliis absque strepitu, absque figura judicii proceditur *ex cap. venerab. cap. bon. de elect.* ita in facto notorio, in quo nulla potest de-
- 7

fensio competere absque citatione ad sententiam, & ejus executionem proceditur: pro his facit, quòd tradit *Peregrin. de jur. fise. lib. 6. tit. 7. n. 6.* ubi docet, quòd administrator *Ærarii* publici viso libro rationis per revisores deputatos super computis, & rationibus, ubi repertus fuerit, debitor, absque aliqua citatione condemnatur, ut exigitur; plura apud nos *tract. 2. lib. 3. cap. 9. n. 58. & hoc tract. lib. 7. cap. 1. n. 97.*

Nec de his mirari quis debet, etenim quamplures sunt casus in jure, in quibus citatio non requiritur, de quibus sunt videndi ultra eos, quos citavimus *dict. cap. 9. n. ult. Hipol. in l. de unoquoque ff. de re judic. Altim. de nullitat. rubr. 12. q. 129. & 293. per tot. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 7. cap. 5.* qui sequentes sunt. Primus, quando actus, qui geritur non citato præjudicialis non est *Altim. n. 1. Asin. limit. 1.* Secundus, ubicunque non requiritur causæ cognitio *Altimar. n. 2. Asin. limitat. 69.* Tertius, ubicunque ab executione inchoari potest, ut in nuntiatione novi operis, *Altimar. n. 3. Asin. limit. 8.* Quartus, ubi lex, vel statutum exigit justificationem actus gesti *Altimar. n. 4. Asin. limit. 10.* Quintus, quando potest inchoari à præcepto habente clausulam justificantem *Altimar. n. 5.* Sextus, quando mandatum transactum est cum clausula *Sic enseriste gravatū cõpareas*, quia resolvitur in citationem comparendo, *Altim. n. 6. Carlev. de jud. tit. 3. disp. 1. n. 26. Mart. de clausul. 1. p. claus. 364.* Septimus, quando aliquis potest actum facere, *Altim. n. 7. Asin. limit. 119.* Octavus, ubi pars, quæ citari debet, est præsens, dummodo sit informata de actu gerendo, & citatio non sit de forma actus, & non dicat se præsentem esse ob aliam causam, vel petat dilationem, ut instructior fiat, vel lex, seu statutum non requirat citationem non solum admonitionis causa, sed etiam defensionis, vel actus non fiat in illo instanti, sed postea *Altimar. cum*

cum infinitis *d. n. 8. ad 21. A. fin. limit.*
Grat. cap. 797. Barb. in cap. susceptis
 18 *de caus. possess. & propriet. Nonus, ubi*
 20 *periculum est in mora, ut in captura*
 19 *debitoris fugientis in sententia lata ul-*
 20 *tima die compromissi Altimar. à n. 22.*
 21 *ad 28. Barb. sup. n. 15. Decimus, quan-*
 20 *do Judex procedit ex officio ad se in-*
 21 *formandum Altimar. à n. 29. ad 32. A-*
 22 *fin. limit. 16. & 19. Undecimus, quan-*
 23 *doudex ex sua consciencia judicare*
 24 *potest Altim. n. 33. referens alios. Duo-*
 25 *decimus, quando pars citata non po-*
 26 *tuisset impedire Altimar. n. 34. 35. & 36.*
 27 *infinitos citans. Decimus tertius, quan-*
 28 *do nulla competit defensio, Altim. cum*
 29 *multis d. n. 37. ad 45. & diximus tract.*
 30 *2. lib. 3. cap. 9. n. 58. Decimus quartus,*
 31 *ubi sumus in notoriis Altim. n. 46. 47.*
 32 *48. A. fin. de execut. cap. 32. n. 3. Barb. in*
 33 *cap. bon. memoriæ de elect. n. 1. Decimus-*
 34 *quintus, quando non adest adversarius*
 35 *Altimar. n. 49. Bald. in l. fin. cod. de bon.*
 36 *poss. Caval. decis. 567. A. fin. limit. 117.*
 37 *Calv. in prax. jud. verb. citatio cond. 6. n.*
 38 *66. qui alios referunt; & ita cum allis*
 39 *collegis in Senatu Portuensi judicavi*
 40 *judicandum validum testamentum ad*
 41 *publicam formam redactum sine cita-*
 42 *tione: quia institutus erat, qui ab in-*
 43 *testatoe rat successurus. Decimos sexto,*
 44 *quando sumus in præambulis citationis,*
 45 *ut in impetratione veniæ, in relatione*
 46 *nuntii, in commissione de citando Alti-*
 47 *tim. n. 51. ad 54. Decimus septimus, ubi-*
 48 *cunque de consuetudine in aliquo ac-*
 49 *tu non requiritur Altim. à n. 56. ad 60.*
 50 *Decimo octavus, ubi sine periculo citā-*
 51 *di venire non possunt, Altimar. n. 61.*
 52 *Decimus nonus in actu pendente à libe-*
 53 *ra voluntate, Altimar. n. 62. Vigessimus,*
 54 *quando Judex potest incipere à præcep-*
 55 *to Altimar. n. 63. Vigessimus primus,*
 56 *quando ex citatione impunitas delicti*
 57 *sequeretur Altimar. n. 64. Vigessimus*
 58 *secundus, ubi partes convenirent, quod*
 59 *non fiat citatio l. diem proferre §. si quis*
 60 *litigator ff. de arbitr. Vigessimus tertius,*
 61 *ante consultorem Altimar. n. 65. Vige-*
 62 *simus quartus, in commissione facta Al-*

timar. n. 66. Vigessimus quintus, ubi agi-
 tur contra officialem ad justitiam de-
 putatum, plures apud *Altimar. n. 67.*
 qui n. 68. cum aliis merito contrarium
 censetur. Vigessimus sextus in inquisiti-
 one generali *Altimar. n. 69.* Vigessimus
 septimus, quando quis vigore commissi-
 onis sibi factæ faceret inquisitionem
 ad suam informationem *Altimar. n. 70.*
 Vigessimus octavus, quando agitur ad
 informationem Notarii commissarii, aut
 Curia *Altimar. n. 71.* Vigessimus nonus,
 in causis fiscalibus, ubi summarie pro-
 ceditur *Altimar. n. 73. qui n. 74. contra-*
 rium cum aliis resolvit. Trigessimus,
 quando jus commune imploratur *Al-*
 tim. n. 73. Trigessimus primus, quando si
 pars citaretur, de scandalo futuro du-
 bitaretur, *Altimar. n. 76.* Trigessimus se-
 cundus, ubi figura judicii servari non
 debet, dummodo citatio defensionem
 non sapiat *Altimar. n. 77. & 78.* Trigesi-
 mus tertius in rebus, quæ fiunt à Nota-
 rio *Altimar. n. 79.* Trigessimus quartus in
 extrajudicialibus, prout in juramen-
 to extrajudiciali *Altimar. n. 80. & 81.*
 & 82. ubi contrarium docet. Trigesi-
 mus quintus, quando ex certa scientia
 Princeps per rescriptum, vel de plen-
 itudine potestatis aufert jus alterius
Altimar. n. 84. Trigessimus sextus, quan-
 do adsunt verba ipso facto, *Altimar.*
n. 85. Trigessimus septimus, quando ad-
 sunt, verba, *præce te exigere, Altimar.*
n. 86. Trigessimus octavus, in revocatio-
 ne attentatorum *Giurb. conf. 39. n. 46.*
 & 62. *Altimar. n. 87.* Trigessimus nonus,
 in his, quæ de facto procedunt, *Giurb.*
conf. 39. n. 50. Altimar. n. 88. Quadra-
 gesimus in reformatione, & correcti-
 one Bullæ *Altimar. n. 89.* Quadragesi-
 mus primus, quando Princeps provi-
 det, quod Judex se informet, & re-
 ferat, dummodo executio non sequa-
 tur *Altim. n. 90. & 91.* Quadragesimus
 secundus in sufflatione spiritus vitæ,
 quam facit Princeps causæ instantia pe-
 rempta *l. 2. cod. de tempor. appellat. Al-*
timar. n. 92. Quadragesimus tertius,
 quando actus nullum affert præjudi-
 cium

- 51 cium *Altimar. n. 95.* Quadragesimus-
- 52 quartus, in mandato de super sedendo
- 53 in causa *Altimar. n. 97.* Quadragesimus-
- 54 quintus, quando præjudicium non venit primario, sed secundo, *Altim. n. 99.* Quadragesimus sextus, in imploratione brachii *Altimar. n. 100.* Quadragesimus septimus in cõdendis statutis *Altimar. n. 102.* Quadragesimus octavus in concedendis monitoriis *Altimar. dict. rub. 12. q. 293. n. 103.* qui ad omnes casus relatos plures cumulat DD.
- 55 Quadragesimus nonus, quando alicui committitur examinatio, an sit dignus, & proceditur extrajudicialiter *Altim. multis relatis rubric. 12. q. 294. n. 1.* *Barbos. in cap. suscept. de caus. possess. § propriet. n. 15.* *Marant. de ordm. judic. 6. p. limit. 14.* Quinquagesimus, quando incidenter, & simpliciter declaratur nullitas processus *Altimar. dict. q. 294. n. 3.* Quinquagesimus primus, quando agitur de dando curatore furioso, seu prodigo, ut tenent plures, quos refert *Altimar. dict. q. 294. n. 6.* qui cum multis contrarium docet, & diximus *tract. 3. lib. 4. cap. 4. Cald. in l. sicurator. verb. cum non absimiles.* Quinquagesimus secundus, quando Judex ex officio se informat de consuetudine civitatis *Altimar. à n. 11. Gratian. cap. 738. n. 17.*
- 59 Quinquagesimus tertius, quando quis petit se mitti in possessionem rei, quæ à nemine possidetur *Altimar. dict. q. 294. n. 17.* *Afin. limit. 88.* Quinquagesimus quartus in alienatione proprii juris *Afin. limit. 81.* *Altim. n. 18.* Quinquagesimus quintus in præambula cognitione, ut possit Monachus Prælatum suum accusare *Afin. limit. 82.* *Altimar. dict. q. 294. n. 19.* Quinquagesimus sextus in exigendis datitiis, collectis, & functionibus fiscalibus *Altimar. n. 21.* *Afin. limit. 33.* Quinquagesimus septimus in captura debitoris ex pacto capiendi, *Afin. limit. 11.* *Altimar. n. 22.* § 23. Quinquagesimus octavus, quando proceditur contra unum criminaliter ad utilitatem fisci; quia effectus illius judicii, etiam in alterum non citatum dirigi
- potest *Afin. limit. 61.* *Altimar. dict. q. 294. n. 24.* Quinquagesimus nonus in in finuatione donationis *Afin. limit. 109.* *Altimar. cum aliis n. 25.* Sexagesimus in casu *cap. fin. de eo, quod metus causa, § leg. si quand. cod. unde vi.* Sexagesimus primus, in devolutione propter caducitatem; sed contrarium est verius *Altimar. cum multis n. 27.* § 28. & diximus *tract. 3. lib. 6. cap. 43.* Sexagesimus secundus, quando Clericus captus à Judice sæculari, vult se ostendere Clericum *Altimar. dict. q. 294. n. 29.* qui plures refert. Sexagesimus tertius in procedendo contra contumacem post citationem cum cominatione *Afin. limit. 120.* *Altimar. dict. q. 294. n. 30.* Sexagesimus quartus, quando mandatur ne statuta, constitutiones contra jus divinum executiones mandentur *Altimar. n. 31.* Sexagesimus quintus, quando Prætor edictum suum aperit *Altimar. n. 31.* Sexagesimus sextus, quando asseritur per fideicommissum libertatem deberi gravato ablente *Altimar. n. 33.* Sexagesimus septimus, quando Judex interponit decretum secundum plures, quos refert *Altimar. dict. q. 294. n. 24.* *quin. 35.* cõtrarium docet cum *Simoncel. de decret. minor. lib. 1. tit. 1. n. 31.* § aliis, & nos diximus *tract. 3. lib. 7. cap. 3.* Sexagesimus octavus in adimplemento conditionis casualis *Altimar. n. 36.* Sexagesimus nonus in impetratione privilegii, vel gratiæ, etiam si sit alteri præjudicialis, ut in renovatione, seu confirmatione privilegii, *Altimar. cum aliis à n. 37. ad 45.* Septuagesimus, in impetratione privilegii per Principem non judicialiter additum *Giurb. conf. 39. n. 72.* *Girond. de privileg. q. 108. à n. 578.* *Altimar. sup. n. 46.* Septuagesimus primus in revocatione eorum, quæ à Judice de facto, & sine partis citatione facta sunt *Altimar. n. 47.* ut in possessione ablata sine citatione, in interlocutoria lata in spolio facto *Afin. limit. 134.* § 135. *Altimar. n. 48.* Septuagesimus secundus, ubi Judex cogit condemnatum, ut de fructibus satisfaciatur *Altimar.*

- 79 *mar. n. 50.* Septuagesimus tertius, in uni-
one Ecclesiæ, & in præceptis subdi-
tis factis, in collatione beneficii vacui
- 80 *Altimar. n. 51. 52. & 53.* Septuagesimus-
quartus, in renovatione instrumenti,
quæ fieret propter vetustatem origina-
lis, vel propter amissionem *Altim.*
- 81 *n. 54.* Septuagesimus quintus, in exem-
plificatione instrumenti ad instantiam
procuratoris Domini, *Altimar. n. 55.*
- 82 Septuagesimus sextus in cessione faci-
enda contra debitorem *Altimar. n. 56.*
- 83 Septuagesimus septimus, in acquisitione
possessionis in casu sibi permisso *l. 3.*
- 84 *cod. de pignor.* Septuagesimus octavus, in
tenuta danda *Altimar. n. 58.* Septuage-
simus nonus, in processu inquisitionis in-
dagator non citatur *Altimar. n. 59.* O-
ctagesimus, in declaratione, quam fa-
cit dominus de caducitate; *Sperel. de-
cis. 71. n. 12. Altimar. n. 60.* Octagesi-
mus primus, quando agitur hypotheca-
ria contra tertios, non est necessaria
citatio debitoris principalis, licet re-
quiratur possessoris, quando agitur de
excussione debitoris *Altim. dict. quest.*
- 88 *294. à n. 61. Leo decis. 146.* Octagesimus
secundus, in moderatione pensionis *Al-
timar. n. 65.* Octagesimus tertius, in con-
greganda communitate pro adimplen-
da, vel imponenda talea, seu collecta,
dummodo accedat licentia Domini *Al-
timar. n. 66.* Octagesimus quartus in per-
mutatione beneficii juris patronatus,
- 89 *Altimar. n. 68.* Octagesimus quintus,
quando pignora exponuntur venalia,
90 & venduntur, *Altimar. n. 69.* Octage-
simus sextus, in cessione bonorum, fa-
cta creditoribus opponentibus *Cancer.*
- 91 *1. var. cap. 9. à n. 24. Altimar. à n. 70. &*
92 *diximus tract. 1. lib. 4. cap. 11.* Octage-
simus septimus, in parte, quæ habuit
instrumentum, quando altera pars cor-
rigi errorem petit, *Altimar. n. 73.* O-
ctagesimus octavus, in confirmatione *Al-
timar. n. 74.* Octagesimus nonus, quan-
do Judex Notario præstat licentiam, ut
93 corrigat errorem suum *Altimar. n. 75.*
- 94 Nonagesimus, quando Judex advocat cau-
sam ab inferiore *Altimar. n. 76.* Nona-
gesimus primus, in iteratione literarum
regiarum *Altimar. n. 77.* Nonagesimus-
secundus, quando legitimatur filia ad
97 successionem fæudi in præjudicium ag-
natorum *Altimar. n. 78.* Nonagesimus-
tertius, quando de dispensatione in pri-
98 vilegiis mayoratus *Molin. de primog. lib.*
3. cap. 3. à n. 22. Castilb. lib. 3. contr. cap.
28. Nogueir. alleg. 32. n. 194. Nonagesi-
mus quartus in prorogatione compro-
missi facti per arbitrum juxta *DD.* quos
refert *Altimar. dict. q. 297. n. 79.* ubi con-
trarium tenet. Nonagesimus quintus, in
100 rescissione contractus facti per falsos tes-
tes, qui citari non debent *Altimar.*
n. 80. Nonagesimus sextus, quando pri-
101 ma citatio executionem sortita fuit, *Al-
tim. n. 81.* Nonagesimus septimus, quan-
102 do quis fecit citare ad aliquem actum,
quia tunc sic faciens non est citandus
Giurb. conf. 39. n. 66. Altimar. n. 82. No-
103 nagesimus octavus, quando data est
facultas executori distribuendi legata
ad pios usus; *Altimar. n. 83.* Nonage-
104 simus nonus, quando statutum dispo-
nit, quod debitor capi possit ad volun-
tatem liberam creditoris; secus, si non
dicat liberam *Marant. sup. Altimar. n.*
84. Centesimus, quando actus conti-
105 net favorem non citati *Altimar. n. 85.*
Centesimus primus, quando agitur de
106 expellendo possessore intruso post in-
hibitionem Judicis *Altimar. n. 86.* Cen-
107 tesimus secundus, quando Judex alte-
rum inhibet *Altimar. n. 87.* Centesimus-
108 tertius, quando revocatur sententia
Judicis, ipse non est citandus, *Altim.*
n. 88. Centesimus quartus, quando agi-
109 tur de declaratione pænæ provenien-
tis intrinsecus ex judicio, vigore præ-
cedentis contumaciæ *Altimar. n. 89.*
Centesimus quintus, in absoluteione ju-
110 ramenti ad effectum agendi ante perju-
rium incursum, ut cum magno appa-
ratu *DD.* probat *Altimar. dict. q. 294.*
à n. 90. ad 99. Centesimus sextus, in No-
111 tario, qui potest sine citatione extra-
here instrumēta ex publico archivo *Al-
timar. n. 99.* Centesimus septimus in le-
112 gitimatione filiorum naturalium quo
ad

- ad bona libera legitimantis, diximus tract. 2. lib. I. cap. 5. à n. 56. cum infinitis *Altimar. à n. 100. usq. ad 105.* Centesimus octavus, in denunciatione excommunicationis à jure ex facto notorio *Altimar. n. 106.* Centesimus nonus, in comminatione excommunicationis *Altim. n. 108.* Centesimus, & decimus, in electione facienda arbitrio alicujus *Altimar. n. 109.* Centesimus, & decimus primus, in productione instrumenti, cujus executio petitur, quo ad effectum probationis *Altimar. n. 110. § 111.* Centesimus, & decimus secundus, in declaratione voluntatis, vel in adimplemento conditionis *ex l. hoc jur. ff. de verbor. obligat. l. fufinus ff. quibus ex caus. Altimar. n. 112. § 113.* Centesimus & decimus tertius, in missione in tenutam, dummodo possessor non expellatur *Altimar. n. 115. § 116.* si sit possessor, qui possessionem, citata parte, acquisivit, secus, si non citata *Altim. n. 116.* Centesimus, & decimus quartus, in taxatione rerum ablatarum facta ex juramento partis, secus, si à Judice fiat, *Altimar. n. 117.* Centesimus, & decimus quintus, in cancellatione actus nullius, quando de nullitate notorie constet, *ex cap. cum olim de re judic. cat. Altimar. n. 118.* Centesimus, & decimus sextus, in electione *Altimar. n. 119.* Centesimus, & decimus septimus, in declaratione facienda per testamentum ex dispositione testatoris de uno legatario ex pluribus *Altimar. n. 120.* Centesimus, & decimus octavus, in reservatione juris facta parti; *Altimar. n. 121.* Centesimus, & decimus nonus, quando proceditur contra rebelles detinentes res Ecclesie, vel imperii *Altimar. n. 122.* Centesimus, & vigesimus, in contumaci, qui iterum non est citandus quo ad illos actus, ad quos fuit citatus, *Altimar. n. 128. ubi 129.* extendit ad connexos. Centesimus, & vigesimus primus, in appellante ab interlocutoria, & recedente à Judice à quo *Altimar. n. 130.* Centesimus, & vigesimus secundus, quando aliquis abest ex propria culpa *Altimar. n. 133. Virgil. de legitimat. personæ cap. 14.* Centesimus, & vigesimus tertius, in actibus dependentibus à libera voluntate, vel ab actibus voluntariæ jurisdictionis *Altimar. n. 136.* Centesimus, & vigesimus quartus contra recusantem obedire Judici jubenti litem contestare, contra quem procedi potest, & decerni primum decretum sine citatione *Altimar. n. 137.* Centesimus, & vigesimus quintus, quando citatus in omnibus actionibus, fuit in omnibus actibus contumax *Altim. n. 138. Grat. decis. 108. n. 3.* Centesimus vigesimus sextus, in decernendo sequestro, quando debitor est suspectus, vel est periculum in mora *Altim. n. 139. § 140.* Centesimus, & vigesimus septimus, in delatione juramenti extra judiciali *Theaur. decis. 68.* qui loquitur de juramento stante pacto, quod damnum, & interesse credatur juramento alicujus *Altimar. tenet contrariū n. 142.* Centesimus vigesimus octavus, in reformatione *Altimar. n. 143.* Centesimus vigesimus nonus in examinatione testium ad perpetuam rei memoriam, quando actor impeditur propter potentiam *Altimar. n. 144.* Centesimus, & trigesimus, ut semestri elapso, in addictione facienda, non requiratur citatio *Altimar. n. 145.* Centesimus, & trigesimus primus, ut non requiratur in illo, qui obtinuit decretum, quod fiat retrovenditio per emptorem vigorem facti, & ipso per citationem interpellato, ut veniret ad conficiendum instrumentum, servata forma decreti, quia in casu renitentiae datur auctoritas capiendi possessionem, citatione omissa *Altimar. n. 146.* Centesimus, & trigesimus secundus, quando causa est devoluta per appellationem non requiruntur tres citationes *Altim. n. 147.* Centesimus, & trigesimus tertius, in compulsoria concedenda *Altimar. n. 148.* Centesimus, & trigesimus quartus, ubi ritè fuisset quis citatus verosimiliter non comparuisset *Menoch. cons. 2. d. n. 119. Altimar. n. 149.* Centesimus,

- & trigessimusquintus, ut non requiratur debitoris, quando creditor vult agere contra nomen debitoris sibi obligatum à debitore, *Cyriac. controu. 47. n. 3. Grat. cap. 502. à n. 11 Olea tit. 4. q. 4. num. 36. Altim. n. 150.* Centesimus, &
- 141 trigessimus sextus, in taxatione alimenterum *Barg. de modo procedendi ex abrupto cent. 1. quæst. 5. num. 111. Altimar n. 151.* referens alios. Centesimus
- 142 trigessimus septimus, in taxatione fallarii advocati, & procuratoris; cum multis
- 143 *Altim. n. 152.* Centesimus trigessimus octavus, in expensis, quæ fiunt in causa post victoriam, cum multis *Altim. dict. q. 294. n. 153.* Centesimus, & quadragesimus, in taxatione dotis de peragio, patre non contradicente, *Altim. n. 154.* Centesimus, & quadragesimus primus, in taxanda vitæ militia, parte non contradicente *Altim. n. 155.* Centesimus quadragesimus secundus, in declaratione facienda ab arbitratore, cui declaratio pretii rei venditæ fuit commissa, *Maresc. 2. var. cap. 70. à n. 2. Altim. n. 156.* Centesimus quadragesimus tertius, in revocanda supercessoria, dummodo postea notificetur parti *Gratian. cap. 321. n. 2. Altim. n. 157.* Centesimus, &
- 147 quadragesimus quartus, ubi filius petit separationem suæ legitimæ à bonis vincularis, *Merlin. de legitima lib. 5. tit. 4. q. 10. n. 3.* quam merito refutat *Altim. n. 158.* Centesimus, & quadragesimus quintus, quando fiscus apprehendit possessionem bonorum condemnati; *Alt. n. 159.* Centesimus quadragesimus sextus, ut non requiratur citatio instigatoris, nisi ipse protestatus fuerit velle citari *Mastril. de indult. cap. 24. p. 3. q. 11. in fin. Altim. n. 160.* Centesimus quadragesimus septimus, in conferendo beneficium vacanti *Altim. n. 161.* Centesimus quadragesimus octavus, in concedenda manutentione *Canc. 1. var. cap. 14. à n. 3. Altim. n. 162.* Centesimus quadragesimus nonus, in recognitione literarum cambii, cum multis *Altim. q. 294. n. 169. Mer. lib. 27. controu. jur. cap. 35.* Centesimus, & quinquagesimus, in
- missione bonorum contrabanitum *Altim. n. 105.* Centesimus quinquagesimus primus, in datione Judicis *Altim. n. 132.* Centesimus quinquagesimus secundus, in relatione facienda à Nuntio *Altim. n. 172.* Centesimus quinquagesimus tertius, quando Judex absolvit partem præsentem à termino citationis; *Altim. n. 174.* Centesimus quinquagesimus quartus, ubi à Judice, vel à lege fuit statutus terminus parti ad aliquid producendum; nam quoad satisfaciendum termino, satis est factam esse productionem parte non citata; *Altim. n. 174.* Centesimus quinquagesimus quintus, in libellis, vel exceptionibus, juri contrariis *Altim. n. 175.* Centesimus quinquagesimus sextus, in dilationibus abbreviandis; *Altim. n. 176.* Centesimus quinquagesimus septimus, in admissione articulorum *Altim. n. 177.* Centesimus quinquagesimus octavus, in declaratione, quam facit Judex contra monitum, & jussum respondere; *Altim. n. 178.* Centesimus quinquagesimus nonus, in prorogatione fatalium; *Altim. n. 181.* Centesimus sexagesimus, quando quis vult arripere iter ad Summum Pontificem; *Altim. n. 182.* Centesimus, & sexagesimus primus, in Apostolis concedendis, *Altim. n. 183.* Centesimus sexagesimus secundus, in delatione juramenti in litem, secundum plures, quos refert *Altim. n. 188.* quos cum aliis merito refutat à n. 189. ad 193.
- Hi sunt casus, in quibus non requiritur citatio, relati ab *Altim. de nullitat. q. 293. § 294. per tot. quos mutuavit à Gabriel. de citat. conclus. 1. per tot. § ab Asin. in prax. judic. §. 7. qui tradit centum, & quadraginta, & sex, inter quos numerat etiam, quando testes in causa naufragii examinantur limit. 20. quando testes in contumacia citati, ultima die termini examinantur limit. 21. quando testes prius deposuerunt, postea vero dictum suum dubium, & obcurum declarant limit at. 25. quando Judex tutorem, vel curatorem dat; nisi tutor per inquisitionem damnatus*

169 natus esset; *limit.* 73. quando pars se ipsam occultando, citationem ad se pervenire non permittit; *limitat.* 76. quando alicui rationum revisio committitur, *limit.* 74. quando citatus nolle venire
 171 inquit, *limit.* 77. quando agitur de subrogatione contutoris, *limit.* 141. ubi DD. pro hac parte citat, & pro contraria, quam defendit, de quibus agunt DD. de quibus *Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 1. §. 13. n. 19.*

C A P U T VIII.

Quomodo sit procedendum contra tutores, cæterosque administratores non comparentes citatos ad reddendas rationes.

S U M M A R I U M.

- 1 Adversus tutores, cæterosque administratores citatos non reddentes rationes tanquam contumaces proceditur.
- 2 In penam contumaciæ rationes exiguntur, ad sententiamque, & executionem proceditur, appellatione non obstante.
- 3 Item in omnibus actibus proceditur, in quibus contumacia adest.
- 4 Etiam in sententiis, quæ in rem judicatam non transeunt.
- 5 Supplicatione non obstante.
- 6 Nec de nullitate contumax dicere potest.
- 7 Contumax largè sumpto vocabulo rebellis dicitur.
- 8 Et ei audientia denegatur, pro eoque nemo loquitur.
- 9 Si procurator sit verus contumax, dominus ignorans, & diligens appellare poterit.
- 10 Idem si minor, mulier, vel rusticus fuerit.
- 11 Vel coram Judice adhuc sedenti pro tribunali, aut in continenti compareat.
- 12 Vel nisi sit contumax in non agendo, sed in non veniendo.
- 13 Vel nisi contumacia in prosequenda appellatione sit, vel nisi simus in iis incidenter ex accidenti extra proprium finem judicii, venientibus.
- 14 Qui sit verus contumax, traditur.
- 15 Judex contumacem absolvere potest, si de ejus innocentia constiterit; & quomodo contra contumacem procedatur, remissivè.
- 16 Obligatus ad ratiocinia ad sacros Ordines non admittitur, etiam nulla aata contumacia.
- 17 Neque ei beneficium Ecclesiasticum conferri potest.
- 18 Neque ad ingressum religionis admitti debet.
- 19 Et si de facto admittatur, ad pristinum statum revocandus est.
- 20 Nec Papa, aut Episcopi dispensare solent.
- 21 Imò confugiens ad Ecclesiam bona, vel libros rationibus necessarios ferens immunitate non gaudet, & ab Ecclesia auferendus est.
- 22 Ad reddendas rationes condemnatus fidei jussor prestare tenetur, dum eas non prestat.
- 23 Quod procedit si ad eum de fuga suspectus sit, quod capi possit.
- 24 Tam propria, quam Judicis auctoritate, in quocunque loco, sive in domo, sive in hospicio, & similibus.
- 25 Sive in proprio, sive in alieno territorio: mandatum assurationis coram uno Judice obtinere potest, licet causa coram alio pendeat.
- 26 Antequam mandatum de capiendis discernatur, creditor debitorem suspectum de fuga, & factum esse non solvendo, jurare tenetur.
- 27 Quod juramentum per se, & non per procuratorem prestare debet, nisi mandatum speciale habeat, & non sufficit cum libera, à Judice, & non ab alio præstandum est.
- 28 Carcerato debitore intra triduum, eum esse suspectum creditor probare debet.
- 29 Et quomodo hoc probatum sit, latius traditur.

- 30 Deinde etiam probandum erit debitorem bonis immobilibus carere, vel mobilibus, quæ facile moveri non possunt, cum hujusmodi bona possidens suspectus de fuga non dicatur.
- 31 Nisi prædicta bona in alieno territorio sint.
- 32 Aut in loco periculoso, sterilia, aut inutilia sint.
- 33 Creditum liquidum esse debet, aliàs captura injusta erit.
- 34 Et si debitum sit in parte verum, & in parte falsum, captura irritanda venit.
- 35 Cùm actus sit individuus, & similis primo decreto, quod in totum irritatur, si pro debito partim vero, & partim falso interponatur; sed administrator ex causa reddendarum rationum à principio carcerari non potest, post carcerationem debitum liquidari potest.
- 36 Illud triduum prorogari non potest nisi ex magna, & justissima causa, quod exemplificatur; probatis prædictis requisitis debitor, nisi præstitis pignoribus, vel fideiussoribus non relaxatur.
- 37 Cautio illa non tantùm de judicio sisti, sed etiam de judicato solvendo esse debet.
- 38 Cautio juratoria non sufficit, & si pignoribus careat, vel fideiussores non inveniatur.
- 39 Quando contra nobilem debitorem mandatum hujusmodi relaxari valeat, explicatur breviter.
- 40 Si creditor in probandis requisitis deficiat, debitor excarcerandus, & ad locum tutus remittendus, condemnato creditore in expensis, damnis, & interesse, & lucro cessante, si mercator fuerit.
- 41 Probatio requisitorum plenè per legitimas probationes fieri debet.
- 42 Captus justè pro alio debito detineri, ac recomendari valet, secùs si injustè; sed in die feriato recomendatio non fit.
- 43 Tutores, curatores, cæterique administratores etiam tamquam suspecti de fuga carcerari nequeunt antea rationes præstitas, cum de liquido debito constare non possit; sed contrarium verius, præcedente informatione de præparatione fuga, & aliis hîc explicatis; sed in hoc casu etiam sub juratoria cautione relaxatur.
- 44 Dominus bona penes se existentia sui administratoris rationem reddere recusantis retinere potest.
- 45 Dotis restitutio per exceptionem non redditæ rationis non impeditur.
- 46 Debitor negotiationis exigi non potest nisi post datas hinc, inde rationes; dansque pecuniam ad negotiandum, non rectè ipsam petit, sed rationes sibi reddi.
- 47 Adversus tutores, curatores, & administratores citatos recusantes rationem reddere, libros exhibere executivè proceditur.
- 48 Ad hoc ut exequentur, citatione judiciali opus est.
- 49 Si tutori, curatori, vel administratori aliquid petatur, rationes offerentes liberatur; si in reddendis rationibus in mora sint, de interesse tenentur.
- 50 Condemnatus per sententiam ad rationes reddendas, iterùm citandus ut intra 24. horas rationes reddat, vel intra 3. dies.
- 51 Et si non obediat, incarcerationandus est, licèt Clericus sit.
- 52 Et si non inveniatur ob contumaciam ad rebeliam rationes fieri debent.
- 53 Et tunc victor rationes suas in judicio præsentans, pro præstitis, & factis habentur.
- 54 Ex eo quod mercator immobilia non possidet, adversus eum mandatum affecurationis non conceditur, nec tam de facili, ut contra cæteros.
- 55 Contra renuentes rationes reddere Provisor procedere potest vel ad rebeliam, vel ad sequestrum bonorum,

sicut adversus non dividentes.

56 *Suspectus de fuga ad Ecclesiam confugiens, sine bonis, aut libris, ab ea auferendus non est.*

- I **C**ontra tutores, curatores, cæterosque administratores, qui citati reddere rationes veniunt, procedendum est, prout contra contumaces proceditur *ex Altim. de nullit. rub. 4. q. 8. five 53. ubi à n. 1. ad n. 41.*
- 2 ingentem DD. catervam citat, hoc est, in pœnam contumaciæ rationes exiguntur eo absente, & proceditur ad sententiam, quæ executioni traditur appellatione non obstante *ex Cresp. obs. 13. n. 47. Sperel. decis. 48. n. 46. Cyarlin. controuv. 148. Fermos. ad rub. de dol. & contum. n. 8. & 9. & 2. n. 13. l. prope-randum II. cod. de judic. Altim. infinitis relatis sup. n. 1. Peg. forens. cap. 15. quod procedit quoad omnes actus, in quibus est contumax, Altim. sup. n. 23.*
- 4 *Sccac. de appellat. q. 17. limit. 3. n. 4. & in sententiis, quæ in rem judicatam non transeunt, Altim. n. 14. & supplicatione non obstante, Altim. n. 15. Mar-rant. in specul. p. 6. actu 2. n. 4. Sccac. sup. n. 7. nec potest dicere de nullitate*
- 7 *Altim. sup. n. 16. quia contumax, largo sumpto vocabulo, rebellis dicitur à Barth. in extravag. qui sunt rebelles, Altim. sup. n. 4. & ideo ei audientia denegatur ex cap. tua ut lit. non contestat. & pro eo nemo loquitur Giurb. cons. 95. n. 11. Franch. decis. 271. & decis. 329. n. 11. Altim. rub. 4. q. 55. n. 6. Peg. for. cap. 3. n. 789. Ord. lib. 3. tit. 15. & tit. 9. §. 3. ibi Barb.*
- 9 Nisi procurator sit verus contumax, quia tunc poterit dominus appellare, si non fuerit sciens, & negligens *Altim. n. 19. Salgad. de reg. protection. 2. p. cap. 8. n. 78. vel nisi sit minor, mulier, vel rusticus, cum multis Altim. n. 21. vel nisi compareat coram Judice adhuc sedenti pro tribunali, aut in continenti, Altim. n. 24. vel nisi sit contumax in non agendo, sed in non veniendo, Altim. n. 25. vel nisi contumacia*

fit in prosequenda appellatione, *Altim. n. 26. vel nisi simus in his, quæ veniunt incidenter ex accidenti extra proprium finem judicii Altim. n. 24. Ord. nostra lib. 3. tit. 15. per tot. ibi Barb. Ord. lib. 3. tit. 79. §. 3. ubi quis dicatur verus contumax, ibi Barb.*

Aut tandem non simus in contumaci vero, qui dicitur ille, qui Judicem contemnit, dicens nolo venire, vel non veniam; vel qui, data opera, facit, quod ad ejus notitiam citatio non perveniat *Salgad. dict. cap. 8. n. 77. Altim. dict. q. 53. n. 8. & 9. Sccac. dict. q. 17. limit. 3. n. 3. qui alios citant, secus in ficto Altim. n. 6. qui n. 39. cum infinitis firmat, quod quanvis contumax non audiatur, potest Judex eum absolvere, si de ejus innocentia constiterit Ord. lib. 3. tit. 15. ubi per tot. tradit quomodo proceduntur contra contumacem, & melius Ord. lib. 3. tit. 79. §. 3.*

Non solum contra contumacem in reddenda ratione sic proceditur, sed etiam nulla data contumacia, obligatus ad ratiocinia ad sacros Ordines non admittitur *ex l. 2. cod. de Episcop. & Cleric. cap. si quis obligatus 54. dist. ubi latè Barb. nec interim ei beneficia Ecclesiastica conferri debent, ex cap. cum confidat 50. dist. nec ad ingressum religionis admitti debet ex cap. leg. 53. dist. & si de facto admittatur, ad pristinum statum est revocandus ex l. Officiales cod. de Episcop. & Cleric. Escob. de ratioc. omnia probans cap. 4. n. 1. 2. 3. & 4. qui n. 5. asseverat non solere Episcopos, & Papam dispensare Altim. de nullitate contract. rub. 1. p. 1. q. 6. sect. 3. ubi n. 63. docet, quod si citatus renuat pro capitali executore potest.*

Imò, si confugiat ad Ecclesiam, ferendo secum bona, vel libros ad ratiocinia necessarios, immunitate Ecclesiæ non gaudet, & ab illa extrahi potest, latè *Escob. de ratiocin. cap. 4. à n. 6. cum sequentibus, Cutel. de immun. lib. 1. q. 32. à n. 6. Vilos. de fugit. cap. 19. §. 7. n. 5. infiniti apud Cortiad. decis. 70. à n. 20. cum sequentibus. Et si condemna-*

23 tus sit ad reddendam rationem interim dum eam non præstat, tenetur fideijussores dare *Escob. dict. cap. 4. n. 20.* dummodo sit suspectus de fuga, ob quam suspicionem capi potest *ex l. ait Prætor 10. §. debitor. ff. quæ in fraudem creditor. Ord. lib. 3. tit. 31. §. 5. Vilos. de fugit. cap. 19. §. 4. n. 3.* ubi multos citat, tam propria, quam Judicis autoritate, *Vilos. n. 4.* in quocunque loco, sive in domo, sive in hospitio, sive in apotheca, sive in caupona, sive in navi, sive turri, *25 curro, sive in proprio, sive in alieno territorio Vilos. dict. §. n. 18. §. n. 25. Farin. in reportorio de judicib. q. 65. à n. 1. usq. ad 19. Peg. for. cap. 3. n. 733. §. 734. Fontan. decis. 234. §. decis. 235. Ansald. de comerc. §. mercatur. discurs. 36. §. 77. per tot. Luc. de credit. discurs. 112. 113. §. 114. Ansald. d. discurs. 77. §. 78. n. 26.* tenet, quod mandatum assecurationis potest obtinere coram non Judice, licet causa pendeat coram alio.

26 Verùm antequam Judex decernat mandatum de capiendo debitore, non præstita in continenti cautione, per pignora, vel fideijussores, debet creditor jurare debitorem esse suspectum de fuga, *27 e factum esse non solvendo, Vilos. de fugit. cap. 19. §. 4. à n. 92.* quod quidem juramentum præstari non potest per procuratorem, nisi habeat speciale mandatum, ita ut non sufficiat cum libera, & ab ipso Judice præstandum est, & non ab alio, utrumque docet *Vilos. n. 93. §. 94. §. 95.* ubi multos citat *Ansald. infra discurs. 77. n. 33. latè Peg. forens. cap. 16. à n. 92.*

28 Carcerato debitore intra triduum, debet creditor tria requisita copulatim probare: primum scilicet, debitorem esse suspectum de fuga, quod quidem tunc probatum erit, quando creditor legitimè probaverit, debitorem esse in banno positum, esse deprehensum in fuga, vel esse vagabundum, vel à loco, ubi sunt creditores, discessisset, vel insciis creditoribus, eo se contulit, ubi copia ejus haberi non possit, vel cæpisse sarcinas componere, vel quod

post contractum debitum considerabiliter conditionem deterioravit, vel quod se multis fideijussoribus se implicavit, vel quod malos mores consequutus fuit; latè *Vilos. de fugit. cap. 19. §. 4. à n. 14. Berlich. conclus. 73. Caccialup. de debitorib. suspect. de fuga, q. ultim. Crav. conf. 847. Fanninius lib. 1. cap. 2. à n. 129. Phæb. decis. 54. Barb. in l. 2. in princ. p. 2. n. 34. §. in l. divortio 8. §. interdum ff. solut. Ansald. de comerc. discurs. 77. per tot. Luc. de credit. discurs. 112. 113. §. 114. Reynos. obj. 37. à n. 20. ibi Additio, Ord. lib. 3. tit. 31. §. 5.*

30 Secundum, nempe, quod debitor non possidet bona immobilia, per quæ creditor securus sit solutionis, vel mobilia, quæ facillè moveri non possunt, nam si debitor possideat immobilia, vel mobilia, quæ facillè moveri non possunt in proprio territorio, non dicitur debitor suspectus de fuga; *Ord. lib. 3. tit. 41. in princip. §. ibi Barb. n. 1. §. 2.* cum sequentibus, *Valasc. conf. 66. à n. 30. Gom. in l. 66. Taur. Vilos. dict. cap. 19. §. 4. à n. 30. Caccialup. sup. q. 1. à n. 9. Fanninius de reali citation. lib. 1. cap. 2. à n. 157. Berlich. dict. conclus. 73.* nisi *31 immobilia sint in alieno territorio, quæ non jvant ex Caroc. de execution. bonor. 2. p. q. 38.* vel sint in loco periculoso, *32 aut sterilia, vel inutilia Vilos. sup. n. 33. Ansald. d. discurs. 77. n. 33. latè, & cum multis decisionibus Senatus Peg. for. cap. 16. à n. 92.*

33 Tertium, videlicet creditum liquidum esse; nam, si debitum non est liquidum, remanet captura injusta *ex Gaspar Manz. de patroc. debitor. Decad. 1. q. 6. n. 33. Vilos. de fugitiv. cap. 19. §. 4. n. 92.* ita ut in totum sit irritanda *34 captura, si debitum, propter quod debitor fuit carceratus, reperiatur in parte verum, & in parte falsum ex Caccialup. de debitor. suspect. q. 6. n. 29. Fannin. de citation. real. lib. 1. cap. 2. n. 112. Vilos. de fugit. cap. 19. §. 6. n. 37.* tum *35 quia actus est individuus; tum quia est similis primo decreto, quod in totum irritatur, si interponatur pro debito in parte*

parte vero, & in parte falso, ut tenet *Bald. in l. certi conditio 9. §. oportet ff. sic certum petatur*, & potest probari *ex l. si non sortem 26. §. si centum ff. de condition. indebit. An sald. de comerc. discurs. 36. n. 38.* ubi quod administrator ex causa reddendarum rationum à principio carcerari non potest, & *d. discurs. 77. n. 21.* tenet quod post carcerationem potest debitum liquidari *Peg. forens. cap. 16. à n. 92.*

- 36 Illa probatio intra triduum ita necessario fieri debet, quod talis terminus prorogari non possit, nisi ex magna, & justissima causa, prout erit, si debitor captus sit in loco, ubi probationes fieri non possunt *Vilos. dict. cap. 19. §. 6. n. 29.* & sic probatis hujusmodi requisitis debitor à carcere non relaxatur, nisi præstitis cautionibus per pignora, vel fideiussores, *Ord. lib. 3. tit. 31. in principio. & ibi Barb. n. 6. Vilos. dict. cap. 19. §. 4. n. 98. & §. 6. à n. 3. l. nec impuberes 22. §. 1. ff. de in jus vocand. Caccialup. q. 9. n. 1. Berlich. dict. conclus. 73. n. 133. Pecki de jur. sistend. cap. 31. n. 2.* quæ cautio præstanda est non tantum de judicio fitti, sed de judicato solvendo *ex Hering. de fideiuss. cap. 15. n. 19. Gail. obs. 44. n. 10. Minsing. cent. 5. obs. 35. n. 7. cum multis Vilos. dict. cap. 19. §. 6. n. 9. Arouc. alleg. 90. per tot. & si pignora non habeat, vel fideiussores non inveniatur, non relaxabitur sola juratoria cautione, ut ex infinitis docet Vilos. dict. §. 6. à n. 18. usq. ad 25. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 31. §. 3. n. 2.* ubi inquit procedere etiam contra nobilem debitorem, latè *Luc. de credit. discurs. 112. & 113. & 114. per tot.* dummodo sit nobilis, qui pro debito civili carcerari possit, aliàs non relaxatur contra eum mandatum *An sald. d. discurs. 77. à n. 22.* ubi cum sequentibus firmat quod non potest relaxari contra eos, qui incarcerari non possunt *Portug. de donationib. 2. p. cap. 17. n. 95.*

40 Deficiente creditore in probatione alicujus ex requisitis debitor excarcerandus est, & remittendus ad locum

tutum, ut non statim capi possit, & creditor est condemnandus, ne dum ad expensas, damna, & quod interest, verum etiam, si est mercator, ad interesse lucri cessantis *Vilos. dict. §. 6. n. 2. Jannius de real. citat. lib. 2. cap. 1. à n. 293.* & probatio requisitorum facienda est plenè per legitimas probationes *Vilos. dict. §. 6. n. 26. Alex. in l. fideiuss. §. fin. ff. qui satisfac. cogant. & cons. 19. lib. 3. Caccialup. q. 6. n. 20. Jannin. lib. 2. cap. 1. n. 66.* qui alios referunt, latè *An sald. de comerc. cap. 77. per tot. cum multis Peg. forens. cap. 16. à n. 92.* ubi latè habes decisa circa materiam omnia dubia.

Sicut, si captura est justa, potest debitor pro alio debito in carcere detineri, & recomendari, ita quoque, si est injusta, non potest detineri, & recomendari *ex Ord. lib. 4. tit. 77.* ubi cum multis *Barthol. l. fin. §. fin. ff. de eo, quod met. caus. Farin. de delict. 1. p. lib. 1. tit. 4. q. 27. à n. 151. Franch. decis. 70. Vilos. de fugit. cap. 19. §. 6. à n. 40. Jannin. de citat. real. lib. 1. cap. 2. n. 32. & à n. 243.* dummodo intra biduum de debito constet *ex Ord. lib. 4. tit. 77. §. 1. An sald. cap. 36.* ubi n. 38. ait quod administrator ab initio ex causa reddendarum rationum carcerari non potest *Peg. ad rub. Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 14. à n. 267. Cortiad. decis. 69.* ubi n. 15. docet quod debitor carceratus non potest recomendari in die feriarum.

Ex quibus videtur tenendum, tutores, curatores, cæteroque administratores, etiam de fuga suspectos, non posse carcerari; quia ut diximus *sup. à n. 33.* absque probatione debiti liquidi non potest debitor ex sola suspitione fugæ in carcere retineri, quod aperte probatur *ex Ord. lib. 4. tit. 77. in princ. & §. 1.* & ante sumptas, & redditas rationes non constat de debito illius, qui eas reddere obligatus est, ut diximus *cap. 3.* sed contrarium resolvunt *Escob. de ratioc. cap. 4. n. 20. Gom. in l. 66. Tauri n. 2.* præcedente informatione de præparatione fugæ, & constando Judici,

ci, quod adhuc iste administrator pro aliqua quantitate posset debitor reperi, sed in isto casu, dato fideiussore de iudicio sitendo, vel præstita cautione juratoria, debet administrator, tutor, seu curator à carcere relaxari, ut iudicatum refert *Escobar dict. cap. 4. n. 21. prope finem plures in cap. seq. n. 5. Peg. for. cap. 3. n. 733. Luc. de credit. discurs. 112. § 113. § 114. per tot. Ansald. de comerc. discurs. 77. à n. 21.*

44 Poterit etiam dominus retinere bona, quæ apud se habet, sui administratoris recusantis reddere rationem, ut decisum tradit *Leon. decis. 17. à n. 14.*
 45 dūmodo non sint dotalia, quia restitutio dotis non impeditur per exceptionem non redditæ rationis administrationis, ut probavimus *cap. 1. n. 101. Cancr. 1. var. cap. 7. n. 113. qui 3. var. cap. 15. n. 318.* docet debitorem negotiationis exigi non posse ante redditam rationem hinc, inde calculatam, § n. 319. idem *Cancr.* quod qui dedit pecuniam ad negotiandum non rectè petere, ut pecunia sibi restituatur, sed quod ratio negotiationis sibi reddatur.

47 Quando administrator, tutor, vel curator recusat citatus rationem reddere, libro exhibere, contra eum executivè proceditur, ut supra dictum est, & docet *Peg. for. cap. 3. n. 730. Escob. de ratioc. cap. 21. n. 25. Cost. conf. 56. n. 6. Nogueirol alleg. 33. n. 33.* & ad hoc debet citari, ut jam dictum est, & docet *Peg. dict. n. 730.* quia sine citatione non potest exequi, quoniam ad hoc requiritur citatio judicialis, & non sufficit extrajudicialis *Escob. cap. 34. n. 5. Gasm. de eviction. q. 21. Nogueir. sup. à n. 29. Peg. dict. n. 730.* & si petitur quod aliquid solvat, & ipse rationes offerat, liberatur *Peg. n. 731. Salgad. in labyr. credit. 3. p. cap. 7. à n. 15. § 34. Amat. resol. 58. Cancr. 3. var. cap. 7. n. 330. Giurb. decis. 15. n. 14. Nog. sup. n. 13. Costa sup. n. 7. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 53. Baes. de decim. tutor. cap. 2. n. 168. & alii, de quibus *lib. 2. c. 9. Peg. cap. 3. à n. 789. Carlev. de judic. tit. 3. q. 7.**

latè *lib. 5. cap. 6. per tot. Jovius de solemnitatib. in contractib. minor. glos. 19. §. 3. n. 112.* ubi quod administrator existens in mora ad reddendam rationem tenetur de interesse *Marinis lib. 2. resol. 110. n. 3.*

Postquam quis condemnatus fuerit ad reddendas rationes, notificari debet virtute sententiæ à processu extractæ, ut intra viginti quatuor horas rationes reddat juxtà formam *Ord. lib. 3. tit. 86.* vel intra tres dies, secundum *Peg. forens. cap. 3. n. 781.* & si post monitionem, & dilationis cursum pars non obediatur, incarcerationanda est, licet Clericus sit, *Peg. cum multis dict. cap. 3. n. 783. § 784. Giurb. decis. 94.* & si non inveniatur ob cōtumaciam, debent fieri ad rebeliam, ut in principio diximus, & tradit iudicatum *Peg. n. 785.* & tunc victor rationes suas in iudicio præsentare debet, ut pro præstitis, & factis habeantur *argum. l. siego §. si alicui ff. de jur. dot. Carlev. de judic. tit. 3. disp. 3. n. 3. Peg. forens. cap. 3. n. 786. Franch. decis. 310. Fontan. decis. 252. n. 5. Olea de ces. jur. tit. 5. q. 8. à n. 17. Galiot. lib. 2. contr. 66. n. 30. Vide Arouc. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. n. 37. Luc. in theat. justit. § veritatis tom. 7. tract. 4. de tut. discurs. 8. n. 4.* Vide quæ diximus *lib. 5. cap. 6. per tot. latè de mandato assecurationis ob metum fugæ; Ansald. de comerc. discurs. 36. 7. § 77. per tot. § Luc. de credit. discurs. 112. 113. § 114. per tot.* quod quidem

mandatum contra mercatores non est concedendum ex eo, quia non possident immobilia, nec tam de facili, ut contra cæteros, prout monent *Ansald. in discurs. general. § ultim. n. 38. § 39. Ripol. de Majest. Log. Mar. cap. 7. per tot. Marquard. de jur. mercat. lib. 3. cap. 7. à n. 35. Valasc. de privileg. pauper. 2. p. q. 14. n. 4. Joan. Anton. ab Eccles. 1. p. obs. 121. n. 18. Bart. in l. sciendum ff. qui satisfac. cogant. Jannin. de citat. real. lib. 1. cap. 2. à n. 161.*
 Provisores debent procedere contra reuertes reddere rationes citatos, vel

vel ad rebeliam, vel ad sequestrum bonorum, ratione quorum tenentur rationes reddere, ut sæpius in nostro Senatu meo con iudice iudicatum fuit; quia de divisione ad ratiocinia valet argumentum, ut sæpè diximus; & sicut sequestrum fit contra contumacem divisionem reuientem *ex Ord. lib. 4. tit. 96. §. 12.* utique contra contumacem in reddenda ratione.

Suspectus de fuga, confugiens ad Ecclesiam, si secum bona non fert, aut libros, non est ab ea auferendus *Cortiad. decis. 69. per tot.*

C A P U T IX.

Quomodo procedendum sit contra dominos nollentes stare in iudicio cum administratoribus volentibus suæ administrationis rationes reddere.

SUMMARIUM.

- 1 *Si dominus rationes petere differat quid obligatus eas reddere facere possit? & n. 2.*
- 3 *Quid, si dominus reliquum rationum recipere non vult?*
- 4 *Et ut usurarum cursus evitetur, sufficit dominum, & minorem interpellare, ut cum autoritate curatoris recipiat absque deposito, vel reali oblatione.*
- 5 *An possit tutor alimenta denegari minori nolenti rationes recipere finita tutela; & an retinere bona, vel pecuniam? & n. 6. & 7.*
- 8 *Ut minori rationes dentur, dandus est curator.*
- 9 *Postquam quis paratum se offert rationes reddere, cursus usurarum cessat.*

Domino nolente agere ad petitionem rationum, ad evitandam calumniam, & cursum usurarum, potest obligatus ad reddendas rationes denunciare domino, qualiter ipse est paratus rationes reddere,

& si dominus adhuc pertinaciter dispungere rationem nolet, vel potest à Iudice petere, ut ad perpetuam rei memoriam testes, quos habet, circa parcelas suæ administrationis recipiat, ut docet *Escob. de ratiocin. cap. 6. n. 95. cap. 4. n. 25. & cap. 15. n. fin. Zoz. ad tit. cod. de error. Calcul. n. fin. & lib. 5. cap. 1. n. 34. Sabel. in summa fructuum §. administratio à n. 42.*

Vel petere à Iudice, ut dominum citare jubeat ad hoc ut per se, vel per procuratorem iudicium subeat cum comminatione, quod, si non compareat intra certum terminum, in contumaciam Iudex calculatorem nominabit, & non comparente domino, in termino, ipse ex sua parte calculatorem nominet, & Iudex ex parte domini contumacis, coram quibus sua inventaria, & libros rationum exhibeat, quibus inspectis, cognitis, & dispunctis, calculatores cum Iudice examinabunt, quis eorum debitor apparuerit, & Iudex per sententiam rationes dispunctas confirmabit, quæ sententia executioni tradetur, appellatione non obstanti, ut diximus *in cap. anteced. n. 2.* quæ praxis deducitur *ex l. fin. cod. de usur. pupillar. l. tutor, qui reportorium §. fin. ff. de administrat. tutor. teste Escob. de ratiocin. cap. 15. n. 95.* quam consulimus omnibus obligatis ad reddendas rationes cum *Paul. de Castr. in l. vix certis ff. de iudic. Avil. in cap. 20. Prætor, gloss. yacaben, n. 4. Berart. in speculo visitat. secular. cap. 23. n. 192.* ne pænis relatis in capite antecedenti sint obnoxii, ne eorum bona semper sint obligata, ut diximus *tract. 3. lib. 6. cap. 27. per tot. ne semper stent in suspenso, & ne hæredes eorum maneat sicut ipsi obligati, prout manent ex Escob. cap. 4. à n. 12. Salgad. in labyr. 3. p. cap. 7. n. 38. cum multis Altim. de nullitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 6. sect. 3. n. 65. & 66. & lib. 5. cap. 1. n. 35. 36. & 37. Sabel. sup. n. 42.*

Et ut ipse administrator, in aliquo reliquatus, possit plenam liberationem consequi, debet requirere, ut dominus

minus citetur, ut prædicta reliqua recipiat, cum comminatione depositi, & si dominus intra terminum comminationis non compareat, deponendo pecuniam penes sequestrum, seu publicum depositarium, aut privatum à Judice nominatum, plenè liberatur *ex dict. l. fin. § l. tutor sup. citat. Escob. dict. cap. 6. n. 95. l. debitor 7. ff. de usur. l. acceptam 19. cod. de usur. Escob. cap. 4. n. 24. Ansaldo. de comerc. discurs. 68. per tot. latè Iranso de protect. cap. 32. n. 136.*

Is, ut primum cursum usurarum impedire tentaverit, sufficit dominum, vel minorem frequenter requirere judicialiter, ut cum autoritate curatoris recipiat absque eo, quod necessaria sit realis oblatio, seu depositum apud generalem depositarium, ut ex veriori sententia tenet *Escob. de ratioc. cap. 15. à n. 44. Cabal. de usur. §. 39. n. 298. Sand. lib. 3. decision. Friscar. de fin. 13. per tot. tit. 14. l. solut. in fin. ff. de pignor. act. l. fin. cod. eod. Canc. 1. var. cap. 7. n. 126. § 3. var. cap. 15. n. 314. ubi quod non potest cogi restituere bona ante reddendam rationem Antonel. de loco legali lib. 2. cap. 21. q. 4. n. 44. § 45. Altim. de nullit. contract. rub. 1. p. 2. q. 21. n. 220.*

Aut potest finita tutela denegare alimenta minori nolenti rationes sumere cum curatore suo in litem saltem dato, ut probat *Escob. dict. cap. 4. n. 25. sed non ob id poterit retinere bona minoris ex rationibus, quas tradit Escob. dict. n. 25. respondendo ad contraria, latissimè Fontanel. decis. 544. § 545. per tot. sed tantum pecuniam, quia illius non dicitur debitor, donec rationes exigantur Farin. 2. p. decis. 149. Fachin. lib. 8. controv. cap. 58. per tot. Carl. de judic. tit. 3. disp. 7. à n. 9. Surd. decis. 184. & alii citati cap. 1. n. 17. § n. 112. Grat. cap. 129. Surd. sup. de quo latè lib. 5. cap. 7. per tot. Sabel. cum multis in summa tractat. verbo administrator art. 3. cum sequentibus.*

Non obstante, quod *Socin. Senior*

lib. 1. conf. 24. doceat tutorem, curatoremque, seu alium quemcunque administratorem cogi posse ad reddendam pecuniam ante redditam rationem, quia tutoris, seu curatoris debitum est liquidum, quod compensari non debet cū illiquido debito administrationis ex l. ult. cod. de compensato, quia negari optima ratione potest, debitum tutoris, & curatoris liquidum esse, quia & si pecuniam pupilli, vel adulti acceperit, potestatem tamen habet, res administrando, eam collocandi in utilitatem, & necessitatem pupilli, seu adulti; quare iniquum est, priusquam reddat rationes administrationis suæ, ex quibus apparebit, an sit debitor, vel creditor, eundem compelli ad reddendam pecuniam Harp. in §. tutor. 2. Inst. de obligat. que ex quasi contract. Cavalcan. de tutor. n. 214. Alex. conf. 192. Cravet. conf. 275. n. 13. & alii apud Harp. sup. n. 12. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 18. § 19. Canc. 1. var. cap. 7. n. 126. § 3. var. cap. 15. n. 318. § 319. Vide lib. 2. cap. 9. per tot. § lib. 5. cap. 6. à n. 3. § per tot. cap.

Ubi obligatus reddere rationes, illas tenetur reddere minori, ad eas reddendas debet petere quod minori detur curator, ut diximus *tract. 3. lib. 3. cap. 7. n. 11. Iranso de protection. cap. 32. n. 136. ubi ex l. ult. cod. de usur. pupillarib. Gutofredo ubi l. 1. in fin. ff. de usur. l. 28. §. 1. ff. de administration. tutorum firmat, quod postquam tutor, curator, vel alius administrator se offert paratum ad reddendas rationes cessat cursus usurarum Leotard. de usur. q. 20. n. 41.*

C A P U T X.

Tutelæ, curæ, seu administrationis ratio peti, & reddi an per procuratorem possit, repugnante una ex partibus?

SUMMARIUM.

1 Ratio reddi, vel peti per procuratorem potest, quod est generale in om-

- ni actu, dummodo à jure non sit expressè prohibitum, & n. 9.
- 2 Sed prædicta disposito limitatur in sequentibus, & aliis remissivè.
 - 3 Quando scilicet pactum fuit ut per procuratorem rationes non redderentur; quod explicatur.
 - 4 Et quando Judex principalem tanquam magis instructum venire jubet, quo casu non auditur per procuratorem, quod in citationes primi debet.
 - 5 Si verò dominus absit, & venire non possit ibi examinandum suis expensis & quæ, & quando, ibi explicatur.
 - 6 Si procurator rixosus, vel clamorosus admitti non debet.
 - 7 Quid procurator cum libera in reddendis, vel sumendis rationibus confiteri possit, & quantum domino noceat.
 - 8 Quid si mandatum ad confitendum habeat.
 - 9 Minor rationem petens, vel curatorem generalem petere potest, vel procuratorem constituere.
 - 10 Procurator ad reddendas rationes Capellarum, & ad onera Missarum adimplenda citari, & cogi potest, & ad inventarii confectioem.
 - 11 Et ad liquidationem, & executionem sententiæ, si dominus in alia Provincia absit.

Quæstionem hanc affirmativè resolvit Escob. de ratiocin. cap. 4. n. 22. ex eo quia in omnibus causis, & negotiis validè adhiberi potest procurator, nisi quid disertè exceptum sit, eo quod hoc edictum est prohibitorium ex l. mutus 43. ff. de procur. unde cum hoc non inveniatur disertè prohibitum, concessum intelligi debet; arg. t. in l. 12. ff. de judic. Manz. in biblioth. jur. tit. 3. q. 17. à n. 127. Altim. de nullitatib. rub. 11. q. 257. à n. 1. Ord. lib. 3. tit. 7. in princ. ubi Barb. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 29. glos. 35. n. 2. & forens. cap. 3. à n. 110. Ord. lib. 3. tit. 7. per tot. ibi Peg.

Verùm, licet hæc sit in materia juris regula, de qua agunt Manz. & Altim. in locis proximè citatis, hæc tamen regula quadraginta & octo patitur limitationes, quas tradit Altim. dict. q. 257. per tot. quarum aliquæ nostro facto adaptari possunt.

Prima erit, ubi inter partes conventum sit, ut rationes per procuratorem non reddantur, quia tunc censetur electa industria personæ, & electa industria personæ procurator non admittitur, cum personalia non egrediantur personam, & illam perpetuò sequantur, non aliter, ac umbra committatur corpus ex l. non idèd Julian. §. si quis alicui ff. legat. 1. l. si tibi decem §. si quis paciscatur ff. de pactis, præsertim, si sequatur alterius præjudicium Rub. in l. non solum §. morte ff. de nov. oper. nuntiat. n. 180. Hering. de fidei jus. cap. 11. n. 94. etiam si procurator sit persona conjuncta Altim. n. 1. ubi alios refert.

Secunda erit, quando Judex jubet, quod veniat principalis, tamquam melius instructus de veritate negotii, ut interrogationibus ab ipso Judice faciendis respondeat, quia eo in casu tenetur principalis venire, & non auditur per procuratorem Capic. decis. 143. n. 4. 7. & 8. Barth. in l. si actor ff. de procuratorib. per leg. fin. ibi glos. cod. de procurat. ibi cum multis Barb. & in citatione hoc exprimi debet ex Socin. reg. 302. Tiraq. de pæn. temperand. in præfact. n. 59. Barb. sup. n. 4. Ord. lib. 3. tit. 7. in princ. ibi Peg. Mend. in practi 1. p. lib. 1. cap. 3. n. 70. Ribeir. relatione 3. n. 128.

Si verò dominus esset absens, & non possit venire, tunc procurator debet mitti facere ad eum locum ad examinandum principalem secundum Bart. in dict. l. si actor per tex. in l. generalem §. his de præsentibus cod. de rebus credit. & debet mitti expensis ipsius absentis, cum non debeat ejus absentia nocere adversario, ut decisum refert Afflict. decis. 177. ubi Vilos. aliàs decisum

sum refert *Anna singul.* 405. nisi pars potuisset facere examine absentem ante absentiam, & non tenuisset *Ursil. ibidem*, quod intellige quoad expensas solvendas officiali accedenti ad examinandum principalem; secus verò quoad expensas necessarias pro expeditione literarum comissionalium, & copiarum articulorum, nam has debet facere petens, *Ric. ad Afflict. dict. decis.* 177. *Altim. de nullit. rub. II. q. 257. n. 26. Costa de styl. domus Supplicat. annotationes.* & ita quotidie in Senatu judicamus.

Tertia erit, si procurator sit rixosus, vel clamorosus; nam tunc Judex potest jubere, quod compareat principalis, non admittendo procuratorem etiam in casu civili *ex l. fin. ibi DD. cod. de procurat. Altim. sup. n. 27.*

Ast in casu, quo per procuratorem ratio redditur, vel sumitur, etiam si habeat mandatum cum libera, non poterit procurator confiteri ea, quae non probata sunt, & si confiteatur, domino nocet, sed dominus etiam non docto de errore potest ejus confessionem revocare ex his, quae diximus tractat. 1. lib. 1. cap. 10. à n. 67. & terminanter docet *Luc. in tract. de judic. discurs.* 29. n. 29. *Gratian. cap. 268. n. 48. Burat. decis.* 374. 466. & 566. p. II. *Mantic. decis.* 302. per tot. *Ansald. de comerc. discurs.* 56. n. 37. ubi quod praedicta clausula non dat potestatem excedendi fines mandati. *Altim. de nullitat. rub. II. q. 256. à n. 43. optimè Fachin. lib. 2. controuv. cap. 57. Escob. de ratioc. cap. 23. à n. 43. Heef. de rationib. red.*

loc. 12. n. 204. Larrea alleg. 87. n. 3. *Mascard. conclus.* 369. l. non solum ff. de procuratorib. ibi *Barth.*

Secus erit, si habeat mandatum ad confitendum, quia tunc ejus confessio domino nocet, nec ab eo potest revocari, nisi prius docto de errore, cum multis *Grat. cap. 3. n. 8. & 9. l. 2. ff. de confes. cap. fin. eod. Mend. 1. p. lib. 3. cap. 12. n. 13. Cardoso. verb. confession. 21. Reynos. obs. 22. n. 3. Sous. decis.* 79. n. 5. *Larrea alleg.* 87. per tot.

Et quod ratio peti possit per procuratorem docet *de Luc. in prax. judicial. cap. 27. n. 14.* ubi quod minor petens rationes, vel debet petere curatorem generalem, vel ad evitandas expensas, vel penes acta, & Notarium procuratorem constituere *Franch. decis.* 448. per tot. ubi *Amendol. Ric. & de Luc. videndi.*

Procurator ad reddendas rationes Capellarum, & ad onera Missarum adimplenda citari, & cogi potest, ut judicatum tradit *Peg. ad principium Ord. lib. 3. tit. 2. n. 26.* prout ad confessionem inventarii, ut cū *Baron. Mantic.* docet *Peg. ibidem n. 27.* & ad liquidationem, & executionem sententiae, maximè quādo condemnatus est absens in alia provincia, vulgo Comarca, quod regulare est *Peg. ad principium Ord. lib. 3. tit. 1. à n. 39.* cū sequentibus, *Pæbus 1. p. decis.* 4. à n. 4. & *aresio 53. Mendes in prax. 1. p. lib. 3. cap. 21. n. 2. & 2. p. lib. 3. cap. 21. n. 11. Nogueir. alleg.* 36. à n. 2. *Sccac. de appellationib. q. II. art. 8. à n. 188.*

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit actio tutelæ directæ?

SUMMARIUM.

1. Ratio traditur, ob quam actiones salutares in favorem minorum inductæ sunt.
2. Datur imprimis actio tutelæ, quæ est personalis, civilis, & bonæ fidei, pupillo post finitam tutelam competens.
3. Quæ quidem actio arbitrium tutelæ dicitur, & cui ita dicatur, satis explicatur.
4. Ex quasi contractu oritur.
5. Ex quo tutor, ad personam, & res pupilli regendas fideliter constitutus obligatur, & cum tutela quasi contractus sit, & n. 6. traditur.
7. Tutela munus publicum, & necessarium est, sed in eo quidam fictus consensus intercedit, inde quasi contractus dicitur; licet aliquando per abusionem inter contractus annumeretur.

Quemadmodum summoperè fuit necessarium prospicere his, qui ob imbecilli animi iudicium sibi, ac rebus suis non sufficiunt, ut tutores, curatoresque acciperent, ita quoque curandum erat, ut officium suum rectè, & fideliter facerent, ne eorum potestas administrandi converteretur in perniciem pupillorum, & minorum, ideoque ut coerceri eorum cupiditas, vel saltem, siquid interciperent, ut pupillus, minorque id sarcire posset, postquam adoleverint, & post finitam tutelam, vel curam, introductæ sunt aliquæ valdè salutares actiones, quæ in hoc, & sequentibus libris ex ordine tractabuntur.

Et imprimis datur actio tutelæ, quæ est actio personalis, civilis, bonæ fidei, quæ, finita tutela, datur pupillo adversus tutorem, ut actus sui, & administrationis rationes reddat, res nec dum restituat, & quid dolo, vel culpa ipsius, vel abest commodi, vel adest damni, resarciat; ex §. actionum 28. Inst. de act. §. tutor Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. l. maleficiis 4. alias siquis absentis 5. §. tutela ff. de obligat. & act. l. fin. in fin. tit. 16. p. 5. DD. in præcitat. locis, Mend. in prax. 1. p. lib. 4. cap. 8. §. 13. & 2. p. lib. 4. cap. 8. §. 13. per tot. Caminh. de forma libellor. libel. 21. ibi Cost. annot. 22. per tot. l. 1. ff. de tutelæ rationib. distrabend. l. si pater cod. de testament. tutel. Manz. in dict. §. action. ubi singula verba definitionis explicat Minsing. in eod. §. ubi formam libelli in hac actione diligenter tradit Manz. de tutel. §. cur. 2. p. tit. 3. n. 4. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 17. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 1. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. à n. 1. Balthaf. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. n. 1.

Alio nomine scilicet hæc actio arbitrium tutelæ appellatur in tit. cod. arbitrium tutelæ, non quod sit actio arbitraria, (est enim, ut dictum est, bonæ fidei ex dict. §. actionum) sed quia hujus iudicii potestas omnis sit in arbitrio iudicantis, qui excussis tutelæ rationibus, ex bona fide statuatur, quid tutorem pupillo præstare, aut reputare, aut pensare oporteat Cujac. in parat. cod. dict. tit. Alii hanc rationem reddunt, quia datur arbiter, vel Judex in tutelæ iudicio Duaren. ad tit. ff. tutelæ ration. distrabend. q. 5. sicut in plerisque aliis bonæ fidei iudiciis arbiter datur, qui de causa cognosceret Anton. Peres ad tit. cod. arbitr. tutel. & non minus in iudiciis bonæ fidei, quàm in arbitrariis res arbitrio

arbitrio Judicis committitur, id circo
arbitrè appellatur etiam is, qui bonæ
fidei actione aditus est, quemadmo-
dum arbitrè familiæ erciscundæ datus
intelligitur *ex l. fund. ff. famil. erciscund.*

Oritur ex quasi contractu *ex §. tu-
tores quoque 2. Inst. de obligat. quæ ex
quasi contractu nascunt. ibi omnes Instatut.
l. si quis absentis §. 1. ff. de obligation.
§ actionib.* quo tutor, ad personam, &
consequenter etiam res pupilli fideliter
regendas constitutus, obligatur *Harp.
indict. §. tutores n. 5. & ratio cur tute-
la, seu administratio tutelæ sit quasi
contractus, hæc redditur; quia verus
contractus negotium, idest, conven-
tionem, & tractatum inter partes requi-
rit ex l. nam cum tract. 32. ff. pro socio, l.
Titius 54. ff. ad Trebel. alt inter tutorem,
& pupillum nihil actum est, nihil tracta-
tum ex dict. §. tutores: ergo non ex vero
contractu oritur: cui rationi alia addi
potest, scilicet, tutela autem est neces-
sarium, atque publicum munus ex l.
tutor 20. cod. de neg. gest. ex quo ex qua-
si contractu actio oritur: videtur tam-
en ex utriusque, tam pupilli, quàm
tutoris parte fictus quidam consensus
intercedere, ac proinde obligatio, quæ
descendit ex eo, quod quis tutelam ali-
cujus gessit ex quasi contractu procede-
re dicitur, non obstantibus *tx. in l. con-
tract. 23. ff. de reg. jur. l. ex contractib.
49. ff. de obligationib. § act.* in quibus
inter contractus administratio tutelæ
annumeratur, quia hoc fit non ex pro-
prietate verbi, sed per abusionem, &
impropriè, ut *in l. omnem 20. ff. de judic.**

CAPUT II.

Ex quibus causis actio tutelæ directa
competat?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutelæ directa ex omnibus non
faciendis, vel ex faciendis omif-
sis competit.
- 2 In hoc judicio tutelæ quid veniat, ex-

plicatur, & n. 3. 4. 5. & 6.

- 7 Implementum tamen rerum ignora-
tarum non veniunt.
- 8 Ignorans nec negligere, nec delin-
quere, culpam, aut dolum commit-
tere non dicitur.
- 9 Si ex ignorantia pecuniam adminis-
trationis tutor, seu alius adminis-
trator in eam rem, in qua erogare
tenebatur, non irrogavit, sed in uti-
litate ejusdem administrationis
erogaverit, non tenetur
- 10 Nisi dolo, culpa lata, vellevi ita ope-
retur.
- 11 In quo actu de sua natura dolus con-
tinetur, administrator in culpa esse
dicitur.
- 12 Famulum mittens per loca periculo-
sa in culpa est.
- 13 Et qui iter, vel navigationem tem-
pore intempestivo suscepit.
- 14 Qui viam consuetam non calcat.
- 15 Qui merces mari commisit, cum per
terram advehere possit, nisi à solito
excusetur.
- 16 Et qui per montes itinera facit, &
per loca non tuta, cum per plani-
tiam, & per tuta ire poterat.
- 17 Et qui cum possit, non asscuravit
merces.
- 18 Et qui animal plus oneravit, vel de
nocte pascuis commisit, vel itinere
fatigavit.
- 19 Et non providens, vel cogitans casum,
qui facile evenire poterat.
- 20 Et de nocte ostium apertum relin-
quens.
- 21 Et merces illicitas cum licitis mi-
scens.
- 22 Et navem sine gubernatore mittens.
- 23 Et tributa non solvens.
- 24 Et non faciens, quod alii, vel faci-
unt, vel facere consueverunt.
- 25 Et messes tempestivè non demetens.
- 26 Et frumentum tempestivè vendere
non curans.
- 27 Et vinum suo tempore implere negli-
gens.
- 28 Et qui præmonitus de periculo non
paruit.

29 Et qui in re aliena non facit, quod in sua fecit, vel consuevit facere.

30 Et qui insolita negotia aggreditur.

31 Et famulum deterioris vitæ eligens.

32 Et qui opus conductum vitiosum facit.

33 Et qui potuit aliquid facere, obligatus non fecit.

34 Et alium mittens, cum personaliter ire debeat.

Jurisconsultus Ulpianus in l. 1. in princip. ff. de tutela ration. distrahend. & tit. curat. caus. action. resoluit, quod hæc actio competit ex omnibus, quæ fecit tutor, cum facere non deberet, & ex omnibus, quæ non fecit, quæ facere deberet, & Imp. Diocletian. & Maximin. in l. 17. cod. arbitrium tutela decidunt in tutelæ iudicium venire quidquid tutoris dolo, lata, aut levi culpa amissum, aut cum posset, non acquisitum fuerit, quia tutor tenetur præstare dolum, latam, & levem culpam, sive talem diligentiam, quantam bonus pater familias in rebus suis præstat ex dict. l. 1. & l. 17. si ergo fidem, & debitam diligentiam non præstitit, sed culpam aliquam, vel dolum admisit, & propterea pupillo nocitum fuit, merito conveniri debet, juxta notata tract. 3. lib. 6. cap. 34. 35. & 36. Canc. 1. var. cap. 7. à n. 170.

Ex quo sequitur, quòd si tutor in administranda tutela cessavit, si actione temerè movit, si pecuniam pupillorum in suos usus convertit, si malè contraxit, si prædia comparavit non idonea, tenetur ex l. tutor qui 7. §. competit ff. de administr. & pericul. tutor. & generaliter toties actio tutelæ datur, quoties tutor officium suum non fecit, vel malè fecit Vigel. l. b. 5. method. jur. civil. cap. 17. itaque ut ipsi dolus, vel culpa imputari possit, proinde omnia huc revocanda sunt, quæ diximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. per tot. & tract. 2. lib. 6. cap. 5. à n. 79. usq. ad 97. & à n. 113. ad 120. & tract. 3. lib. 4. cap. ultim. lib. 5. 6.

7. per tot. & maximè lib. 6. à cap. 34. cum sequentibus, & quæ latè tradit Felic. de societate cap. 20. cum pluribus sequentibus, Escob. de ratioc. cap. 19. per tot. & quæ tradunt DD. agentes de dolo, culpà latà, & levi, quia ubi, & in omnibus casibus, in quibus cum dolo, vel culpà latà, aut levi tutor officium suum non fecit, aut malè fecit, ibi contra eum actio tutelæ competit, quia casus hîc referri non possunt, quia sunt ferè innumerabiles, & plures inveniuntur in locis citatis, & apud Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 25. à n. 1. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 212. & apud nostræ tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 24. ad 45. Peg. 3. forens. cap. 3. à n. 670. cum pluribus seqq. Heef. de rationib. reddend. loco 10. à n. 1. ad n. 291.

Non tamen hac actione tenebitur de non implemento eorū, quæ sibi ignorata fuerunt Urceol. consultat. forens. cons. 55. num. 24. quia ignorans non dicitur negligere, neque delinquere, neque dolum, aut culpam committere, Cost. de fact. scientia, & ignorant. inspect. 85. num. 15. Cyriac. contr. 54. num. 5. cum Rot. decis. 152. n. 9. p. 8. recentiorum Urceol. dict. n. 24. ideò, si tutor, aut curator, seu quicumque alius administrator, si pecuniam administrationis non erogavit ex ignorantia in eam rem, in qua erogare tenebatur, sed eam in utilitatem ejusdem administrationis erogavit, excusandus est Urceol. dict. cons. 55. n. 25. Menoch. decis. Bonon. 48. n. 9. nisi dolo, vel fraude, culpa lata, vel levi sic operetur: Heef. de rationib. redd. loc. 10. à n. 1. usque ad n. 291. ubi à n. 12. quod in culpa dicitur esse administrator ex ipso actu, in quo de sua natura dolus continetur, & à n. 13. quod in culpà esse dicitur, qui misit famulum per loca periculosa, qui suscipit iter, vel navigationem in tempore intempestivo, qui semitam consuetam non calcat, qui merces mari cõmissit, cum terram advehere posset, nisi excusetur à solito, vel consueto, qui per montes itinera fecit, cum potuisset

17 fet per planitiem, per loca non tuta, cum per tuta ire valuisset, qui non assecuravit merces, cum posset; § à n. 19.
 18 qui animal plus iusto oneravit, vel nimio itinere fatigavit, vel illud de nocte pascuis commisit, nisi consuetudo excusat; § à num. 24. qui non cogitavit, vel providet casum, qui facile evenire poterat, qui de nocte ostium reliquit apertum, qui merces illicitas cum licitis miscuit, qui navem sine gubernatore misit, qui tributa non solvit; § à n. 28. qui non facit quod alii vel faciunt, vel facere consueverunt; § à n. 36. qui messes tempestivè demeti non curavit, qui frumenta tempestivè vendere non curavit, vinum suo tempore implere neglexit; § à n. 50. qui præmonitus de periculo vitando non paruit; § à n. 67. qui non fecit in re aliena, quod in sua fecit, vel facere consuevit, § à n. 74. qui insolita negotia aggressus est; § à n. 76. qui elegit famulum deterioris vitæ; § à n. 77. qui opus, quod conduxit, vitiosum facit; § à n. 80. qui potuit aliquid facere, & obligatus non fecit, qui alium misit, cum deberet personaliter ire *Cyriac. contr. 160. à n. 26. de quibus, & aliis latè hoc lib. cap. 12. per tot. § lib. 4. cap. 13. per tot. ubi cætera hic desiderada reperies, § apud Heef. dict. loco 10 à n. 1. ad 291.*

CAPUT III.

Quis possit actione tutelæ directæ conveniri, sive contra quos hæc actio datur?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor, sive is, qui quondam tutor fuit, actione tutelæ directæ conveniri possit.
- 2 Quæ quidem actio etiam patronum tenet, qui tutelam sui liberti gessit, cum etiam fidem, & debitam diligentiam adhibere debet.
- 3 Licet tutelæ actio aliquando infamet; & actio famosa in patronum non datur.

- 4 Cum hæc actio dolum non semper vendicat, & ita verbis temperari potest, ut potius bonæ fidei mentio fiat.
- 5 Hæc etiam actio adversus matrem datur.
- 6 Et etiam adversus fratrem hæc actio datur.
- 7 Adversus tutores honorarios, & notitiæ causa datos actio tutelæ competit, saltem utilis.
- 8 Et adversus testamentarios tutores.
- 9 Omnes tutores in solidum hac actione conveniri possunt, nisi à testatore, vel iudice tutela divisa sit.
- 10 Etiam adversus filios familias hæc actio competit, cujus pater etiam tenetur actione tutelæ obliqua de peculio, vel in rem verso.
- 11 Et etiam in solidum contra patrem datur, scilicet, quando pater filium tutorem dedit, ejusque tutelam agnovit.
- 12 Vel quando ipse pater intercesserit periculum in se suscipiens, ne filius de suspecto accusaretur, quod commissum ante emancipationem comprehendit.
- 13 Cum post emancipationem pater eo nomine amplius non teneatur, sed ipse filius directè.
- 14 Hæc actio tutelæ etiam contra fiscum, ad quem bona tutoris pervenerunt, datur.
- 15 Fiscus eorum, quorum bona confiscantur, successor, & quasi hæres est.
- 16 Datur etiam contra patrem filiorum tutorum, usumfructum in bonis filiorum non habentem.
- 17 Et contra dominum de peculio pro gestis à servo.
- 18 Et etiam contra tutoris hæreses.

Generalis est in materiâ regula, quod hac actione conveniri possit tutor, sive is, qui tutor quondam fuit, cujuscumque generis sit; quia omnes ex quasi contractu sunt obligati: ergo omnes hac actione conveniri possunt, causa enim non est sine esse.

- effectu; ita *Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 9.* quæ ampliatur primo, ut comprehendat patronum, qui liberti sui tutelam gessit, quia etiam patronus in tutela liberti fidem, & debitam diligentiam adhibere debet; quanvis enim actio tutelæ quandoque infamet *ex S. ex quibusdam 2. Inst. de penis temerè litigantium*, & actio famosa contra patronum non detur *ex l. non debet 11. ff. de dolo*, tamen, quia hæc actio non semper dolum vendicat, & verbis ita temperari potest, ut bonæ fidei potius mentio fiat, nihil impedit saltem temperatis verbis proponi.
- 3 Ampliatur secundo, ut etiam mater hac actione conveniri possit, quia licet liberi parentibus reverentiam debeant, tamen honor, atque obsequium ita servandum est, si nihil ab ipsis in illorum detrimentum fiat *Manz. sup. n. 12.*
- 4 Ampliatur tertio, ut etiam frater tutor hac actione conveniri possit *ex Roland. lib. 1. cons. 49. n. 2. Thom. de tutorib. tit. 36. cap. 1. n. 84. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 40.*
- 5 Ampliatur quarto, ut etiam tutores honorarii, & dati notitiæ causa hac actione teneantur *ex l. 3. §. 2. ff. de administration. & pericul. tutor*; ubi *Ulpian.* dicit: *blandiuntur etenim sibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri*; licet enim actio tutelæ eum, qui non gessit, non teneat, utili tamen actione conveniendus est, quia suo periculo cessavit *l. 4. §. sed enim 3. ff. rem pupilli salv. Manz. sup. n. 14. l. quæso 32. §. idem Paulus ff. de testam. tutel. ibi Barl. Galgan. sup. n. 32. Thom. sup. n. 74. Luc. de tutorib. discurs. 5. per tot.*
- 6 Ampliatur quinto, ut etiam testamentarius tutor hac actione conveniri possit *Manz. sup. n. 14. & diximus lib. 1. cap. 2. à n. 19. Luc. de tutorib. discurs. 5. per tot.*
- 7 Ampliatur sexto, ut omnes tutores in solidum hac actione conveniri possint, nisi à testatore, vel à Judice tutelæ administratio divisa sit, ut videtur est apud nos *tract. 3. lib. 6. cap. 38. per tot. Thom. sup. n. 24. Manz. sup. n. 16.*
- 8 Ampliatur septimo, ut hæc actio detur contra filium familias, quia sicut pater familias, ita filius familias ex omni obligatione tenetur *l. filius familias ff. de obligat. & actionib. quibusdam exceptis casibus*, & si filius familias tutelam gessit, pater regulariter nomine filii sui tenetur actione tutelæ obliqua de peculio, vel in rem verso *l. Lucius ff. de administr. & pericul. tut. l. 7. ff. de tutel. & in solidum*, quando vel ipse pater filium tutorem dedit, ejusque tutelam agnovit *ex dict. l. 7.* vel ipse pater intercessit periculum in se suscipiens, ne filius de suspecto accusaretur *ex dict. l. Lucius 21. dummodo pater præstet in utroque casu*, quod ante emancipationem commissum est, nam si filius tutelam gessent, vel dolo quid fecerit, post emancipationem pater eo nomine amplius non tenetur, sed directè ipse filius *ex l. si filius fam. 6. ff. de tutel. rationib. distrab. l. 4. §. 1. l. 11. ff. eodem.*
- 9 Ampliatur octavo, ut hæc actio detur contra fiscum, ad quem bona tutoris pervenerunt, *l. tutor 9. §. pen. ff. de tutel. ration. distrab. Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 53.* quia fiscus est successor, & quasi hæres eorum, quorum bona confiscantur *ex l. 2. cod. ad leg. Jul. de vi public. l. si marito 21. ff. solut. Manz. de tutel. 2. part. 3. n. 24. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. n. 92.* qui plures referunt, & diximus plenè *tract. 1. lib. 4. cap. 9.*
- 10 Ampliatur nono, ut etiam detur contra patrem filiorum tutorem, si legitimus administrator non sit, & usufructum in bonis filiorum non habeat *Thom. sup. n. 91. & n. 34. Galganet. supran. 45. Negusant. de pign. 4. Miers. 1. p. n. 15. Novel. de dote p. 9. privileg. 8.* contra dominum de peculio pro gestis à servo *ex l. 1. §. proinde ff. de eo, qui pro tutorib.*
- 11 Ampliatur decimo, ut etiam detur con-

contra hæredes tutorum *ex l. 1. §. 16 ff. tutel. ration. distrab. l. tutel. 12. cod. arbitrium tutel. tot. tit. cod. de hered. tut. Montan. de tutel. cap. 36. n. 81. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 3. de quo latius agendum erit in peculiari capite Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à. n. 17. & diximus latissimè lib. 1. cap. 2. & lib. 4. cap. 7. per tot.*

CAPUT IV.

Quibus actio tutelæ directæ concedatur, & an adulto litis sumptus sint subministrandi pro ea experienda?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutela directæ pupillo, seu adulto potius ætatem impuberem transigenti sub tutoris administratione competit.
- 2 Et etiam hæredibus pupilli eadem actio datur.
- 3 Et contra quemlibet tutorem in solidum.
- 4 Actiones rei persecutoriæ in hæredes activè, & passivè transeunt.
- 5 Non tamen datur in personalibus, cum privilegio prælationis cæteris creditoribus.
- 6 In realibus tamen tacita hypotheca activè, & passivè competit.
- 7 Minori tamen 26. annorum sine curatoris auctoritate agenti actio non competit.
- 8 Et tutori contra tutorem denegatur.
- 9 Adulto contendenti omnia bona sua à tutore retineri, sumptus administrari ab ipso tutore debent; sed contrarium verius, *infrà n. 13.*
- 10 Monacho contra Abbatem suum conquerenti sumptus administrandi sunt.
- 11 Fiscus etiam sequestrato sumptus litis subministrare debent.
- 12 Lite pendente super bona, pauperi litiganti sumptus administrandi sunt, & alimenta, si boni juris præsumptionem habeat; ubi alia remissivè.

- 13 Nemo contra se ipsum sumptus ministrare cogitur.
- 14 Tertio jus habenti in hereditate, vel bonis administratis per tutorem, an contra hunc actio tutela competat ob malam administrationem intertiii ipsius præjudicium? Resolvitur num. sequenti negativè.
- 15 Tutor, seu administrator alter restituens bona ei, cujus administracionem habet, ad aliud non tenetur. Si inhibitus non fuerit, vel nisi nomine proprio obligetur, vel oblucrum de dolo, & malitia vincatur.
- 16 Creditor pauperem creditorem carcerari faciens, alere, vel dimittere pupillus, seu minor tenetur; sed debitorem suum ratione administracionis carceratum alere non tenetur, nec dimittere, ut nn. sequentib. judicatum asseritur.
- 17 Quando debitor bonis cedere nequit, alimenta à creditore non debentur.
- 18 Debitor pupilli, seu minoris ratione administracionis tanquam tutor, seu curator bonis cedere nequit, & ita alimenta non debentur.
- 19 Si debitor carceratus à Misericordia alatur, sufficienter ad vivendum, alimenta à creditore non debentur.
- 20 Et si equè creditor pauper sit, alimenta administrare non debet.

Pupillo, vel potius adulto, qui sub administratione tutoris impuberem ætatem transegit, actio tutelæ directæ conceditur in §. tutores *Inst. de obligat. quæ ex quas. contract. nascuntr. l. 1. ff. tutel. rationib. distrab. l. si pater cod. de testam. tutel. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 1. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. à n. 1. Balth. Thom. de tutorib. tit. 36. cap. 1. n. 1. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 25. quia hæc actio descendit ex quasi contractu: atqui tutor cum pupillo quasi contrahere videtur *ex dict. §. tutores*: ergo ipsi pupillo jam adulto factio hæc actio datur *Mend. in**

praxi 1. p. lib. 4. cap. 8. §. 13. n. 47. & 2. p. lib. 4. cap. 8. §. 13.

- 2 Hæredibus etiam pupilli hæc actio competit *ex l. 1. §. hanc, & §. fin. ff. tutel. ration. distrabend. l. tutel. 12. cod. arbitrium tutel. Montan. sup. n. 78. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 1. & 12.*
- 3 Thom. sup. n. 10. Manz. sup. n. 27. & contra quemlibet tutorum in solidum *ex l. à tutorib. 34. §. hæred. ibi glos. ff. de administr. tutor. quia actiones rei perfectoriae in hæredes activè, & passivè transeunt ex l. in contractibus 49. ff. de obligat. & act. non tamen datur in personalibus cum privilegio prælationis, cæteris creditoribus ex l. ex plurib. ff. de administr. tutor. Montan. sup. n. 79. Galgan. sup. n. 12. Thomaz sup. n. 11. licet in realibus, & tacita hypotheca competat activè, & passivè ex l. fin. §. fin. cod. de jur. dot. Thom. sup. dict. n. 11. qui n.*
- 4 12. cum Montan. sup. n. 8. docet non dari minori viginti quinque annorum sine curatoris autoritate agenti *ex l. de iis cod. de administrat. tutor.*

8 Tutori contra contutorem denegatur *ex l. cum plures 12. l. actus 19. l. sine 32. §. fin. ff. de administrat. & pericul. tutor; quæ de re dictum est tract. 3. lib. 6. cap. 38 per tot.*

9 Prima est hujus loci quæstio: utrum tutor teneatur sumptus administrare adulto contententi omnia bona sua à tutore retineri, & sibi nullam pecuniam superesse ad litis sumptus? Quæ affirmativè videtur resolvenda, tum quia, si Monachus contra Abbatem suum conquærat, sumptus ei subministrandi sunt *ex cap. ex parte de accusat. Boss. de obligat. aliment. cap. 28. §. 2. à n. 1088.*

11 tum quia fiscus tenetur sumptus litis subministrare ei, cujus bona sequestravit; *Boss. sup. §. 1. à n. 1084.* tum quia lite pendente, cuicumque litiganti pauperi agenti ad bona, quæ pertendit ad se pertinere, & ea nunquam possedit, habenti præsumptionem boni juris, subministrari debent alimenta, & litis expensæ *Boss. de aliment. obligat. cap. 17. §. 6. à n. 10. 14. & à n. 1021. Valasc. cons. 1.*

per tot. Merend. lib. 5. controvers. jur. cap. 28. Cov. practic. cap. 6. Menoch. lib. 2. præsumption. 61. à n. 41. Sura. de aliment. tit. 1. q. 120. à n. 7. Fontanel. de pactis nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. 2. p. 4. n. 73. cum infinitis Sab. in summa tractat. tom. 2. liter. E, §. expensæ num. 20. Gam. decis. 261. Cabed. 1. p. decis. 85. n. 11. Pascal. de patria potest. p. 2. cap. 3. n. 83. Caren. resol. 21. Gratian. cap. 55. n. 49. & alii quamplurimi apud citatos Farin. in report. de judic. q. 52. per tot. Luca in praxi q. 28. per tot. ubi de requisitis necessariis ad petenda alimenta provisionalia Sab. in summa litera. E, §. 28. n. 20.

Verum contrarium rescripserunt Imperat. Severus, & Antonin. in l. Imperatores 17. ff. de tutel. & ration. distrabend. quod videlicet tutor non debeat cogi administrare sumptus, nisi planè constiterit eum debere per rationem; quia cum hoc ipsum quærat, an aliquid à tutore debeatur, incongruum videtur, ut pecunia ab ipso subministraretur cōtra regulam dictantem, quod nemo contra se ipsum sumptus ministrare cogitur *ex l. 10. ff. de postuland. l. 11. cod. de testib. vide Luc. de judiciis discurs. 14. n. 21. Salgad. in labyr. 3. p. cap. 9. n. 9. Luca in praxi d. cap. 28. à n. 1. ad n. 11. & in punct. n. 10. ubi hoc arbitrio judicis committit Phæbus 1. p. aresto 2. Mend. 1. p. lib. 3. cap. 22. n. 66.*

Tertio: jus habenti in hæreditate, & bonis defuncti administratis per tutorem, an competat actio contra tutorem ob malam alienationem in ejus præjudicium, quanvis præteritum erogatum sit in causam administrationis, cujus rationes benè reddiderit, interrogat Cardinal. Luc. in theatr. veritat. & just. tom. 7. tract. 4. de tutorib. discurs. 13. ubi negativè resolvit ex ea ratione, quia tutor, seu alter administrator non inhibetur eo ipso, quod restituit bona ei, cujus habet administrationem, ad aliud non tenetur, ut ipse probat n. 4. nisi nomine proprio se obliget, vel ob lucrum de dolo, & malitia convincatur *Luc. dict.*

dict. discurs. 13. n. 5. Merlin. dec. 667.

16 In Senatu vidi dubitatū, utrum tutori, vel curator carcerato ad infantiam pupilli, seu minoris ob non solum residuum rationis, vel ob non tradita bona, teneatur pupillus, seu minor præstare alimenta provisionalia, vel eum dimittere à carcere, inter partes Augustinum Ferreira, & Michaellem Coelho, coram Notario Francisco Guedes de Saá; & videbatur dicendum, quòd sic, quia creditor, qui carceravit debitorem pauperem, qui aliundè non habet unde se alat, vel tenetur eum dimittere, vel ei dare alimenta ne pareat, ex iuribus allegatis per *Valasc. conf. 1. n. 8. Barbof. ad Ord. lib. 4. tit. 74. §. 2. n. 2. Cabea. 1. p. dec. 83. n. 1. § 6. Gam. decis. 261. n. 3. Mend. in praxi 1. p. lib. 3. cap. 22. n. 66. Phæb. 1. p. decis. 3. n. 1. § 2. § ar. 2. Almeid. d. num. 15. cap. 4. n. 21. § 22. Agid. in l. ex hoc iure ff. de just. § jur. 2. p. cap. 13. clausul. 7. n. 7. Pereira. in promptuario juris in verb. alimenta n. 45. & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 11. à n. 43. cum aliis Portugal de donat. Reg. 2. p. cap. 17. à n. 101. ubi exteros, & regnicolas citat *Cald. de empt. cap. 25. n. 49. Boss. de aliment. § Castilb. cap. 37. §. 3.**

17 Sed contrarium iudicavit Senatus, & meritò, quia creditor nō tenetur subministrare alimenta debitori inopi carcerato, quando talis bonis cedere non potest, ex *DD.* quos citavimus tract. 1. lib. 4. cap. 11. à n. 43. *Portug. supra n. 11. Phæb. 1. p. ar. 2. § ferè omnes supra citati; & debitor pupilli, seu minoris ratione administrationis tanquam tutor, seu curator bonis cedere non potest, cum multis Altimar. de nullitatib. rub. 1. p. 5. q. 47. n. 938. ubi alios citat; & quia debitor iste erat alitus à Domo Misericordiæ, quo in casu creditor non tenetur, nisi non sufficiant ad vivendum *Portug. supra d. n. 102. & ulterius minor, aut pauper, & creditor pauper non tenetur præstare alimenta debitori carcerato, vel eum à carcere dimittere, cum multis Valasc. de privileg. pauper-**

tatis 1. p. q. 39. n. 72. Surd. de aliment. tit. 7. q. 8.

CAPUT V.

An, & quando actio tutelæ directæ ab adulto, seu minore moveri possit?

SUMMARIUM.

- 1 De jure civili actio directæ tutelæ intentari non potest, nisi tutela finita.
- 2 Nec contutor adversus contutorem, tutela durante, actionem habet ad rationes petendas, sed tantum suspectum allegare potest, si concilia gestioni communicare nequeat; & n. 11.
- 3 Neque curator ad reddendas rationes compelli potest à minore, nisi post 26. annos completos.
- 4 Licet etiam tutor relegatus sit, etiam si ejus loco alter, vel curator substitui possit.
- 5 Finita tutela, dies pecuniæ creditæ spectari debet, si imputari tutori non possit.
- 6 Sed prædicta non procedunt in curatore furioso tunc namq. actio negotiorum gestorum competit; & sic speciali actione cum curatore agi potest.
- 7 Nec procedunt in eo, qui pro tutore se gessit, & in procuratore gerente.
- 8 Nec actio tutelæ differtur, quando idem tutor duorum fratrum est, & unus ad legitimam ætatem pervenit.
- 9 Si pupillus alteri succedat, cujus tutor idem erat, hic pro tutela, morte finita, conveniri potest.
- 10 Extratamen iudicium tutor honorarius ab altero, cujus factum præstare tenetur, rationem exigere de jure communi potest; quod explicatur, & declaratur.
- 12 Si tutela ad alium translata fuerit, cum priore tutore tutelæ iudicio agi potest, non obstante quod impubes adhuc sub tutela sit.
- 13 Quando in alium transferri possit, exemplificatur.
- 14 Tutor desinens ob Reipublicæ causam

sam actione tutela conveniri potest, Etiam ille, qui in ejus locum datus, per reversionem illius, tutor esse desinit, & n. 18.

15 Et ratio traditur.

16 Tutor interim in locum alterius administrans, finita sua administratione, judicio tutela conveniri potest.

17 Similiter conveniri potest tutor esse desinens propter incidentiam in hostium potestatem.

18 Licet revertens ex causa Republicæ tutelam iterum recipiat, nihilominus pro prima administratione conveniri potest actione tutela.

19 Ad quod judicium exercendum, si minor contutorem non habeat, dandus curator specialis est.

20 Conveniri etiam erit tutor, durante tutela ex alia actione ab administratione non procedente.

21 Remotus etiam à tutela tanquam suspectus conveniri actione tutela potest.

22 Licet suspecto curator adjunctus esset.

23 Et etiam aliis actionibus conveniri potest tutor, durante tutela.

24 Tutor bona pupilli diminuens, & eum hereditate paterna abstinens, quæ utilis pupillo erat, conveniri potest à creditoribus paternis actione negotiorum gestorum.

25 Alii casus, in quibus conveniendus tutor possit, afferuntur, & n. 26.

I Posteriori in libro cap. 6. per totum de materia hujus capituli egimus, quam prosequendo, iterum affirmamus, quod de jure civili hujusmodi actio intentari non potest, nisi finita tutela ex jur. Et ratione in dict. cap. 6. n. 1. Et 2. allegat. Mend. in prax. 1. p. lib. 4. cap. 8. S. 13 n. 47. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. à n. 139. Montan. de tutel. cap. 39. n. 225. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 40. Et tit. 26. à n. 1.

2 Ampliatur primo, ut nec contutor durante tutela ad reddendam rationem

contra contutorem agere possit, sed tantum eum suspectum allegare valet, si consilia gestionis communicare nequeat, l. si non cod. de suspect. tutor. l. cum plur. l. actus sui ff. de administr. tutor. Montan. sup. n. 226. Thom. sup. n. 14.

Ampliatur secundo, ut nec curator cogi possit ad reddendam rationem, nisi post viginti quinque annos à minore completos ex l. si cui S. fin. ff. de tutel. rationib. distrabend. l. cum curat. cod. de administr. tutor. Montan. sup. n. 229. Thom. sup. n. 141. Galgan. dict. tit. 26. n. 1.

Ampliatur tertio, ut procedat etiam si tutor relegatus sit, licet ejus loco alter, vel curator substitui possit l. si sine 33. S. fin. ff. de administr. tutor. Thom. sup. n. 142.

Ampliatur quarto, ut finita tutela, dies pecuniæ creditæ debeat spectari, si nequeat imputari tutori l. si tutel. ff. de administr. tutor. Thom. sup. n. 142. Montan. n. 230. Galgan. dict. tit. 26. Et tit. 29. n. 1. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 43.

Limitatur primo, in curatore furioso, in quo non tutelæ actio, sed negotiorum gestorum actio competit Montan. n. 231. Thom. n. 143. l. nisi S. cum furioso ff. de tutel. rationib. distrabend. & speciali actione cum curatore agi potest l. si adhuc ff. eodem, l. cum curatore ff. de administrat. tutor.

Limitatur secundo, ut non procedat in eo, qui pro tutore se gessit, & in procuratore gerente l. 1. S. cum eo, qui pro tutore, l. 1. S. finita ff. de contrar. action. tutel. Montan. sup. n. 234. Galgan. sup. tit. 29. n. 7. Thom. sup. n. 144.

Limitatur tertio, ut tutelæ judicium deferri propterea non debet, quod idem tutor fratris adhuc impuberis, & cohæredis tutelam gerat l. tutores 39. ff. de administr. Et pericul. tutel. adeoque si tutor duorum impuberum fratrum tutelam gerit, postquam unus adoleverit, tunc ille actionem tutelæ constituere potest, quanvis tutela fratris nondum finita Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 32.

Thom.

Thom. sup. n. 153. Galganet. dict. tit. 29 n. 3. ratio est, quia sufficit quo ad ipsum finitam esse: potest enim unius tutelam finiri, & alterius adhuc durare.

9 Limitatur quarto, ut quanvis actio tutelæ, durante administratione, non possit institui nomine proprio, possit tamen alieno v. g. si pupillus hæres existat alteri pupillo, cujus tutelam idem tutor suus gesserat, tunc enim licet sua tutela non sit finita, nihilominus ex hæreditaria causa cum tutore suo habet tutelæ actionem *ex l. 7. ff. de tutel. rationib. distrab. Manz. sup. n. 33. Thom. sup. n. 155. Galgan. dict. tit. 29. n. 9.* ratio est, quia sufficit istam tutelam finitam esse, cujus nomine actio instituitur.

10 Limitatur quinto, ut tamen extra iudicium unus tutorum ab altero, cujus factum præstare tenetur, v. g. honorarius tutor ab administrantibus rationes de jure communi exigere potest *ex l. 3. §. ceteri 2. ff. de administr. & pericul. tutor;* ubi ratio: quia hic datus est quasi observator, & custos, debet igitur sollicitè curare, qualiter administrans conservetur, quanvis universalis administrationis ratio peti non possit, quia tutor actus sui rationem contutori reddere non cogitur *ex l. actus 19 ff. de administrat. tutor.* & cum plures tutelam gerunt, nulli eorum in contutorem actio pupilli nomine datur *ex l. 12. in princ. l. 33. in fin. ff. dict. tit.* suspectus autem postulari à contutore potest, & debet, si noluerit administrationis concilia communicare *ex auct. l. 19. Manz. supra n. 41. §. 42. Thom. supra n. 154. Galganet. dict. tit. 29. n. 8.*

11 Limitatur sexto, nisi tutela fuerit ad alium translata; tunc enim cū priore nihilominus tutela agi potest, non obstante, quod impubes adhuc sit sub tutela *ex l. si tutor. 9. §. si testamento ff. de tutel. ration. distrab. Thom. sup. n. 149. Galganet. dict. tit. 29. n. 4. Manz. sup. n. 34.* puta obtutoris absentiam, qui pro tempore absentis tutoris convenietur, & recursus tutelam recuperabit *ex dict. l. si tutor.*

12 Limitatur septimo, quādo tutor Reipublicæ causa abesset, ideòque foret excusatus *ex l. si tutor. reipub. ff. de tutel. ration. distrab.* ratio, quia desinunt tutores esse saltem quo ad hunc effectum, qui ex justa causa se excusant, & onus administrandi tutelam deponunt *ex §. finitur, Inst. quib. mod. tutel. finit.* si autem postea desiverit Reipublicæ causa abesse, tunc consequenter desinit esse etiam ille, qui in locum ejus datus est, ac proinde tutelæ actione conveniri poterit *ex dict. l. 9.* quia qui Reipublicæ causa absunt, si reversi fuerint, recipiunt onus tutelæ *ex §. 2. Inst. de excusat. tutor.* ergo is, qui ad interim datus est, tutelam deponit, & tutela deposita, tutelæ actio locum habet.

14 Limitatur octavo, in tutore in testamento sub conditione, vel ad certum tempus dato, & alius, medio tempore ex inquisitione substitutus: quia adveniente die, vel existente conditione tutelæ iudicio erit cum tutore, qui interim administravit *ex dict. l. 9. §. 2. §. 3.* quia tutor esse desinit.

15 Limitatur nono, quando tutor in hostium potestatem pervenisset, & cū habuerit, qui tutelæ iudicium suscipere obtulerit *l. si pupillus §. si tutor cum leg. seq. ff. de tutel. rationib. distrab. Thom. sup. n. 151. Montan. dict. cap. 39. n. 239. Galgan. sup. n. 4.* ubi etiam fidei iussum conveniri posse, at reverso tutelam recuperabit.

16 Limitatur decimo, in eo, qui reverso ex causa Reipublicæ tutelam iterum suscepit, quia cum eo iudicio agi potest pro tempore administrationis ante absentiam: quia tutelæ intermissio facit censeretur tutelam denuò receptam novam tutelam esse, & sic ex pristina administratione tutelæ tutor pupilli debitor est, ac si pecuniam creditam à patre ejus accepisset *ex dict. l. 9. §. 4.* sed quis nomine pupilli actionem instituet, ad hoc respondet Ulpianus ibidem, si solus tutor est, utique ipse secum non aget, sed specialis curator ad hanc litem dabitur, si autem contutorem habet,

17
18
19

het, is adversus eum iudicium accipere potest *Manz. sup. n. 39. § 40.*

20 Limitatur undecimo, quando actio venustior est tutela ex administratione minimè procedens; tunc enim officio adhuc vigente datur *l. adversus cod. de administr. tut. l. si plur. ff. de testam. tutel. cap. 39. n. 235. Thom. sup. n. 145.*

21 Limitatur duodecimo, in remoto à tutela, tanquam suspecto *l. tutel. ff. de contrar. tut. § util. act. Montan. n. 237. Thom. n. 147.*

22 Limitatur decimotertio, quando suspecto curator adjunctus esset *ex l. si tutor. 9. §. si tutori ff. de tutel. ration. distrab. Galgan. dict. tit. 29. n. 5. Thom. n. 148.*

23 Limitatur decimoquarto, ut non procedat in aliis actionibus injuriæ, furti, & damni, *ex l. si tutor reipub. §. fin. ff. de ration. tutel. distrab. l. cum tutor cod. de administr. tutor. Thom. sup. num. 152. Montan. sup. n. 240.*

24 Limitatur decimoquinto, ut tutor diminuerit bona pupilli, & eum paterna hæreditate abstinerit, quæ utilis pupillo erat; quia tunc, licet pupillus contra tutorem, nisi finita tutela, agere possit, creditores tamen patris pupilli contra tutorem negotiorum gestorum actione agere possint *ex l. cum tutor 18. ff. de tutel. ration. distrabend.*

25 Limitatur decimosexto, in omnibus casibus, de quibus *lib. 1. cap. 6. per tot. & ut actio spolii contra tutorem detur ad rem certam, priusquam administratæ tutelæ ratio reddetur Thom. sup. n. 151. ubi etiam limitat quo ad bona in inventario descripta, cum Surd. decis. 184. per tot.*

26 Limitatur decimosextimo, quando singulis annis rationes dare promisit *Thom. n. 146. Montan. sup. n. 236. & ubi aliter statutum fuerit per leges Regni, ut diximus lib. 1. cap. 6. n. 7.*

CAPUT VI.

Actio tutelæ directæ quanto tempore præscribatur?

SUMMARIUM.

- 1 Tutelæ actio cum personalis sit, usque ad 30. annos intentari potest.
- 2 Quibus annis elapsis, dicta actio præscribitur.
- 3 Nisi administratores, & ejus hæredes de mala fide suspectos esse ostendatur per conjecturas, & indicia.
- 4 Ubiunque hæres dolum cõmisit, nec ipse ob malam fidem præscribere potest, unde post 30. annos ob malam fidem tutor, & ejus hæres rationem reddere tenentur.
- 5 Præscriptio hujus tutelæ actionis incipit à die finitæ tutelæ.
- 6 Contra eam admittitur restitutio in integrum per clausulam generalem.
- 7 Aliquando tamen contra tutorem, & ejus hæredem usque ad 40. annos agi potest: & quando sit, latè hic explicatur, & n. sequenti.
- 8 Quid in readditione actionis principaliter, & in consequentiam comprehendatur, explicatur.
- 9 Tutor conventus actione hypothecaria pro receptis, & in inventario scriptis, adultum excludere potest docendo de alia solutione particulari, absque eo quod de tota administratione rationem reddere teneatur.
- 10 Hypothecaria actio quanto tempore præscribatur, & à quo die præscriptio incipiat, & n. sequenti.
- 11 Adversus hanc præscriptionem restitutio competere potest.
- 12 Minor per viam restitutionis rationes petere potest, præscriptione non obstante.

Usq̄ue ad triginta annos actio nostra moveri potest, quia est personalis, & personales actiones usque ad triginta annos durare scriptum

tum est in l. 3. *Ultim. cod.* 30. annor. ubi *Barb.* & tradunt *Institut. omnes in princip. Inst. de perpet. & tempor. act. legitoque in Ord. nostra lib. 4. tit. 29.* ubi *Barb.* cumulat, quibus elapsis, præscripta est nostra actio, ut multis juribus, multisque cumulatis rationibus, & *DD.* probavimus *tract. 3. lib. 8. cap. 9. à n. 83. ad 90.* & ultra eos ita docent *Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 44. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 13. Thom. de tutor. & curat. tit. 34. cap. 1. n. 11.* quia ex l. *tutores cod. arbitrium tutelæ*, sola præscriptio longi temporis excluditur, non longissimi; *Aretin. in §. actionum 28. Institut. de action. Boer. decis. 59. Vant. de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu inhabilitat. seu mandat. n. 8 Borgn. de tutor. n. 15. §. 202. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 15. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 1. n. 27.* nisi conjecturæ, & indicia concurrant, quæ reddant administratorem, vel ejus hæredes de mala fide suspectos, *Montan. de tutel. cap. 38. n. 99 Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 29. in fin. & lib. 3. q. 58. n. 13.* & ubicumque hæres dolum commisit, nec ipse ob malam fidem præscribere potest *Menoch. conf. 1218. n. 24.* & ultra triginta annos tutorem tenere ob malam fidem reddere rationem, & hæredem etiam propter malam fidem tradunt *Surd. conf. 296. Gratian. cap. 52. n. 14. §. 15. & in additione ad decis. 46. Rott. Genuens. decis. 203. Ricc. collect. 734. Escob. de ratioc. cap. 5. n. 27. Ber. lib. 1. conf. 191. n. 25. §. 40. Gratian. cap. 760. à n. 4. Felic. de societ. cap. 37. n. 59. Heef. infrà à n. 184. Peg. ad Ord. tit. 87. §. 24. n. 14. §. 4. n. 322. Zabel. infrà Luc. de emption. discurs. 7. n. 7.*

Quæ quidem præscriptio incipit à die finitæ tutelæ ex *Cancer. 1. var. cap. 7. n. 83. Thom. sup. n. 11.* & contra quam admittitur restitutio in integrum ex clausula generali ex *Thom. dict. n. 11. Escob. de ratioc. cap. 5. n. 27. dec. conf. 29. n. 1. Rott. Genuens. decis. 203. num. 5. & 6. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. q. 97. per tot. Luc. in theatr. veritat. & just.*

tract. de empt. discurs. 7. n. 7. Zabel. in summa tractat. §. administratio à n. 11. Altimarus de nullitatibus in contractibus. q. 43. num. 708. & 709.

Licet actio tutelæ spatio triginta annorū præscribatur, benè tamen poterit adultus agere contra tutorem, & ejus hæredem usque ad quadraginta annos, quia tutor sub hypotheca bonorum suorum promiserat reddere rationem administrationis tutelaris, nam tunc pro implemento dictæ promissionis hypothecaria agi potest, & contra tertium ex *Cancer. 3. var. cap. 1. num. 201.* ubi dicit, quod, quando quis obligat omnia bona sua pro observantia contractus, ille, cui bona sunt obligata, potest agere hypothecaria contra tertios possessores, ut pignori incumbat; secus autem in tutore testamentario, qui, cum talem promissionem, & cautionem præstare non soleat, solum ad reddendam rationem actione personali conveniri potest ex l. *neque cod. quibus oblig. long. temp. præscript.* quæ tantum durat triginta annos *Escob. de ratioc. cap. 9. num. 63.* ubi ob prædicta dicit tutorem, lapsis triginta annis, non teneri ad exhibitionem inventarii. Verum enim est, quod, licet dictus testamentarius tutor, vel qui ad redditionem rationum non se obligavit sub bonorum hypotheca, non possit cogi ad reddendam rationem lapsis triginta annis, eo quod olim pupillo dictæ actioni per lapsum triginta annorum sit præscriptum; agere tamen posset hypothecaria pro quantitatibus, seu rebus, quas ex bonis tutelæ ad eum pervenisse adultus probaverit, usque ad 40. annos *Canc. 1. var. cap. 7. num. 83. & 3. var. cap. 1. num. 201.* & in hoc casu locum habebunt, quæ tradit *Surd. decis. 184. Escob. de ratioc. cap. 39. Peg. forens. cap. 3. num. 719. & 720. Heef. de ration. reddend. loc. 15. à. num. 181. ad num. 188.* cum multis *Altimarus de nullitatibus contractuum 10. tom. 7. q. 43. n. 709. Gratian. cap. 52. n. 14.*

Quod mirandum non est, quia in reddi-

redditione rationis non agitur ad pecuniam principaliter, sed in consequentiam. Principaliter quidem agitur ad factum, scilicet, ut reddat rationem, & in consequentiam, ut reliquum solvat, ut pulchrè declarat *Canc. sup. num. 203.* à dictoque facto per lapsum triginta annorum à tempore finitæ tutelæ, aut curæ est liberatus, cùm ad ipsum non, nisi actione personali, teneatur, non tamen ab eo, quod adultus tutores sibi debere ex dicta administratione probaverit, quia ad id, ut dictum est, tenetur actione hypothecaria *ex l. pro officio cod. de administr. tutor. usque ad 40. annos ex l. cum notissimi cod. de præscript. 30. ann.* Ex quo magna resultat utilitas, quia si est liberatus personaliter, & petentur ab eorum inventario descriptæ, vel alia per eum recepta, ipse poterit adultum excludere, docendo de alia particulari solutione, absque eo, quod de tota administratione rationem reddere teneatur *Cancer. 3. var. cap. 1. n. 24. Heef. dict. loc. 15. à num. 188. Altim. cum multis de nullitatib. in contractib. q. 43. à num. 708 & 609.*

Vidisti quomodo præscribatur actio tutelæ, seu curæ: nunc scire oportet, an, & quando actio hypothecaria pupillo, seu adulto competens contra bonam tutoris, seu curatoris à tertio possessore rei hypothecatæ præscribatur? Et in hac quæstione dicendum est, quod actio hypothecaria præscribitur regulariter inter præsentem per decennium, & inter absentem per vicennium à die, quo tertius incipit possidere *ex Ord. lib. 4. tit. 3. Merlin. de pignorib. lib. 5. tit. 1. q. 22. per tot. ubi fundamenta Socinn. Junior conf. 27. per tot. Paris. conf. 50. n. 3. Barb. in l. sicut cod. de præscript. 30. vel 40. n. 187. & in S. illud ejusdem leg. n. 56. & 57. Pinel. in Authentica nisi triennali n. 48. cod. de bonis maternis, Cravet. conf. 253. Leon. conf. 50. n. 1. Roland. conf. 79. n. 17. & pro hac parte, me Judice, cū duobus collegis in nostro Senatu Supplicationis judicavi inter partes Paulum Cardo-*

sum, & D. Josephum Maria, Scribæ Henrico Suario Ribeiro; & contrarium tenet *Altimar. q. 43. n. 703. de nullitat. contract.*

Licet pro contraria sententia, nempe quod præscriptio hypothecaria non incepit currere nisi à die, quo contra tertium poterat agere creditor, qui ad suum favorem habet hypothecam, & pro hac parte judicatum etiam tradit *Pinheiro de cens. disp. 1. sect. 14. n. 241. Gam. dec. 21. n. 5. & dec. 99. n. 3. & 4. Mend. in prax. 1. p. lib. 4. cap. 4. n. 15. sed ne recedas à prima, quam tenet Peg. de maioratu cap. 6. à n. 550. usq. ad 582. nisi data restitutione, & implorata secundum tradita tract. 3. lib. 7. cap. 16. per tot.*

Adversus præscriptionem habet minor restitutionem, ut ea non obstante, possit petere rationes, & agere actionem hypothecæ, ex his, quæ diximus *tract. 3. tit. 5. cap. 11. & lib. 7. cap. 16. à n. 18.*

CAPUT VII.

Ubi, & apud quem Judicem tutelæ actio institui debeat?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutela proponenda est coram Judice ordinario tutoris, sequendo actor rei forum.
- 2 Si plures sint tutores, vel unius plures heredes, omnes apud eundem Judicem conveniendi sunt, licet in diversis jurisdictionibus habitent.
- 3 Ne continentia causæ dividatur, & ex una causa diversa judicia orientur.
- 4 De jure tamen nostro Regio hæc actio coram Judice orphanorum intentari potest, licet actor jam sub cura non sit, & à jurisdictione orphanorum exemptus sit.
- 5 Si unus tutor Clericus esset, alter laicus, secluso jure nostro, actio intentanda foret coram Judice Ecclesiastico.

6 Quando pupillus, seu adultus bona in diversis Provinciis possidet, ob idque plures tutores, & curatores habet, ubi tunc tutores conveniendi sunt, disputatur, & resolvitur, & n. 7. & seqq.

8 Quid Judex loci, ubi bona existunt, facere debeat, ac possit, & n. 9. & 10.

11 Quoad bona feudalia tutor, seu curator dandus est à domino feudi; & ubi conveniendus sit; remissivè.

12 Tutor, curator, procurator, institor, qui curia negotia aliena gesserunt, ibidem conveniri possunt, licet ibi non reperiantur.

Coram Judice ordinario tutoris actio tutelæ proponenda est, & apud eum conveniendus est tutor juxta regulam, quod actor forum rei sequi tenetur, de qua in l. 2. cod. de jurisdic. omn. Judic. cap. cum sit generale de foro competenti; & ita in terminis docet Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 45. & si plures sint tutores, vel unius tutoris defuncti plures hæredes, qui diversa domicilia habent in diversis jurisdictionibus, tunc apud eundem Judicem omnes sunt conveniendi ex l. omnes 5. cod. arbitr. tut. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. n. 25. Montan. de tutel. cap. 39. n. 216. Carpan. super statum Mediolanum cap. 8. ne causæ continentia dividatur, & ne diversa judicia ex eadem causa orientur, nam ad eundem Judicem remittendi sunt, qui eodem jure, vel ratione ejusdem officii tenentur Manz. dict. 3. tit. num. 45. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 46.

Verum apud nos ex Ord. lib. 1. tit. 87. §. 46. nostra actio intentari potest coram Judice orphanorum, non obstante, quod actor, & illa utens sub cura non sit, & à jurisdictione Judicis orphanorum sit jam alienus, quia ita disponit Ord. nostra in dict. §. 46. ubi nolter Peg. & Barb. sunt videndi, & diximus lib. 1. cap. 1. n. ... & cap. 5. Ord. lib. 3. tit. 6. §. 4. ubi Peg.

Sed secluso jure nostro, quæritur, si ex tutoribus unus sit Clericus, an coram Judice Ecclesiastico nostra actio sit proponenda? Ad hanc quæstionem respondit Canc. 1. var. cap. 7. n. 156. Luc. de tutor. quod actio est proponenda coram Judice Clerici, ubi plures citant Hees. de rationib. præstand. loc. 5. à n. 28.

Ubi verò pupillus, seu adultus habuerit bona in diversis Provinciis, & ob id quoque plures tutores, seu curatores habeat, secundum tradita tract. 3. lib. 3. cap. 2. à. num. 1. usque ad 23. coram quo Judice conveniendus tutor sit, tam quo ad actionem tutelæ, seu curæ, quàm quoad rationes præstandas, sive ad remotionem tutelæ, seu curæ: in quo dubio resolutivè dicimus cum Luc. in theatr. veritat. & just. tom. 7. tract. de tutor. & curator. discurs. 3. ferè per tot. & maximè num. 6. quod coram eodem Judice est conveniendus, sive actione tutelæ, sive ad rationes, sive remotionem, à manu cujus tutelam, seu curam accepit; quia licet non ex eo, quod tutor, vel curator à Judice domicilii etiam cum maiori competentia sit deputatus, prohibendus videtur alter Judex, sub cujus jurisdictione sunt bona pupilli, seu minoris, ex officio inquirere, an eodem pupillo, seu minori bene consultum sit cum idoneis cautionibus, an inventarium respectu bonorum in ejus jurisdictione existentium bene, ac fideliter confectum sit, cum aliàs possit dari casus, quod Judex loci originis, vel domicilii, qui tutelam, vel curam decrevit, habendo solùm rationes, ac notitiam de bonis in ejus jurisdictione existentibus, minus idonea cautione contentus esse potuerit, sive quod ibi non integrum, ac minus fidele inventarium confectum sit, idque coram Judice non informato convinci non valeat, ut ratiocinat Luc. dict. discurs. 3. n. 18.

Attamen dicendum est cū eodem Luc. n. 19. id rectè procedere ad effectum

Etum, ut idem tutor docere teneatur de idoneitate cautionis jam præstitæ, ac integritate inventarii jam confecti, quodque aliàs locus esse posset provisionali deputationi tuti administratoris, sive alteri provisioni compatibili cum jure habituali tutoris, seu curatoris, quinimò deputationi curatoris, non autem, quòd exinde dici posset, quòd coram Judice loci existentium bonorum conveniri valeat, vel actione tutelæ, seu curæ, vel ad reddendas rationes, sive ob cautionem coram ipso non præstitam, vel inventarium non confectum: & tantum iste Judex, vel potest pupillū, seu minorem de curatore providere, factò inventario bonorum existentium in suo territorio, qui de illis coram eo rationem reddat, quod securius, & utilius erit, vel Judicem, qui tutorem, seu curatorem deputavit, certiore reddere, ut competens Judex pupillo, seu minori provideat.

II Non sic dicendum est, ubi agitur de administratione feudorum, in qua non admittitur tutor, seu curator, qui à diverso Judice sit deputatus, vel ratione originis, vel domicilii; quia tunc tutor, seu curator est dandus à domino feudi, ut diximus *tract. 3. l. b. 3. cap. 2. Luc. de feud. discurs. 18. § de tutor. discurs. 3. n. 16.* quia cessat individuitas personæ pupilli, qui duplicis personæ naturam induit, una ratione bonorum alodialium, alia ratione feudorum; & sic licet circa alodialia conveniendus sit coram Judice domicilii, quo ad feudalia coram alio; *Luc. dict. n. 16.*

12 Tutor, curator, procurator, vel institor, qui curia negotia aliena gesserunt, possunt citari, & conveniri in curia, quanvis ibi non sint reperti *Ord. lib. 3. vers. 6. §. 4. versicul. E bem assim.*

CAPUT VIII.

Utrum actione tutelæ peti possit, ut tutor rationem reddat administrationis suæ, inventarium bonorum, librosque exhibeat, & quomodo inventarium, librosque exhibere teneatur, & si non exhibeat, ad quid teneatur?

SUMMARIUM.

- 1 *Ut rationes administrationis suæ, omniumque rerum gestarum tutor reddat, per actionem tutelæ petatur.*
- 2 *Et ut inventarium, reportoriumque exhibeat.*
- 3 *Aliàs contra tutorem juramentum in litem admittitur.*
- 4 *Et libros administrationis tutelæ.*
- 5 *Definitio horum librorum, & quotuplex sint, traditur; & de eorum fide, remissivè, & n. 6.*
- 7 *Libris eorum, qui ratione officii publici conficiunt, plenè creditur, & hæc est prima differentia librorum.*
- 8 *Referuntur multæ personæ, quibus ratione officii creditur; etiam contra tertium.*
- 9 *Libri monasterii, quando pro eo probent, remissivè; & quid in libris censualibus terragiorum, Prelatorum, & Capitulorum, & similium, multa latè traduntur.*
- 10 *Libri omnibus interesse habentibus edendi sunt.*
- 11 *Et non semel exhibendi sunt, sed toties, quoties ex causa opus fuerit.*
- 12 *Et non solum ipsi conficiuntur libros, sed etiam eorum hæredes.*
- 13 *Licet ipsi scribentes, vel eorum hæredes id officium non exercent, dicantque jam non habere tales libros, nisi apud alios extare probaverint.*
- 14 *Secunda differentia librorum traditur, scilicet eorum, qui publicam artem, seu officium exercent, sed non publica autoritate, ut Mercatores*

- catores, & similes sunt.
- 15 Sed libris eorū contra eos, & pro probant, si ita cōsuetudine receptū fuerit, prout in aliquibus Provinciis.
- 16 Si per statutum libris mercatorum fides data sit, tunc illis credendum est.
- 17 Administratori creditur, si à domino promissum sit, quod ejus simplici dicto fidem adhibebit; unico testi, quando ita à partibus conventum fuit; ipsimet parti, si pactum ita factum fuerit.
- 18 In curia mercatorum, eorum libri plenè probant, si debitam formam habeant.
- 19 In parvis parcelis plenè probat mercatoris liber, si mercator sit fide vir dignus.
- 20 Liber rationis plenè inter socios probat pro, & contra, si verosimilia contineat.
- 21 Et sint parcelæ manu alterius ex sociis, liberque factus sit secundum ordinem.
- 22 Mercatori accipienti pecuniam ad honestum lucrum dicenti sustinuisse damnum furti, ruinae, vel naufragij, non creditur nisi de tali damno intra annum fidem faciat.
- 23 Libris rationum continentibus plura capitula connexa, quæ commodè separari non possunt, creditur, in favorem scribentis, si acceptentur ea, quæ contra eum sunt, quod Judicis arbitrio relinquitur; & de aliis remissivè.
- 24 Et continentibus plures partitas, quorum aliqua veræ sunt per testes, vel instrumenta, vel alio modo, in reliquis creditur.
- 25 Libris rationis integræ, & private fidei mercatoris continentibus data, & accepta verosimilia cum die, & consule, considerata qualitate, & quantitate rerum, cum juramento producentis plenè creditur.
- 26 Si libro mercatoris adhibito juramento credendum sit, an credendum sit sine illo, quando mercator mortuus fuerit, sub distinctione resolvitur; & n. 27.
- 28 Confessio mercatoris in libro suarum rationum contra eum probat, licet absente debitore facta sit; secus autem contra tertium absentem, cum quo actus non fuit gestus.
- 29 Quoties supradictæ personæ in secunda differentia contentæ rationem reddere debent, ante omnia inventarium, codicem, seu rationis librum edere tenentur.
- 30 A quo non excusantur dicentes in libris esse scripta nonnulla negotia propria, vel aliena non pertinentia, quæ pandi non debent.
- 31 Quod in omnibus administratoribus, & aliis, qui ob reddendas rationes libros conficere tenentur.
- 32 Et etiam si per dominum promissum sit, quod in rationibus reddendis simplici dicto administratori fidem præstabit.
- 33 Vel si dicat administrator libros perdidisse, eos non habere, vel jam fuisse editos, & rationes calculatas, vel administrator sit mortuus.
- 34 Quomodo procedendum sit judicialiter contra hujusmodi libros exhibere tenentes, traditur.
- 35 Defendi tamen potest administrator, tutor, vel curator, dicendo nihil administrationis ad eorum manus pervenisse; quo probato, nec conficere, nec exhibere libros tenentur.
- 36 Vel allegando, probandoque pupillo, adulto ve præjudicialem esse exhibitionem.
- 37 Vel allegato, probatoque pacto, quo conventum à principio esset, ne rationis liber conficeretur.
- 38 Vel probata transactione legitimè facta super administratione, qua stante, libri non sunt edendi ad detegendos errores de novo introductos.
- 39 Vel tandem allegando, & probando librum rationis ex causa penitus privata confectum esse; de aliis casibus,

- sibus, in quibus edere non tenentur.
 40 Tertia differentia librorum est eorum, qui suas rationes in libris privatis conficiunt, & scribunt, quibus libris nulla fides adhibenda est, nec eos tenetur edere scribens.
 41 Liber rationis defuncti per se solum pro scribente non probat.
 42 Contra eum tamen probat, nisi detentus sit solum pro memoria scribentis, sed alii neque pro, neque contra scribentem non probare tenent; & n. 48.
 43 Semiplenè propter præsumptionem defuncti probat, & tunc per unum testem debitum in rationibus reperitum probatur.
 44 Mors non parùm fidei addit scripturis mortuorum, cum mors vim juramenti obtineat.
 45 Si scribens est persona legalis, manūque proprias rationes conscribat, & alia requisita, de quibus hic concurrant, illius liber semiplenè probat, plenèque adhibito juramento heredi.
 46 Libro fratris bona fratris minoris administrantis creditur ob affectionem sanguinis.
 47 Creditur etiam cū juramento, quando rationes verosimilia continent, his, quæ sunt difficilis probationis.
 48 An liber privatus exhibendus sit interesse habenti, resolvitur affirmative allegata, & probata justa causa; ad detegendam propriam turpitudinem quis non tenetur.
 49 Quarta librorum species est illorum, qui alicujus bona administrant prout sunt tutores, curatores, socii, factores, & similes; quo casu quo ad additionem, & fidem applicanda sunt supradicta. à n. 14. usq. ad 39.
 50 Nihil interest quod liber tutoris, curatoris, seu administratoris alterius propria, vel aliena manu scribatur, licet non ita in libro socii.
 51 Libri debent habere præfationem, & subscriptionem.
 52 Causam debiti, data, & recepta, juramentum, quo scribens juret omnia in eo contenta esse vera, & partitas verosimiles continere debet.
 53 Qua forma scribendus traditur.
 54 Liber consutus, & compaginatus esse debet.
 55 Cancelationibus, aliisque vitiis hic assertis carere debet, legibilis, ac intelligibilis ratio esse requiritur, cum aliter ratio non esset.
 56 Tutores, curatoresque rationes suas cum rationibus pupillorum miscere non debent, aliàs in dolo præsumuntur, nec in libro minoris res proprias scribi debent, aliàs minoris præsumuntur esse, & ad contrarium tutor probandum non auditur.
 57 Tutor, curator, socius, & alii similes librum edere ei, cujus bona gesserunt, tenentur.
 58 Et si plures sint, omnes exhibere debent, vel editioni unius se subscribere.
 59 Speciali minorum favore pupillo à Deo edenda sunt instrumenta; & alia remissivè.
 60 Liber rationis non solum edi, sed etiam calculatoribus tradendus erit pro rationibus dispungendis.
 61 Nec sufficiunt chartæ, & folia, ne excusantur dicentes non fecisse librum, quia requisiti non fuere, nec creduntur dicentes non habere, vel amisisse librum, vel confecisse sicut sciebant; nec protestatio sufficit.
 62 Rationes sine libro reddi nequeunt; & alia remissivè.
 63 Neque sufficit, ut rationes exhibeantur, nec in folle exhibenda; quod explicatur.
 64 Unde si in forma non exhibeant, juramentum in litem defertur.
 65 Et quando juramento locus non sit, remissivè.
 66 Libro producto cum tutore, curatore, vel administratore nimis durè agendum non est.

- 67 Imò Judex scrupulosus esse non debet, cum ratio perfectè reddere difficile sit; ex quo admittendi sunt sumptus bona fide facti; & 71.
- 68 Librum exhibens, omnia esse vera probare tenetur.
- 69 Per testes, & instrumenta, & non sufficit quòd libri aliquas partitas veras contineat, ut aliis fides adhibeatur.
- 70 Partitæ parvæ cum juramento tutoris, vel administratoris probantur.
- 71 Quod maiori cum ratione, ubi datur sanguinis conjunctio, procedit.
- 72 An heres debentis exhibere librum credatur dicens ad manus suas non pervenisse librum, disputatur, & pro utraque parte DD. referuntur.
- 73 Casus referuntur remissivè, in quibus unusquisque ab editione relevatur.
- 74 Ubi consuetudo, prout apud nos, fuerit non exhibendi libros à tutore, vel curatore, ratio sine illis reddi potest, & ita in nostro Regno non est locus exhibitioni quo ad tutores, & curatores.
- 75 Alii non inutiliter referuntur, qui in nostro Regno de consuetudine exhibere librum non tenentur.
- 76 Sic capsarius à mercatore merces per inventarium recipiat, tunc librum de recepti, & expensi conficere tenetur.
- 77 Libro creditur, si in pactum ita deductum sit.

IN primis nostra actione peti potest, ut tutor rationem reddat administrationis suæ, omniumque rerum gestarum l. 1. §. 3. ff. tutel. rationib. distrabend. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à n. 46. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. à n. 1. Mend. in prax. 1. p. lib. 4. 8. §. 13. n. 47. & 2. p. lib. 4. cap. 8. §. 13. à n. 65. Cost. ad Caminh. de form. libell. annot. 22. n. 2. qui plures referunt l. 1. cod. arbitr. tutelæ, ibi Barb. & latè diximus lib. 1. cap. 1. & 2. per tot. Bottillier. theorema 69. n. 5.

Hac etiam actione peti potest, ut tutor inventarium, reportoriumque exhibeat ex dict. l. 1. §. offic. 3. ff. dict. tit. Mend. in loc. proximè citatis, factum secundum formam à nobis latè traditam tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 1. ad n. 23. & tract. 3. lib. 4. cap. 9. à n. 31. ad n. 42. Escob. de ratiocin. cap. 9. per tot. Parex. de instrum. edict. tit. 5. resol. 4. à n. 1. ad n. 31. Cancer. 3. var. cap. 2. per tot. aliàs contra eum in litem juramentum admittitur in omnibus casibus, quos longa serie dedimus tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 24. ad n. 49. & tract. 3. lib. 4. cap. 9. à n. 31. & dict. cap. 1. à n. 60 cum plur. sequentib. & à n. 122. cum seqq. quæ omnia sunt propria hujus loci; quare ea hîc pro repetitis habemus lectorem ad citata loca remittendo, & ad DD. ibidem affatim allegatos, & ultra eos ad Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à n. 49. cū seqq. Escob. dict. cap. 9. Parex. dict. resol. 4. Farin. in reportorio de judic. q. 41. per tot. Heef. de ration. redd. à n. 1. ad n. 214. Farin. in fragment. 2. p. verbo juram. à n. 1091. usq. ad n. 1106.

Eadem actione peti valet, ut tutor exhibeat libros administrationis tutelæ, qui ab Ulpian. in l. si quis ex argentarius §. ration. ff. de edendo sic definiuntur ut sint: Ultro, citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ac solvendi sui causa negotiatio, qui sunt in quadruplici differentia secundum Scac. de judic. lib. 2. cap. 11. à n. 104. Parex. de instrum. edition. tit. 4. resol. 3. n. 6. de quorum fide latè agunt DD. quos citavimus tract. 1. lib. 1. cap. 5. n. 24. & hoc tract. 4. lib. 1. cap. 1. num. 27. cum seqq. Thom. de tutor. tit. 19. cap. 17. de Luc. in prax. judicial. 1. p. cap. 31. per tot.

Quarum prima est eorum, qui ratione officii publici conficere tenentur, quibus plenè credendum est, ex Scac. dict. cap. 11. à n. 11. Parex. dict. resolut. 3. n. 11. Bart. in l. nuda ff. de donat. n. 5. Farin. decis. 252. n. 3. in recent. 2. p. Escob. de ratioc. cap. 11. n. 11. & plures alii apud Parex. sup. n. 6. l. quidam

quidam §. numularios, l. si quis ex argentariis §. ration. ff. edendo, l. illatæ cod. de fide instrum. Luc. de jud. discurs. 30. n. 5. Heef. de ration. redd. loc. 13.

8. Unde venit, quod publicis Tabe-
lionibus, Notariis, Scribis, Gabelariis,
Thesaurariis, Massariis, & similibus
publica autoritate deputatis, sit creden-
dum quoad ea, quæ in libris au-
thoritate publica scribunt; Parex. cum
multis n. 6. Farin. in reportorio de jud.
q. 60. n. 41. 42. § 43. § 44. latè de om-
nibus his loquens Joseph. Ludovic. in
comm. opinion. lib. 1. conclu. 29. per tot.
Mascard. conclus. 610. § 963. etiam
contra tertium, ut docent præcitati
DD. Hiltropius in prax. tit. 15. à n. 3.
Luc. sup. n. 5. de Luc. in prax. judicial.
1. p. cap. 31. à n. 6. Ord. lib. 3. tit. 60. §.
2. ubi Barbos. latè Zabel. in summ. tra-
tatum tom. 3. Liter. L. §. lib. 13.

9. Et quid de libro alicujus monaste-
rii, quando probet pro eo, vel contra,
videas per Cravet de antiquitat. tempor.
pag. 80. n. 1. Menoch. de arbitr. lib. 4. cas.
3. ubi libri censuales terragiorum, tam
Prælatorum, & Capitulorum, quàm
etiam particularium dominorum, qui-
bus sunt scriptæ solutiones fundi censui
subjecti, seu emphyteutici, probant con-
tra solventes, non contra alios Ludov-
vic. sup. ubi quòd libro census est maxi-
ma fides adhibenda in terminandis fi-
nium quæstionibus Ecclesiæ, ut probet
dominium contra tertium Anchar.
q. 44. 1. p. ubi de libro Canonicorum
Ludovic. sup. ampl. 11. ubi quod probet
liber antiquus monasterii, § ampliat.
13. ubi quod de libro sindici, seu recep-
toris alicujus Ecclesiæ, § ampliat. 36.
ubi quod de libro Cathedralis Ecclesiæ
Hiltrop. in prax. judic. 3. p. tit. 16. per
tot. Quæsad. contr. cap. 36. per tot. Luc.
discurs. 30. per tot. de Luc. sup. n. 6. 7. 8.
§ 9. Peg. de maiorat. cap. 1. n. 42. pag.
15. col. 1. latè Zabel. d. §. libri.

10. Qui tenentur edere prædictos li-
bros omnibus interesse habentibus ex
L. argentar. l. per tot. ait, l. quædam §. nu-
mularios ff. de edend. Parex. sup. n. 12.

§ 13. Gen. de script. privat. lib. 4. de-
cept. de libris argentariorum, non se-
mel, sed toties, quoties ex causa opus
fuerit Parex. n. 24. Menoch. de arbitr.
lib. 2. cept. 5. cas. 499. n. 9. § 10. Gen. sup.
& non ipsi, sed eorum hæredes ex l.
quædam §. nihil interest, l. si quis ex ar-
gentar. ff. de edend. Parex. sup. num. 15.
Menoch. § Gen. sup. etiam si ipsi, vel
eorum hæredes officium, cujus causa
libri scripti fuerunt, non exerceant, &
dicant apud se jam tales libros non habe-
re, l. Prætor, §. his etiam ff. de edend.
Genoa sup. Parex. sup. n. 16. nisi apud
alios extare probaverint Hiltrop. in
process. judicial. tit. 15. n. 4.

Secunda est eorum, qui exercent
publicam artem, seu officium, sed non
autoritate publica, quales sunt Mer-
catores, Campsores, & Bancherij, quo-
rum librorum fides, & probatio sepa-
randa est per novem diversas, & distin-
ctas sequentes conclusiones, quas hic
ponere volui ob cõmunem utilitatem.

Prima igitur conclusio sit, quòd
his libris fides sit adhibenda tam pro
scribente, quàm contra, si ita consue-
tudine receptum sit, prout de consue-
tudine Italiæ, & Germaniæ testatur
Marant. in suo specul. p. 6. act. 6. n. 6. §
7. § docent Bald. Jaz. § communitr.
DD. in dict. l. quædam §. numularios
Hypol. sing. 458. Cravet. lib. 1. conf.
21. n. 9. Hiltrop. in prax. judic. tit. 15.
n. 10. Gail. lib. 2. obs. 20. n. 6. § 7. Ef-
cob. de ratioc. cap. 11. n. 14. Farin. in re-
port. de jud. q. 60. per tot. Luc. dict. dis-
curs. 30. Zabel. in summa tractatum
Liter. L. §. 13. à n. 1. ad n. 9. ubi plures.

Secunda est, quòd stante statuto,
quod libris Mercatorum credatur;
plenè illis est adhibenda fides, Hiltrop.
sup. n. 11. Gail. sup. n. 8. Menoch. de ar-
bitr. cas. 91. Mascard. de probat. concl.
975. à n. 16. usq. ad 34. prout creditur
administratori, cui à domino promif-
sū fuit quod in rationibus ejus simplici
dicto fidem adhibebit, testi, quando per
partes ita conventum est, ut unico testi
fides adhibeatur, ipsimet parti, quan-
do

do inter partes per pactum deductum est, quod ejus declarationi per juramentum factæ fides plena detur, ut ex multis probat *Escob. de ratioc. cap. 10. à n. 7. ad 12. & cap. 11. Farin. dict. q. 60. n. 27. & 18. Zabel. d. verbo lib. à n. 1. ad n. 9.*

18 Tertia est, quòd in curia Mercatorum libri rationum plenè probent, si debitam formam habeant *Hiltrop. sup. n. 11. Gail. n. 4. Mascard. n. 8. Thom. de tutor. tit. 19. cap. 17.*

19 Quarta est, quòd liber Mercatoris in parvis parcelis plenè probet, si mercator est vir fide dignus; *Hiltrop. sup. n. 13.*

20 Quinta est, quòd liber rationis inter socios plene probet, tam pro scribente, quàm contra, dummodo contineat verosimilia *Hiltrop. sup. n. 15. Mascard. n. 83. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 92. per tot. Farin. in reportor. de Jud. q. 60. n. 5. Cravet. de antiquit. tempor. pagin. mihi 69. Escob. de ratioc. cap. 12. per tot. à n. 1. ad 4. & sint parcelæ scriptæ manu alterius ex lociis, & liber sit factus secundum ordinem *Escob. sup. n.**

21 3. 4. & 5. qui n. 2. docet, quòd si quis Mercatori dedit pecuniam ad honestam partem lucri, non sufficit, quòd talis Mercator dicat sustinuisse damnum furti, ruinæ, vel naufragij, nisi intra annum de tali dño fidem faciat *Bart. in l. 2. cod. de naufragio, Ansald. de com. merc. in discurs. generali à n. 106.*

22 23 Sexta est, quòd liber rationis continens plura capitula connexa, quæ commodè separari non possunt, quorum aliqua sint pro scribente, aliqua contra ipsum, si acceptentur, quæ contra eum sunt, illa probant, quæ pro se, quòd tamen committitur arbitrio Judicis, prout eleganter, & doctè per sex casus tradit *Menoch. de arbitr. cas. 93. Hiltrop. sup. n. 14. Escob. de ratioc. cap. 13. à n. 1. ad 22. ubi per tot. de partitis connexis, vel separatis in libro rationum scriptis, ac de fide libri rationis pro, & contra illum producentem *Farin. sup. à n. 12. Ansald. de com. merc. discurs. 82. Heef. infra à n.**

33. cum infinitis *Zabel. à n. summ. tractat. Liter. L. S. lib. 13. à n. 9.*

24 Septima est, quòd liber rationis continens plures partitas, quarum aliquæ veræ sunt, veluti per testes, vel instrumenta, aut libros aliorum Mercatorum probatæ, in reliquis partitis quoque recipitur *Hiltrop. sup. num. 16. Mascard. n. 75. Marant. n. 32. Farin. sup. n. 12. Cæphal. lib. 1. conf. 47. n. 46. conf. 85. à n. 33. Reminald. lib. 6. conf. 686. à n. 6. Ansald. de com. merc. discurs. 82. per tot. Heef. de ration. redd. loc. 13. à n. 33. usq. ad n. 53. Zabel. cum multis in summ. tractat. Liter. L. verb. lib. à n. 8.*

25 Octava est, quòd liber rationis integræ, & privatæ fidei Mercatoris sit continens data, & accepta cum die, & consule. Item considerata qualitate, & quantitate rerum, continens verosimilia cum juramento producentis plenè probat *Cravet. lib. 2. conf. 269. n. 6. Hiltrop. sup. n. 17. Marant. num. 34. Mascard. n. 74. Escob. de ratioc. cap. 11. n. 29. ubi quòd si libro Mercatoris sit credendum, adhibito juramento, si talis mortuus fuerit antea, creditur sine illo; secùs erit, si Mercator sit suspectæ vitæ; si liber sit suspectus de falso; si Mercator non consuevit scribere veritatem; si liber sit reprobatus; si in libro nihil est scriptum contra Mercatorem *Farin. in reportor. de Judic. q. 60. à n. 20. Ansald. de com. merc. discurs. 82. per tot. Zabel. d. S. lib. n. 2.**

26 27 28 Nona est, quòd confessio Mercatoris in libro suarum rationum scripta, probat contra Mercatorem, etiam si absente debitore facta sit *Hiltrop. n. 18. Gail. sup. n. 10. secùs autem contra tertium absentem, cum quo actus gestus non est, *Escob. cap. 11. n. 27. qui alios referunt, *Luc. de Judic. discurs. 30. à n. 30. Ansald. discurs. 51. à n. 1. cum seq.***

29 Quotiescunque personæ contentæ in hac secunda specie, seu differentia reddere rationem debent, ante omnia inventarium, codicem, seu librum rationis edere tenentur *ex l. fin. S. inter cætera*

cetera ff. de liberation. legat. l. si ita fuerit ff. de manumiss. testam. l. cum servo 82. l. si quis ex argentariis S. 1. ff. de edend. Parex. de instrum. edition. tit. 5. resol. 3. à n. 24. Giurb. decis. 94. n. 2. Garc. de expens. cap. 20. n. 22. Baeg. de decim. tutor. cap. 2. n. 171. Gen. de script. privat. lib. 4. de libris tutor. n. 40. Escob. de ratiocin. cap. 10. à n. 1. Farin. in reportor. de Judic. q. 41. n. 17. quod ad eò verum est, ut non se excusaverint, dicendo, in libris esse scripta nonnulla negotia propria, & aliena ad negotium non pertinentia, quæ pandi non debent; Farin. sup. dict. n. 17. Thom. Non. conf. 63. à n. 1. & procedat in omnibus administratoribus, & aliis personis, quæ ad reddendas rationes tenentur libros conficere; vel si promissum sit per dominum administratori, quod in rationibus reddendis simplici ejus dicto fidem præstabit; vel si administrator dicat libros perdidisse, & eos non habere; vel si dicat libros jam fuisse editos, & rationes calculatas; vel si administrator sit mortuus; quia tunc ejus hæredes edere tenentur, ut in omnibus his casibus tenet Parex. sup. à n. 15. usq. ad 29. latè Escob. dict. cap. 10. à n. 1. usq. ad 22. Peg. for. cap. 3. à n. 719. vide Ansald. discurs. 72. n. 10. vide lib. 6. cap. 4. à n. 9. Ansald. discurs. 73. à n. 8. usq. ad n. 12. latè Jov. de solemnitat. in contractib. minor. glos. 19. S. 3. à n. 74. usq. ad n. 98.

34 Qui omnes debent citari, ut libros edant intra certum terminum, & si in illo non compareant, sunt iterum, atque iterum de contumacia accusandi, & alter terminus brevior illis assignandus, quo elapso, non comparentibus, sunt carcerandi, & prævia taxatione à Judice facta, est deferendum juramentum in litem, secundum quod condemnandi sunt, & à carcere non sunt relaxandi, dum non solverint: si verò compareant refuis expensis in contumaciam factis, alter terminus est assignandus, & non producentibus, contra illos, ut supra,

procedendum est, nisi negent se administratores, via ordinaria sunt cogendi: omnia tradit Escob. de ratioc. n. 23. Parex. de instr. edit. tit. 5. resol. 3. n. 3. Jov. latè d. glos. 19. S. 3. à n. 63. ad n. 98. ubi plures præstat concordantes.

Poteit administrator, tutor, vel curator se defendere ab editione petita, dicendo, nihil administrationis ad eorum manus fuisse perventum, & hoc probato, nec conficere, nec edere tenetur Parex. sup. n. 36. ubi multos citat, vel allegando, & probando pupillo, ad ultorve editionem præjudicialem esse Parex. cum multis num. 37. vel allegando, & probando pactum, quo conventum sit à principio, quod liber rationis non conficeretur Parex. sup. n. 38. vel probando, & allegando, transactionem fuisse factam super administratione, qua stante legitima, libri non sunt edendi, ad detegendos errores de novo introductos, Parex. sup. n. 39. vel tandem allegando, & probando ex causa penitus privata esse confectum rationis librum; Parex. sup. n. 40. Seraphin. decis. 386. Escob. de ratioc. cap. 10. omnes hos casus comprehendens à num. 62. usq. ad 74. Giurb. decis. 94. n. 2. Cyriac. contr. 544. à n. 1. ad n. 123. plures alios refert, in quibus quis edere non tenetur Luc. de Judic. discurs. 30. n. 22. Jov. de solemnitatib. in contractib. minor. glos. 19. S. 3. à n. 63. usq. ad 98.

Revertendo ad tertiam differentiam librorum, quæ est eorum, qui conficiunt, & scribunt suas rationes in libris privatis, asserendum est, quod prædictis libris nulla est adhibenda fides ex l. Neseinius ff. de negot. gest. & diximus tract. 1. lib. 1. cap. 5. à num. 24. cum seqq. l. exemplo 7. cod. de probat. ubi ait Imperator, quod exemplo perniciosum sit, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit, si enim crederetur omnium rationibus femiplenè, ita ut posset ei deferri juramentum supplementarium, tunc posset quisque sibi parere

fare probationem contra adversarium, quod certo exemplo perniciosum esset: quia multi ex dolo suo lucrum sentirent, & cum aliena jactura locupletarentur, quorum utrumque rectæ rationi, & innatæ æquitati contrarium est, ex l. fin. cod. de conveniend. fisc. debit. Mascard. concl. 975. n. 5. Hiltrop. in process. jud. cial. 3. p. tit. 15. n. 6. Farin. in reportor. de jud. q. 60. n. 1. § 44. Luc. de judic. discurs. 30. num. 12. ubi quod eos non tenetur edere de Luc. in prax. judicial. 1. p. cap. 3. à n. 5. ad n. ult. Jov. sup. à n. 63. ad n. 98. Zabel. d. §. 13. à n. 10.

Sic liber rationis defuncti per se solum pro scribente non probat ex l. rationes 6. cod. de probat. licet contra bene probet ex Farin. sup. n. 44 nisi sit detentus solum pro memoria scribentis, ut cum Socin. & Gabriel. tenet Farin. dict. n. 44. Luc. dict. n. 12. ubi quod nec pro, nec contra scribentem probat; Heef. de ration. redd. loc. 7. n. 30. § loc. 13. à n. 94. de Luc. in prax. 1. p. cap. 31. num. 9. cum multis Zabel. in summ. tract. Liter. L. §. lib. 13. à n. 22.

Diximus solum non probare, quia non probat plenè, sed propter præsumptionem defuncti semiplenè, tunc per unum testem debitum, quod in rationibus reperitur, probari possit; Hiltrop. sup. n. 7. quoniam mors non parum fidei addit scripturis mortuorum, quæ ob mortem maiorem fidem habent, cum mors vim juramenti obtineat: utrumque docet cum multis Escob. de ratioc. cap. 10. n. 60. 61. §. 62. simili modo, si scribens est persona legalis, quæ propria manu rationes conscripserit, causa obligationis expressa sit, ita quod in libro rationum non solum credita, sed etiam debita, data, & accepta contineantur, semiplenè probet, ita ut si hæres juramento affirmare paratus sit, rationes veras esse, plene probet; Hiltrop. sup. n. 7. § 8. Mascard. sup. à n. 2. Gail. lib. 2. obs. 20. n. 3. § 4. ubi quatuor tradit, quæ articulare debent, qui per librum rationis

debitum probare volunt, latè Escob. omninò videndus dict. cap. 10. n. 63. ubi n. 64. asserit quod quando frater minoris bona administravit, eo solum quod affectio sanguinis, & pietatis ratio intervenit, credendum est libro expendentis, prout est credendum cum juramento, quando rationes verosimilia continent, in his, quæ sunt difficilis probationis, Luc. dict. discurs. 30. n. 12. § 13. de Luc. sup. à n. 5. ad n. 10.

Liber privatus an sit edendus habenti interesse in editione, inquiri potest? Et respondetur cum Parex. de instrum. edition. tit. 5. resolut. 3. n. 80. negativè Fluvius Pacian. de probat. lib. 1. cap. 63. à n. 11. Barb. in cap. 1. de probat. nisi ex justa, & probata causa, veluti si probaverit in libro privato esse liberationem DD. supra, Cyriac. contr. 544. Luc. de jud. discurs. 30. n. 12. ubi, quod nec contra scribentem probant Heef. de ration. redd. loc. 7. n. 30. Ansaldo. discurs. 72. n. 13. ubi quod ad detegendum proprium turpitudine non tenetur quis libros exhibere de Luc. sup. cap. 31. n. fin.

Tandem quarta species librorum rationum est illorum, qui alicujus bona administrant, prout sunt tutores, curatores, focii, factores, & similes, quorum libris, tam quo ad fidem, quam quo ad editionem sunt applicandæ omnes regulæ, ampliaciones, limitationes, & resolutiones, quas pro libris Mercatorum posuimus à n. 14. ad 39. ita ut illis fides sit adhibenda quo ad præjudicium scribentium, non verò quo ad commodum illorum, nisi in casibus, quibus Mercatorum libris creditur, dummodo sint scripti suo ordine; ad quod primò advertendum est, quod licet liber focij manu aliena scriptus nihil probet, ut jam diximus, nihil tamen interest, quod liber tutoris, curatoris, seu administratoris alterius sit scriptus propria, vel aliena manu Escob. dict. cap. 10. n. 41. ubi rationes differentiæ præstat. Secundò advertendum est, quod libri debent habere

præfactionem, & subscriptionem *Farin. in reportor. de judic. q. 60. n. 38.*

52 *Escob. de ratioc. cap. 10. n. 42.* continere debiti causam debet, nec non data, & recepta, juramentum, quo scribens juret omnia in eo contenta esse vera partitas verosimiles *Fluvius Pacian. de probation. lib. 1. cap. 6. à n. 19. ad 27.* debet habere legalem formam, quæ est secundum *Escob. dict. cap. 10. n. 60.* quòd administrator ponat unum capitulum de rebus ab initio in inventario acceptis, aliud de rebus noviter additis, & inventis, aliud de fructibus aridis, aliud de fructibus liquidis, aliud de canone emphyteutico, vel annuis redditibus, aliud de redditu investiturarum, & quòd sub capite expensarum ponenda sunt capitula horum, & aliorum fructuum, aliud de reparatione rerum, & fartistectis, aliud de solutis, & traditis domino, aliud de expensis extraordinariis, & aliud de his, quæ ex inventario debebat recipere, quæ absque culpa recepta non fuerunt. Tertio advertendum est, quòd liber sit consutus, & compaginatus

54 *Farin. cum aliis supra n. 39.* ita ut cancellationibus, inductionibus, & superinductionibus, & omni denique suspicione careat, *Escob. sup. n. 66.* ac denique legi, ac intelligi possit; nam ratio, quæ non potest legi, non est ratio, sicut non est, si ita intricata fuerit, ut intelligi non possit *Escob. sup. à n. 44.*

56 Quarto advertendum est, quòd tutores, & curatores debent cavere, ne rationes suas cum rationibus pupillorum, & minorum promiscuè describant, quia ex eo solum in dolo præsumuntur, & si res proprias, vel inventario, vel libro rationis describant, eo ipso restutoris in eo scriptæ censentur esse minoris, in tantum, ut nec ipse tutor sit admittendus ad probandum contrarium, *Escob. dict. cap. 10. n. 76.* § 77. *Felic. de societate cap. 38. per tot. Heef. de ration. reddend. loc. 8. à n. 15. usq. ad n. 47. Vide lib. 5. cap. 3. à n. 63. Rebuff. in l. boves ff. de verbor. si-*

gnificat. ubi decem, & quatuor requisita refert.

Tutor, curator, focius, & alij similes tenentur edere librum rationis ei, cujus negotia gesserunt *Fluvius Pacian. de probat. cap. 63. n. 140.* ita ut, si tutores plures simul tutelam administraverint, omnes librum rationis edere debeant, & si unus solus edatur, alij se subscribere debent editioni *ex dict. l. si quis argentar. §. 1. ff. de edend. Escob. de ratioc. cap. 1. n. 26. Parex. de instrum. edict. tit. 5. resol. 3. n. 41.* & regulariter pupillo sunt edenda à reo instrumenta, quæ ipse pœnes se habet ex speciali pupillorum favore *Parex. sup. n. 49. Pacian. sup. à n. 48. Barb. ad tx. in cap. 1. de probat. n. 12.* ubi multos citat *Luc. in tract. de judic. discurs. 30. à n. 25. Heef. de ration. redd. loc. 7. à n. 1. ad n. 43.* ubi per tot. de libro conficiendo, & exhibendo *Ansaldo. discurs. 83.* ubi quando socius non administrans teneatur exhibere pro socio administranti.

Liber rationis non solum edi, & exhibere debet, verum etiam calculatoribus est tradendus pro rationibus dispungendis, *Escob. de ratioc. cap. 10. n. 6. Felic. de societate cap. 38. n. 11.* & non sufficiunt chartæ, & folia, nec socius, tutor, & administrator excusatur exhibere eum, dicendo, se non fecisse librum, quia non fuit requisitus, nec ei creditur, si dicat, librum non habere, veleum amisisse *Felic. sup. n. 11. § n. 41. § 42.* vel confecisse librum eo modo, quo scivit, *Felic. n. 39.* sed cum effectu proferri debet, & non sufficit protestatio *Felic. dict. cap. 38. n. 40.* quia rationes sine libro reddi non possunt *Cravet. lib. 3. conf. 433. sub n. 13. Cravet. de antiquitat. tempor. 1. p. sub n. 229.* ubi ponit novem requisita ad hoc, ut libro administratoris, qui non sit de publico deputatus, fides adhibeatur: vide *Cyriac. contr. 163.* de quibus *Ansaldo. de comerc. discurs. 8. § general. à num. 106. § 185. de Luc. in prax. 1. p. cap. 31. per tot. latè Zabel. in summ. tract.*

tract. Liter. L. §. 13. & 14. per tot.

63 Nec sufficit, ut rationes exhibeantur, *ex l. cum servus* 82. ff. de condit. & demonstrat. Felic. dict. cap. 38. n. 12. Escob. dict. cap. 10. n. 49. sed necessarium est, quod non exhibeantur in folle, hoc est, inexploratae, inexplicatae, confusae, & inintelligibiles *ex leg. & DD. sup. Felic. dict. n. 12. & n. 24. Escob. dict. cap. 10. n. 71. Cancer. 1. var. cap. 7. à n. 99. l. cum servus, l. qui sub conditione ff. de condit. & demonstr. l. statut. liber. §. fin. ff. de statut. liber.*

64 Si tutor, curator, focius, vel administrator, vel non exhibeat librum, vel illorum exhibeat factum extra legem, & consuetudinem, tunc juramentum in litem est deferendum adversario, servata forma, de qua *suprà n. 34. Cancer. 1. var. cap. 7. à n. 100. cum seqq. & plures, quos citavimus tract. 2. lib. 4. cap. 1. à n. 16. cum plurib. seqq. ubi n. 122. casus retulimus, in quibus contra tutorem non exhibentem librum rationum non admittitur juramentum in litem, quos hinc pro repetitis habemus, junctis his, quae supra ponderavimus à n. 35. usq. ad 39. Heef. dict. loc. 7. à n. 1. ad n. 43. latissimè Farin. in fragment. 2. p. Liter. 1. à n. 1091. usq. ad 1106. nihil intactum relinquens.*

65 Producto itaque libro, non est durè nimis agendum cum administratore, tutore, vel curatore, *ex l. si servus* 60. ff. legat. 1. Felicius de societate cap. 38. n. 9. Escob. de ratioc. n. 57. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 209. num. 34.

66 Bobad. lib. 5. politic. qui omnes commendant rationali Judici, quod non sit scrupulosus; quoniam rationem perfectè reddere difficile est *juxta Felic. & plur. ab eo citatos dict. cap. 38. n. 7. idè sunt admittendi sumptus bona fide facti ex l. 1. §. sed nonnullos ff. de tutel. ration. distrab. Felicius dict. cap. 38. n. 9. & licèt ille, qui librum exhibet, probare debeat omnia ejus capita esse vera l. quae sub condit. ff. de condit. & demonstr. Escob. dict. cap. 10. à n. 58. fusè Peg. forens. cap. 3. à n. 705,*

67 cum plurib. seqq. & ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 24. cum testibus, vel instrumentis Peg. dict. cap. 3. n. 705. nec sufficiat quod libri, aut rationes contineant partitas veras ad hoc, ut ipsis verificatis adhibeatur quo ad alias Peg. *sup. n. 707. Barb. lib. 2. vot. 68. à n. 55. Escob. dict. cap. 10. Berart. in specul. visitat. cap. 23. à n. 131. latè Zabel. in summ. tract. verbo. lib. & melius idem Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 43. glos. 156. n. 2.*

68 Tamen, si fuerint parvae, probantur cum juramento tutoris, seu administratoris *Bart. in l. 1. §. officio ff. tutel. ration. distrabend. Escob. dict. cap. 10. n. 58. Peg. dict. cap. 3. n. 706. Valens. conf. 78. n. 77. Cyriac. contr. 163. n. 9. Paul. Mell. in obs. ad Castil. de aliment. cap. 37. §. 2. n. 14. & cap. 70. §. 2. qui dicunt hoc procedere maiori cum ratione, quando tutor, aut administrator est sanguine conjunctus: diximus *sup. à n. 43. Berart. sup. à n. 136. & lib. 5. cap. 3. à n. 58. Heef. de ration. redd. loc. 8. à n. 1. ad n. 15. Jov. de solemnitatib. in contractib. minor. glos. 19. §. 3. n. 69. ubi quod tutor non debet nimis durè tractari Peg. sup. d. glos. 156. n. 8. & glos. 158. n. 13.**

69 Hæredis assertioni an sit credendum, quando ipse cum juramento affirmat, se non habere librum rationis defuncti, vel illius, qui fuit tutor, seu curator, inquit *Felicius de societ. cap. 25. & resolvit num. 22. quod illi non sit credendum etiam cum juramento, cum certum esset defunctum ipsum librum habuisse ex autoritate glos. in Clem. 1. §. ceterum de usur. in verbo compellendos, ubi dicit, quod in casu, in quo defunctus tenebatur exhibere librum rationis, ita eum exhibere tenetur ejus hæres, & ejus assertioni cum juramento non creditur, si dicat librum illum ad se non pervenisse Imol. ibi n. 21. Bald. in l. Prætor ait ff. de edendo, Abb. lib. 2. conf. 42. Menoch. lib. 1. præsumpt. 61. n. 10. & lib. 7. conf. 620. ubi de hæred. tutoris, ubi referunt con-*

70

71

72

trarium docentes, inter quos est
 73 *Aretin. conf. 120. per tot. latiffime Cyriac. contr. 544. per tot. ubi à n. 1. usq. ad 123.* plures refert casus, in quibus ab editione libri unusquisque relevatur, discutendo per omnes casus fortuitos, in quibus solo juramento probatur amissio libri sine culpa illius, qui illum custodire, & edere tenebatur *Anfald. discurs. 72. n. 5. Jov. de solemnitat. in contractib. minor. glos. 19. §. 3. à n. 95. § 95. cum sequentib. Parex. de instrument. ediction. tit. 1. resolut. 3. §. 1. n. 47.*

74 Ubi verò fuerit consuetudo non conficiendi libros, rationes à tutoribus, & curatoribus absque editione illorum sunt admittendæ, quia sine libris tutelaribus ratio reddi potest *Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 12. discurs. 7. n. 15. discurs. 17. n. 3. § 5.* maximè apud nos, ubi tutores, & curatores per inventaria de triennio in triennium rationes reddere tenentur, & loco librorum, inventaria facta, & rationes sumptæ habentur, & ideò apud nos librorum editio non est in usu, quo ad tutores, & curatores, ut testamur cum experientia triginta, & quadraginta annorum, habita in omnibus locis literarum à prima Judicatura, usque ad Gravaminum utriusque Domus Portuensis, & Ulysiponensis expeditionem, qua fruimur *de Luc. in prax. 1. p. cap. 31. n. 11. Jov. d. glos. 19. §. 3. à n. 77.*

75 Institores, sive factores Mercatorum, quos vocamus *Caxeiros*, à Mercatoribus propòsitos ad vendendum minuatum per pondus, & cubitum in apothecà de stylo Mercatorum nostri regni non conficiunt libros rationum, quia die Saturni cujuslibet hebdomadæ reddunt rationem de mercibus vèditis in qualibet hebdomada, & sic vidi non semel, at iterum tam in Senatu Portuensi, quàm in Ulysiponensi, & in utroque Senatu sæpius judicavi ex eadem ratione, de qua supra, & ex stylo Mercatorum, qui pro lege est servandus inter

iplos Mercatores, etiam stante lege in contrarium, ut ex multis probat *Anfaldus de comerciis, & Mercatura discurs. general. n. 41.* qui styly per iplos Mercatores probatur, quorum judicio stari debet in concernentibus eorum styly, & practicam *Anfald. ubi supra n. 45. 46. § 48. discurs. 72. n. 25. § 26.* & diximus hoc *tract. lib. 6. cap. 4. à n. 90. Rott. Genu. decis. 2. n. fin. § decis. 39. n. 8. Tapia decis. 34. n. 4.* & idem attero de famulo diatim, vel mensatim emente, & reddente rationem domino.

Verum tamen puto, quòd ubi Mercator tradit merces inventariatas institori, seu capsario, tenetur capsarius, sive institor conficere libros rationum, & sic probato inventario à Mercatore, tenetur capsarius libros exhibere ex ea ratione, quia, qui tenetur ad inventarium, & ex inventario recipit libros, quoque rationes recepti, & expensi tenetur conficere, ut jam probatum extat, & libro rationis creditur, quando deductum est in pactum, quod libro datur fides, cum multis *Agid. in l. ex hoc n. 5. ff. de just. & jur. 2. p. cap. 13. claus. 104. n. 8.*

C A P U T IX.

Utrum actione tutelæ peti possit, ut tutor ipsi adulto restituat res suas, & quòd reddita ratione reliquum apud eum fuerit?

SUMMARIUM.

- 1 Per actionem tutelæ adultus res suas, & rationis reliquum à tutore petere potest.
- 2 Sed necessarium est bona ad manus tutoris, vel similis pervenisse, cum aliter ad ratiocinium non teneatur.
- 3 Necessariumque est, ut rationes prius reddantur.
- 4 Cum pendente ratione, quis debitor, incertum sit.
- 5 Rationes individuae sunt datum receptum,

- ceptum, introitum, & exitum continentis, ita ut dividi non possint.
- 6 Quatenus expensratio non est recepta, introitus, & receptum exigi nequit.
- 7 Contra socium executivè pro capitali societatis agi nequit; sed solum ad rationes reddendas; sed contrarium n. 8.
- 9 Ideò accepta, data, introitus, & exitus inseparabilia sunt, ut nunquam confessio accepti præjudicet, nisi simul expensum videatur.
- 10 Tutorem, administratoremque compellere, nisi tota ratione præspecta, incivile est.
- 11 Unde ratione connexitatis ratio expectanda est, ut debitum appareat.
- 12 Quod maximè procedit quando libros accipiens, eis non contradicit, neque protestat, quo casu eos acceptare videtur, & postea nullo casu contradicere potest.
- 13 Data copia de calculatione, & de ratiociniis, quando earum approbatio inducatur, & an pro parte acceptari possint; & n. seq.
- 14 Creditor licèt minor libro administratoris juvari volens, & exonerare administratorem, eidem libro stare debet quoad exonerationem, licèt capita diversa sint; & alia remissivè.
- 15 Quo ad autem indebita, & errores licèt illos impugnare, & ad suum creditum acceptare, administrator expensas dubitatas probare tenetur.
- 16 Res etiam commodatæ, seu depositæ à patre pupilli apud tutorem, seu curatorem existentes per hanc actionem peti possunt: sponte tutor restituere debet ad pupilli commodum spectantia.
- 17 Sive tempore delatæ tutelæ, sive postea acquisita sint.
- 18 Quando in ratione sufficiat indicare ubi bona posita sint.
- 19 Tutor, vel ejus heredes adulto, seu ejus heredibus defectum dominii bonorum, quæ tutoris, vel curatoris nomine administravere, opponere nequeunt ad impediendam executionem, & traditionem.
- 20 Quo jure tutor, curatorque bona pupilli, seu adulti retineat, declaratur: depositarius restitutionem impedire non potest exceptione compensationis, doli, non numeratæ pecuniæ, aut alia altiore indaginem requirente.
- 21 Et ita curator, tutor, seu quilibet alius administrator, nec etiam jus tertii allegans.
- 22 Neque proprium superveniens, vel ex causa de præterito, vel de futuro, cum jus superveniens post judicium ceptum, maximè executivum, executionem non impedit.
- 23 Quando cessiones reportatæ contra pupillum tutoribus refragentur.
- 24 Apud nos libri non sunt in usu quoad tutores, & curatores, nec eos facere, aut edere tenentur.
- 25 Tutor, curatorque inventarium faciens, ad probandum bona ibi scripta tanta non esse, non admittitur.
- 26 Tutor, curatorque, aut alius administrator de rebus etiam, quæ ad potestatem suam non devenerunt ex culpa sua, rationem reddere tenentur: jura loquentia de tutore alios administratores cõprehenduntur.
- 27 Confraternitatum administratores etiam de elemosinis rationem reddere tenentur, cum fiant proprium patrimonium ipsius Confraternitatis.
- 28 Sodalitas tamen Misericordiæ, aut Regium Hospitale de protectione regia ad rationes non tenentur apud Provisores, nisi Rex jubeat, &c.

A Dultus per hanc actionem petere potest, ut tutor ipsi res suas, & quidquid, reddita ratione, reliquum fuerit apud eum, restituat ex l. tutorem 9. cod. arbitr. tutel. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 53. ratio

tio est, quia si juxta regulam juris suum cuique tribuendum, utique etiam pupillo à tutore, qui datur ad tuendam personam, & bona, non verò ad ea tollenda *Manz. dict. n. 53. latè Jov. de solemnitat. in contractib. minor. glos. 3. §. 3. à n. 63. ad n. 120.*

2 Attamen ad hoc, ut sic obligetur, necessarium est probare, quod bona pervenerunt ad manus tutoris, vel alicujus similes, & ea administrasse: quia non aliter ratiocinia debet, quam si aliqua ejus bona possederit, vel administraverit *l. Boves §. inter ff. de verbor. signif. Cyriac. contr. 29. num. 12. § 13. Cravet. conf. 321. n. 14. Peg. forens. cap. 3. n. 726. ubi sic refert judicatum, & multos citat Michal. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 3. Gob. conf. 7. n. 25. Peg. dict. cap. 3. n. 674. Zach. de salar. decis. 3. n. 9. § cap. seqq. n. 93. Luc. de herede disturf. 17. n. 13. Paulus Melin. ad Cassil. de aliment. decis. 64. à n. 2. § decis. 117. n. 33. § dec. 64. n. 16. Jov. sup. n. 110.*

3 Propterea necessarium est, ut priùs rationes reddantur, quia ante rationem redditam debitor dici non potest, aut creditor *Amat. variar. resol. 58. Peg. for. cap. 3. n. 751. Valens. conf. 147. n. 34. Fermosin. in cap. quia indicante 9. de præscript. q. 1. n. 14. Giurb. ad statut. cap. 9. glos. 6. n. 4. p. 1. & diximus hoc tract. lib. 1. cap. 3. § cap. 8. §*

4 9. num. 5. § 6. cum incertum sit ratione pendente, an debitor sit administrationis tutor, vel administrator obligatus ad reddendas rationes *Escob. de ratioc. cap. 21. n. 12. Peg. forens. cap. 3. n.*

5 736. nam rationes sunt individuae, continentes in se datum, & receptum, introitum, & exitum; quia datio, & receptio talem connexitatem habent, ut separari, ac dividi non possint *Cost. conf. 56. n. 11. Nogueir. alleg. 33. n. 32. Peg. sup. n. 744. Valens. conf. 78. n. 23. Capic. Galeot. tom. 1. conf. 31. à n. 39. § à n.*

6 89. ideò quatenus expensæ ratio est recepta, introitus, & receptum exigere non potest *Peg. sup. n. 737. Heef. de ratio-*

nib. redd. loc. 14. à n. 34. § 35. Carvel. de judic. disp. 7. tit. 3. n. 6. Giurb. dec. 15. per tot. Avendanb. de exequendo mandato cap. 10. n. 31. Cravet. conf. 231. n. 16. nec procedi potest executivè contra socium pro capitali societatis, sed solum, ut reddat rationem, ut judicatum tradit Peg. dict. cap. 3. n. 742. Reynos. obs. 47. Carleval. de jud. tom. 1. disp. 7. per tot. Cancer. 3. var. cap. 7. à n. 328. Cavalcan. de tutor. n. 214. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 53. Baeg. de decim. tutor. cap. 2. n. 168. Felic. de societ. cap. 61. n. 39. Decian. resp. 60. n. 43. Cæphal. conf. 768. n. 14. § 769. à n. 1. Escob. de ratiocion. cap. 21. n. 12. & ferè per tot. § latè lib. 5. cap. 6. Fluv. Pacian. de probationib. lib. 1. cap. 26. 27. 28. § 29. per tot. Menoch. lib. 1. q. 45. § lib. 2. casu 95. omnia de annexis, & connexis derunt.

Licet contrarium doceant plures apud *Giurb. Carlev. & alios supra citatos Valass. alleg. 76. à n. 31. Mend. in prax. 2. p. lib. 3. cap. 22. n. 9. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 25. in princip. num. 3. quia introitus, & exitus, accepta, & data sunt admodum in ratione connexa, & inseparabilia, ut nunquam præjudicet confessio accepti, nisi simul videatur expensum *Escob. cap. 21. à n. 14. § 15. Baeg. dict. cap. 2. n. 168. Peg. dict. cap. 3. num. 738. Cravet. conf. 275. n. 13. Salgad. in labyrint. 1. p. cap. 9. n. 54. qui dicunt incivile esse administratorem, tutoremque compellere, nisi tota ratione perspecta Caroc. de deposit. form. 5. n. 5. Quesad. contr. 48. n. 11. Altimar. de nulbitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 9. sect. 7. per tot. latissimè Pacian. de probationib. lib. 1. cap. 26. 27. § 28. per tot.**

Atque ideò ratione hujus connexitatis inseparabilis expectanda erit ratio completa, ex qua resultabit, an debitor sit administrationis, vel creditor *Escob. dict. cap. 21. n. 19. Fermosin. in cap. 2. de fid. instrum. q. 9. § ad rubr. de obligat. ad ratiocin. q. 4. à n. 49. Peg. d. cap. 3. n. 640. Fontanel. 1. dec. 234. n. 8. Salgad.*

gad. sup. Amat. resol. 58. n. 13. Pill. contr. 48. n. 16. Gratian. dec. 179. per tot. Heef. de rationib. redd. loc. 14. à num. 5. Salg. in labyrint. 5. p. cap. 7. n. 22. Nogueirol. alleg. 33. à n. 32. fufè Pacian. d. cap. 26. 27. & 28. per tot.

12 Quod maximè procedit, quando accipiens libros rationis, eis non contradicit, nec adversus eos protestat, quia tunc videtur eos acceptare, & nullo casu potest postea contradicere *Barth. in l. filius fam. ff. ad Macedon. Gam. dec. 339. Peg. dict. cap. 3. n. 746. Barb. in l. quæ dotis ff. solut. n. 59. Escob. cap. 11. n. 36. Surd. conf. 157. n. 2. & dec. 199. n. 9. Menoch. lib. 3. præsumpt. 65. & conf. 296. n. 43.* qui dicunt, quòd quando copia data fuit de calculatione, & de ratiociniis dispunctis, & non fuit allegatum, vel reclamatum, ex hoc inducitur approbatio; nam quanvis protestatio non revocet rationes, sufficit ad impediendos earum effectus, & conservat jus erroris rationum *Peg. dict. cap. 3. n. 446. Pill. contr. fin. cap. 6. n. 17. 20. & 50. Andreol. contr. 373. n. 30.* qui plures referunt *Anfald. de comerc. discurs. general. & ult. à n. 143. ubi n. 150.* quòd non possint in parte acceptari, & in parte reprobari, nisi sint ab rasi *n. 141. cum multis Zabel. in summ. tract. Liter. L. §. 13. à n. 9. & Liter. A. §. Actor 11. n. 24.*

14 Ex ratione connexitatis sequitur, quòd si aliquis creditor etiam minor libro administrationis juvari vult, libro administratoris, vel tutoris pro eo onerando illum admittere debet, & non potest reprobare quo ad exonerationem administratoris, quanvis capita sint diversa: nam totum in dicto libro contentum debet approbare, vel reprobare *Escob. de ratioc. cap. 13. n. 10. & ferè per tot. Nogueir. alleg. 33. à num. 32. Peg. dict. cap. 3. n. 747. Gen. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de fid. libror. ration. tam pro actore à n. 23* qui multos citant *Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 37. §. 2. à n. 19.* ubi latè exornat, quando partitæ libri rationis sint connexæ in-

ter le, aut separatæ *Gait. de credit. cap. 2. tit. 5. n. 903. Thom. de tutor. tit. 13. n. 163. & tit. 19. n. 3864. Salgad. sup. & Fermosin. in cap. 1. & 2. de fid. instrum. q. 9. per tot. nisi quo ad indebita, & quo ad errata, quia tunc licet illos tamquam erroneos impugnare, & positos ad suum creditum acceptare; Peg. cum omnibus suprà relatis n. 747. Anfald. sup. n. 140. & 141. & 150. Heef. de rationib. redd. loc. 13. à n. 33. ad n. 53. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 156. n. 3. & 4. ubi asserit quòd administrator expensas dubitatas tenetur probare *Zabel. in verbo Actor n. 24.**

16 Non solùm hac actione peti possunt res propriæ pupilli, vel adulti, sed etiam à patre pupilli, seu adulti commodatæ, seu depositæ apud tutorem, seu curatorem existentes, *ex l. si tutor 5. ff. tutel. ration. distrabend.* quia actio tutelæ bonæ fidei est: quid autem æquius, quid bonæ fidei magis conveniens est, quàm ut tutor pupillo suo reddat, quòd accepit à patre, & quæ possidet quavis actione repeti? Nam sponte tutor restituere debet, quæ spectant ad pupilli commodum *Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 54.* & ea omnia, quæ pupillo spectant, sive sint earum rerum, quæ tempore delatæ tutelæ, seu facti inventarij ad pupillum spectabant, sive sint earum, quæ durante jam tutela, & post factum inventarium patrimonio pupilli quocunque legitimo titulo accreverunt, ut latè probavimus *tract. 3. lib. 6. cap. 37. per tot. ubi vide.*

18 Sat tamen erit in redditione rationum tutori, curatori, & administratori indicare, poenes quem sint bona, quando ea in inventario posuit, tamquam reperta in hæreditate jure dominij, & non possessionis, nisi casu fortuito talia bona fuerint occupata; hoc enim casu indicatio occupatoris sufficere probata occupatione *Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 233. Barth. lib. 1. conf. 239. Gratian. cap. 767. n. 58.*

19 Post hæc scripta, cum Senatoris Grava-

Gravaminis munus in domo Portuenfi exercuiffem, vidi dubitatum an tutor, feu curator, vel eorum hæredes poffint opponere adulto maiori factò, vel hæredibus ejus defectum dominij, bonorum, quæ tutorio, vel curatorio nomine adminiftraverunt, ad impediendam executionem, & traditionem eorum? Et negativè cum duobus fequentibus collegis refolvi: tum quia tutor, curator, & adminiftrator non retinet bona nec jure dominij, nec jure poffeffionis, fed tamquam cultos, & depositarius eorum, & fic depositarius non potefit impedire refitutionem exceptione compensationis doli, vel non numeratæ pecuniæ, aut alia altioris indaginem requirente *ex l. penult. cod. de pofit. l. fin. cod. de compensation. l. in contractib. 14. §. 1. cod. de non numerata pecun. Harpet. in §. præterea 3. Iust. quib. mod. re contrahit. obligat. à n. 54.* ita fimiliter tutor, curator, feu alius quicumque adminiftrator: tum quia vel opponit allegando jus tertij, vel proprium, fi jus tertij allegat, audiri non valet *ex jur. §. DD. quòscitavimus tract. 1. lib. 2. cap. 12. n. 84.* quibus addo *Valdaur. obf. 19. per tot. à n. 1. ad 17.* fi jus proprium, etiam audiendus non eft, five fuperveniat ex caufa de præterito, five ex caufa de futuro: quia contra tutorem, curatorem, feu adminiftratorem pro refituendis rebus fuæ adminiftrationis executivè agitur, & jus fuperveniens pofft judicium cæptum maxime executivum non impedit executionem, ut judicatum tradit *Crefp. de Valdaur. obf. 32. n. 4. ubi per tot.* agit de jure fupervenienti, quæ de re videndi funt *Salgad. in labyr. 1. p. cap. 23. n. 90. Gratian. cap. 531. Gizarel. dec. 68. Cancer. 1. var. cap. 16. n. 30. Ricc. collect. 1634. Parlador. lib. 2. quotidian. cap. fin. 3. p. n. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 16. n. 5. Coft. de retrotract. caf. 38. cap. 8. n. 10. Giurb. decif. 17. Barbof. in l. non potefit videri ff. de judic. n. 88. Crefp. de Valdaur. dict. obf. 32. à n. 1. ad 26.* Vide de *Luc. in theatr.*

veritat. §. juffit. tom. 7. tract. 4. de tutorib. difcurf. 12. ubi per totum difputat, an tutoris refragari valeant celfiones reportatæ contra pupillum; & refolvit, quòd ubi fine dolo, & malo animo reportatæ fuerint, ei fuffragantur: vide *lib. 5. cap. 6. n. 55. 56. §. 57. Cancer. 3. var. cap. 17. n. 57. §. 2. var. cap. 14. Altimar. de nullitatib. q. 233. à n. 43. Faber in cod. lib. 7. tit. 20. de execution. rei judicat. definit. 35. per tot.*

Apud nos non funt in ufu libri rationum, & fine illis rationes præftant tutores, & curatores, nec eos tenentur facere, & edere: quia cum de triennio in triennium per inventaria eas teneantur reddere, neceffarij non funt, & fine libris reddi valent *Luc. de tutor. difcurf. 6. n. 12. §. difcurf. 7. n. 15. §. difcurf. 17. à n. 3. & diximus lib. 5. cap. 3. in fn. Heef. de rationib. redd. loc. 7. n. 43. Vide lib. 5. cap. 3. n. 85. §. 86. Jov. de folemnitatib. in contractib. minor. glos. 19. §. 3. n. 74. §. 97.*

Inventarium factum à tutore ita contra eum probat, quòd non admittitur curator ad probandum, quod non erant tanta bona, quanta in inventario fcripta funt, & de omnibus tenentur rationem reddere, ut ex multis probat *Parex. de instrument. edit. tit. 7. refol. 10. n. 10. §. 11.* ubi multos citat, & diximus *tract. 1. lib. 1. cap. 5. per tot.*

Quod diximus *n. 2.* quòd tutor, vel curator non tenentur reddere rationem, nifi de rebus, quæ probantur ad fuam potefitatem deveniffe, extendendum eft ad res omnes, quæ fua culpa in fuam potefitatem devenire defierunt ex his, quæ diximus *tract. 3. lib. 7. cap. 37. per tot.* quod prædicandum eft de alio quocumque adminiftratore, quia jura de tutoribus loquentia, ad cæteros adminiftratores ampliantur, ut diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 10. Zabel. in fumm. tract. §. adminiftratio à n....*

Quæ bona teneatur refituere tutor, feu alius adminiftrator ante redditam rationem, vide latè *lib. 5. cap. 7. per tot.*

per tot. ubi omnia dabimus, quæ hîc ad materiam hujus capituli deficiunt; & pro complemento hujusmodi capituli advertit, quòd Cõfraternitates non tantum tenentur reddere rationem de bonis, & redditibus ipsarum Confraternitatum, sed de eleemosinis factis Confraternitatibus, quia fiunt patrimonium Confraternitatum, ut judicatum diximus lib. 1. cap. 2. n. 50. & lib. 8. cap. 13. n. 38. ex generalitate Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. 63. & 64 jam intellecta à Senatu, me conjudice, in pluribus casibus; 28 cujus Ordinationis dispositio non comprehendit judicatum Misericordiæ, & Hospitalis, quæ sunt de protectione Regia, quorum administratores non tenentur reddere rationem Provisoribus ex Cabed. de jur. patronat. cap. 46. n. 5. & 4. nisi Rex jubeat, ut rationes præstent, prout mihi jussit, ut acciperem rationes à Sodalitate Misericordiæ Eborensis duodecim annorum, prout accepi, cum Judex fisci Sanctæ Inquisitionis Eborensis essem.

C A P U T X.

Utrum actione tutelæ peti possint non solum fructus, quos tutor percepit, sed etiam quos percipere potuisset?

S U M M A R I U M.

- 1 Tutor rationem etiam de fructibus perceptis, & de iis, qui percepti poterant, reddere tenetur.
- 2 Quod in quocunque administratore servatur.
- 3 Ut in procuratore aliena negotia gerente.
- 4 Et in negotiorum gestore; licet procurator, vel negotiorum gestor de fructibus percipiendis non teneatur.
- 5 Regula est, quod tutor, curator, & cæteri administratores rationem domino de fructibus reddere tenentur.
- 6 Quod procedit in fructibus percep-

- 7 tis; & quales hi sint.
- 7 Quomodo percepti probentur.
- 8 Eorum quantitas quomodo probetur; & illorum valor.
- 9 Fructus etiam stantes in rationem veniunt; & quales isti sint, & quales pendentes, cum re ipsa transeunt, ejus naturam inveniunt, & aliqua notantur.
- 10 Fructus usque ad triennium durare præsumuntur.
- 11 De fructibus etiam consumptis ratio reddi debet, & quando consumpti censeantur? & n. 12.
- 12 Fructibus consumptis obligatio ad estimationem succedit.
- 13 Quomodo valor consumptorum probetur? & n. 15. & n. 16.
- 14 Cujus temporis æstimatio attendatur pro fructibus consumptis, formatur questio cum distinctione inter bonæ fidei possessorem, & malæ fidei.
- 15 Bonæ fidei possessor, ut tutor, curator, maritus, & procurator ad estimationem consumptionis tempore tenentur.
- 16 Dummodo momentanea non sit æstimatio, quia communis non ex brevi tempore consideratur.
- 17 Malæ fidei possessor debitor in genere fructuum ad valorem quanti plurimi à tempore moræ usque ad restitutionem tenetur.
- 18 Si tamen debitor fructuum in specie sit, & extant, vel præsumantur extare, condemnandus est ad restituendos in specie, vel ad estimationem quanti plurimi intra proximum triennium; si fructus non extant, vel non præsumantur extare, condemnandus erit ad estimationem dicto modo.
- 19 Fructus etiam percipiendi, qui à diligentissimo patrefamilias percipi poterant, in rationem veniunt.
- 20 Ad hos fructus tenetur ille, qui ad interesse tenetur, & idèd malæ fidei possessor.
- 21 Et sine titulo possessor.

- 25 Tutor, & curator, etiam finita tutela, si bona detinent.
- 26 Velrationes non reddant, ante quod tutela non dicitur finita.
- 27 Idem de administratore rerum pupilli, vivens in communione; & de spoliatore, & creditore ex pacto pignus possidente, & de aliis, de quibus remissivè dicendum est.
- 28 Quantitas fructuum percipiendorum, quomodo articulari, & probari debeat, traditur.
- 29 Fructus etiam hominis in rationem veniunt; & quales hi sint.
- 30 Quomodo solvenda est aestimatio ab occisore patris pupilli, vel eum vulnerante.
- 31 Jus vindicandi necem jure sanguinis, & non jure hereditario competit.
- 32 Omne acquisitum occasione homicidii in persona conjuncti, & acquisitum ratione ludi pupilli in rationem venit.
- 33 Opera etiam servorum, & sallararia ratione eorum obventa in rationem veniunt.
- 34 Et omnia per servos acquisita.
- 35 Hereditas, legatum, aut donatio collata in servos, etiam in rationem veniunt.
- 36 Partus etiam ancillarum, qui licet in fructu non sint, attamen ad dominum pertinent.
- 37 Fructus etiam animalium, qui sunt mercedes pro usu animalium date, in rationem veniunt.
- 38 Venit etiam lac, & lana.
- 39 Et caseus.
- 40 Et stercora.
- 41 Apes, & alvearia.
- 42 Fœtus etiam animalium, & de fœtibus fœtus restituendi sunt, quomodo computandi; remissivè.
- 43 Si constat de fœtibus, & postfœtibus sine dubio, deductis expensis, restituendi sunt, & si non constat, Judicis arbitrio relinquitur.
- 44 Quot fœtus singula capra ita parere præsumuntur aliquibus animalibus numeratis, traditur, ad quot fœtus administratores onerantur, si minus peperisse non probant.
- 45 Ad quid teneatur condemnatus ad certas oves restituendas, quas in administratione accepit, vel male subtraxit? Resolvitur hîc, & judicatum refertur.
- 46 Quid in supraposita quaestione dicendum sit de bonæ fidei possessore? Hîc resolvitur cum distinctione.
- 47 Si tutor, vel alius similis administrator oves, capras vendat, valor tempore venditionis attenditur.
- 48 Dato grege à patre pupilli ad certam partem lucri, situtores, & curatores gregem non recuperarunt, ad ejus valorem, & interesse in rationibus tenentur.
- 49 Omnes fructus producti à terra pupilli, seu minoris, quos sub hasta publica subhastandi sunt, in rationem veniunt.
- 50 Appellatione fructuum, que veniant, numerantur.
- 51 Aliqua jam dicta in mentem revocat.
- 52 Creditor tenetur recipere aestimationem frumenti, vini, & olei debiti, si ejusdem bonitatis non inveniuntur in ea Provincia, ubi fuit, traditur, vel quando ita reperitur longè, ut sine magno dispendio portari nequeat.
- 53 Condemnatus ad restitutionem tritici, vini, aut olei, non expressa bonitate, creditoreque eam non probante, quomodo reus satisficiat? Resolvitur.
- 54 Quando debitor tritici, vini, & olei constituatur in mora, si solvendum sit extra domicilium, seu habitationem creditoris? Declaratur.
- 55 Quid quando requirebatur labor ad importandam speciem debitam.
- 56 Ad moram non sufficit procuratoris interpellatio, nisi mandatum ad exigendum, recipiendum, & quietandum non ostendatur.
- 57 Administrator condemnatus ad restitutionem;

- stitationem tritici, vini, & olei ex mora de aestimatione quanti plurimi oneratur.
- 58 Debitor tamen non oneratur, si carestia insolita veniat, aut creditor triticum accipiat, vel quid simile sine protestatione interesse quanti plurimi, aut cum ea, cui debitor contradixit.
- 59 De aestimatione quanti plurimi, remissivè; quando administrator in culpa dicatur vendens triticum, & similia ante tempus, traditur.
- 60 An teneatur triticum extra locum mittere, ut rarius vendatur, negativè resolvitur.
- 61 Fructus etiam arborum, & qui sint, in rationem veniunt.
- 62 Dumorum etiam fructus, & qui sint.
- 63 Pensiones balnei, apothecæ, stationis, molendini, & similibus in rationem veniunt.
- 64 Tutor habitans pupilli domum cum ipso de pensionibus non oneratur pro rata, nisi pupillus pauper sit.
- 65 Missio etiam in possessionem ex causa damni infecti domus ruinosa in rationem venit, cum in fructu sit; & n. 66.
- 67 Fructus etiam aquæ ortæ in fundo pupilli in rationem veniunt, cum aqua nata in fundo domini ipsius fundi sit.
- 68 Aquam deducere, & extrahere ex fundo alieno nemo potest.
- 69 Postquam aqua egressa est fundum, illius est, qui ibi prædia possidet, sed egressio evitari potest, ut non fluat, & egrediatur à fundo, in quo nascitur, vel in quem fluxit, quod dominus fundi inferioris impedire nequit, licet aqua per mille annos possedisset.
- 70 Nisi ex jure servitutis fluat, vel aquam per æmulationem sistatur.
- 71 In dubio æmulatio non præsumitur, sed ab allegante probanda.
- 72 Augmentum per alluvionem in fructu est, de eoque ratio reddi debet.
- 73 De piscibusque habitis in stagnis, & lacis, minorum ratio reddenda.
- 74 Molendinum in præjudicium, & detrimentum pupilli habenti superius primo, molendinum fieri nequit aquam reprimendo, nec inferius fieri potest aquam restagnando.
- 75 De fructibus etiam maris, ad pupillū pertinentibus ratio venit danda; & quales sint, remissivè traditur.
- 76 Fructus etiam rerum mobilium in rationem veniunt, & quales sint, declarantur.
- 77 Lucrum etiam ex mercatura.
- 78 Tutor non tenetur negotiari, mercaturamque exercere pro pupillo, si tamen negotiatus fuit, pupillo acquirit.
- 79 De naulis, navigio, & similibus, quorum fructus mercedes sunt, ratio reddi debet.
- 80 Fructus etiam jurium, quales sunt servitutes, & similia, in rationem veniunt.
- 81 Præsentationes etiam, quæ sunt juris patronatus fructus.
- 82 Et etiam homagium, fidelitas, & laudemium, quia in fructu sunt.
- 83 Fructus etiam pecunie in rationem veniunt, & quales sint.
- 84 Fructus Ecclesiastici, & quales sint.
- 85 Et alii fructus, de quibus remissivè.
- 86 Onerandi etiam sunt ex rationibus, si fructus non vendant tempore congruo, licet eos in tempus carestie reservare non teneantur, nec mittere ad vendendum extra locum receptionis.
- 87 In Italia tutor pupilli nobilis fructus rerum pupillorum acquirit.
- 88 In Anglia fructus bonorum minorum in dominio Regis sunt, qui alicui suo Aulico tutelam dat, ad libitum, ut tutor lucretur fructus.
- 89 In Hispania tutor habet decimam fructuum bonorum pupilli.
- 90 In nostra Lusitania tutor vigesimam partem fructuum habet.
- 91 Fructus non intelliguntur, nisi deductis expensis.

- 92 Quando tutor de fructibus præteritis ante tutelam in rationibus onerari debet, satis declaratur, ubi regula negativa conficitur.
- 93 Administrator non tenetur de iis, quæ ad suas manus pervenisse non probatur, sed tantum de contentis in instrumento, & ad eum perventis, de contentis in inventario, & de aliis, si accepisse probetur.
- 94 Tutores, curatores, cæterique administratores fructus debitosolvere tenentur juxta valorem fori publici, & non extra; quod in rebus comestibilibus regulare est.
- 95 Quomodo de hoc pretio articulari debet.
- 96 Nec valor fructuum augetur, si extra forum loci plus vendi possint.
- 97 Et quomodo testes deponere de pretio debent.
- 98 Emens frumentum ad pretium, quoin mense Maij vendatur ad summam immoderatam ob supervenientem penuriam, vel carestiam non tenetur.
- 99 Non tenentur tutores de pretio habito extra forum, in quo sita sunt prædia, de quorum fructibus agitur.
- 100 Debitor frumenti ad mensuram non tenetur reddere juxta mensuram traditionis, sed loci contractus.
- 101 Habens tres apochas solutionis trium annorum continuorum, præsumptionem solutionis præteritorum annorum habet.
- 102 Sed fallit quando habitæ sunt ab eo, qui alieno nomine exigit.
- 103 Neque quando illæ tres solutiones per testes probantur.
- 104 Nec quando solutio non est pro tribus annis proximè præteritis ante litem motam.
- 105 Nec quando persone diverse sunt.

I **M** Arcelus Jurisconsultus in l. sine hærede 32. §. 2. & 3. ff. de administrat. & pericul. tutor. resolvit tutorem eorum reddituum

nomine rationem pupillo reddere debere, qui ex fundo, cæterisque rebus bona fide percepit, vel percipere potuisset: vel enim ipse fructus percepit, & tunc non minus, atque possessor malæ fidei de perceptis, & percipiendis tenetur; vel non percepit, & tunc tenetur de neglectis, Manzius de tutor. 2. p. tit. 3. n. 57. Balth. Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 74 Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 93. Montan. de tutel. cap. 38. n. 90. Escob. de ratioc. cap. 16. 17. & 18. per tot. Gal. de fructib. disp. 35. n. 5. Coppus de fructib. lib. 3. tit. 5. cap. 3. per tot. Fragos. de regimin. reipub. disp. 17. §. 1. n. 13. quod generale est in quocunque administratore ex l. cum servus 81. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. de arbitrar. cas. 209. Boer. decis. 59. n. 1. Galus sup. n. 3. in procuratore, qui aliena negotia gessit ex l. idemque §. si fundo, & §. idem Labeo ff. mandat. Copp. de fructib. lib. 3. tit. 5. cap. 1. Gal. sup. n. 17. in negotiorum gestore ex l. 2. §. sane ff. de negot. gesti. Gal. sup. n. 19. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 12. Montan. de tutel. cap. 38. n. 73. licet procurator, & negotiorum gestor de percipiendis non teneantur: igitur regula erit in præsentia, quod tutor, curator, & cæteri administratores de fructibus teneantur rationem domino reddere.

Quæ ampliatur primo, ut procedat in fructibus perceptis, qui sunt, & dicuntur illi, qui sunt collecti, & à solo separati, sive facto hominis, sive sponte Galus de fructib. disp. 2. artic. 4. n. 2. cum seqq. qui probantur percepti, probato, quod possidens rem fructuosam illam habuit Gal. sup. n. 10. Negus. de pignor. 2. memb. 3. p. Mascard. de probat. conclus. 718. quorum quantitas probatur per probationem præsumptivam, deductam ex qualitate rei fructiferæ, & valore illius, juncta Judicistaxatione Bart. in l. 2. de pignor. act. Surd. cons. 293. n. 31. Franch. decis. 687. n. 3. Farin. in reportor. de judic. q. 67. n. 19. ubi quod probatur per testes, qui

qui deponunt, quòd fructus possunt valere tantum singulis annis, computato anno fertili cum sterili, deductis expensis, & oneribus, reddendo bonam rationem, utpote, quia ipse testis conduxisset per aliquod tempus illum fundum *Menoch. lib. 3. præsumpt. 9. n. 25. Bald. lib. 2. cons. 323. Gal. à n. 15. qui n. 18. cum multis hoc Judicis arbitrio relinquit. Vide lib. 8. cap. 9. Possidon. de emption. lib. 3. dubio 22.*

Ampliatur secundo, ut procedat in fructibus extantibus, qui dicuntur illi, qui adhuc sunt in fundo, aut ex arboribus pendent a solo non separati, *Gal. de fructib. disp. 2. art. 2. per tot. qui dicuntur pars rei, ex l. fructus pendentes ff. de reivendicat. l. Julian. §. offerri, ff. de act. empt. l. in lege 9. ff. ad Falsid. l. sisei vus §. locavi ff. de furtis, transeunt cum ipsa re, & veniunt immobilium appellatione, ipsius rei naturam induunt, ita ut si ipsa res alienari nequeat, neque fructus pendentes, secundum plures, quos refutat *Gal. dict. art. n. 5. dicendo, quòd prohibitus vendere, potest tamen fructus ad vitam, vel ad certum tempus vendere ex l. codicilis §. institutio ff. legat. 2. l. propter in princip. ff. legat. 3. dummodo usum fructum non constituat Gal. dict. art. 2. n. 5. & disp. 36. art. 6. 9. 5. qui præsumuntur durare usque ad triennium ex *Cancer. 3. var. cap. 1. n. 183. l. 1. ibi glos. cod. si adversus usucapion. l. sed si lege §. scire, ibi Barb. ff. de petit. heredit. Barb. in l. divortio 8. §. ob id ff. solut. Calvac. de tutor. à n. 226. Gal. dict. art. 2. & melius disp. 2. art. 5. n. 5. plures referens, de quo infra.***

Ampliatur tertio, ut procedat in fructibus consumptis, qui cententur omnes post triennium, ut proxime dictum est, nisi probetur in illa regione minus durare *Borgn. de tutor. 229. Gal. de fructib. disp. 2. artic. 5. num. 6. vel aliter probetur ante triennium esse consumptos *Thuscus Liter. F. concl. 492. limit. 15. Gal. dict. num. 6. quibus consumptis succedit obligatio ad æsti-**

mationem, *Gal. sup. n. 7. Cancer. sup. dict. n. 183. Thusc. sup. n. 10. glos. in l. ex divers. ff. de reivend. & in §. 1. de off. jud. & in §. si quis à non domino, Inst. de rerum divisione, & in l. 20. §. eos, l. sed & si lege 25. §. consuluit ff. de petit. heredit. Mant. de conject. lib. 7. tit. 30. num. 4. Escob. de ratioc. cap. 17. à n. 5. Heef. de rationib. redd. loc. 9. à n. 166. ad 197.*

Valor fructuum consumptorum probatur, quando quis probat, quòd pluribus diebus illius anni tales fructus fuerunt venditi tali pretio, vel in foro, vel domibus privatorum *Lup. de usur. ad leg. curabit, cod. de action. empti, num. 166. Gal. de fructib. disp. 2. art. 4. n. 25. Escob. de ratioc. cap. 16. à n. 19. & si agitur de probando valore fructuum de pluribus annis, sufficit probare valorem de tribus annis præteritis de proximo *Lup. sup. n. 171. Gal. sup. n. 25. & melius probatur valor fructuum per libros oppidorum, & civitatum, in quibus pretia scribuntur singulis diebus; Galus dict. n. 25. Gen. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de lib. civitat. & diximus in nostr. Decisionib. Portuensib. decis. optimè cum aliis *Posth. var. resolut. 113. n. 82.***

Cujus temporis attendatur æstimatione pro fructibus consumptis, est quæstio, in qua variæ sunt DD. opiniones, quibus relictis, firmiter tenendum, & distinguendum est inter debitorem fructuum bonæ fidei possessorem, ut tutor, curator, maritus, & procurator, & inter debitorem fructuum malæ fidei possessorem.

In primo casu dicendum est teneri ad æstimationem, quæ erat tempore consumptionis *Bart. in l. divortio 8. §. ob donationes ff. solut. ubi Barb. Bald. & alij, Borgn. de tutor. n. 235. Gal. de fructib. disp. 2. art. 5. à n. 11. Boer. dec. 68. n. 2. dummodo non sit momentanea: quia æstimatione alicujus rei non sufficit probari ex eo, quòd tali die fuit emptæ, & venditæ pro tanto, sed communis, quia non debet haberi consideratio tam brevis temporis, ut ex multis probat*

probat *Escob. cap. 17. à n. 29. cum plurib. seqq. & diximus tract. 1. lib. 1. cap. 11. n. 45. Heef. de ration. redd. loc. 9. n. 187.*

20 In secundo subdistingendum est inter debitorem malæ fidei fructuum in genere, & debitorem malæ fidei fructuum in specie. In primo casu debitor in genere tenetur ad valorem quanti plurimi à tempore moræ usque ad restitutionem *Surd. decis. 81. num. 4. Prosp. Rendel. de vinea, & vino p. 3. sub tit. mensura, & vasa vinaria, Borgn. sup. n. 226. & 229. Gal. dict. art. 5. n. 12. & 13. Bber. dec. 68. n. 4. Escob. sup. à n. 16.*

21 In secundo casu, si fructus extant, vel præsumuntur extare, est condemnandus debitor ad fructus in specie restituendos, vel ad æstimationem quanti plurimi intra proximum triennium; si non extant, vel non præsumuntur extare ad æstimationem quanti plurimi, venit condemnandus intra triennium

Barb. in dict. S. ob donationes n. 20. & 21. Bart. in l. 1. cod. de pignor. act. Gal. dict. art. 5. n. 13. & 14. Borg. sup. à num. 237. Cravet. conf. 789. Thusc. verbo fructus conf. 506. n. 19. Boer. dict. dec. 68. n. 4. Escob. de ratioc. cap. 16. à num. 20.

Zach. post tract. de salar. dec. 5. n. 1. 2. 3. & 13. Salgad. de reg. protect. 4. p. cap. 10. à n. 136. cum seqq. Heef. de ration. redd. loc. 9. à n. 182. latè de interesse quanti plurimi Staiban. de interess. lib. 1. q. 19. & 20. per tot. nihil intactum relinquens.

22 Ampliatur quarto, ut procedat in fructibus percipiendis, qui non sunt percepti, sed poterunt percipi à diligentissimo patrefamilias *Gal. de fructib. disp. 2. art. 6. n. 1. & n. 7. 14. Joan. cap. de fructib. lib. 1. tit. 3. cap. 10. Gal. sup. n. 15. Bald. in l. 2. de fruct. & lit. expens. ad quos tenetur omnis ille, qui ad interesse tenetur *Surd. conf. 293. n. 29. idèd malæ fidei possessor tenetur de percipiendis l. si fundum, l. domum cod. de reivendicat. Menoch. conf. 1173. n. 18. possessor sine titulo *Gal. sup. n. 20.***

23 tutor, & curator *l. quidquid. cod. ar-*

*bitr. tutel. cap. de fruct. lib. 3. tit. 5. cap. 3. etiam finita tutela, si tutor detinuit bona *Fragos. de regimin. reipub. disp. 17. S. 1. à n. 13. Gal. sup. n. 20. vel rationes non reddit, quia tutela non dicitur finita, dum ratio non est reddita *Cancer. 1. var. cap. 7. n. 145. & 3. var. cap. 1. n. 234. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 1. n. 86. l. 5. S. post completum ff. de administr. tutor. administrator rerum pupilli vivens in communiione *Gal. sup. num. 20. Thusc. verb. fruct. conclus. 499. n. 1. ... spoliator, & creditor, qui ex pacto pignus possidet, & alij, de quibus *Gal. dict. n. 20. & 21. Menoch. dict. conf. 1173. & de recuperanda n. 366. Farin. in report. judicial. quest. 57. per tot. Heef. de ration. red. loc. 9. à n. 166. Staiban. de interesse lib. 2.*****

Quantitas fructuum percipiendorum probatur articulando, & probando, quòd communi hominum æstimatione tot fructus debuerunt, aut potuerunt percipi *Angel. in l. creditor ff. de pignor. n. 2. *Surd. dec. 270. n. 6. Gal. de fructib. disp. 2. art. 6. n. 18. item cum sit probatio bonitatis terræ, ac pinguedinis fundi, & quòd tantum producere consuevit *Gal. sup. dict. n. 18. Possidon. de empt. lib. 3. dub. 20. & 21. ubi infinitos citat, item confert probatio quantitatis fructuum ex prædiis vicinis ejusdem bonitatis, prout percipi consueverunt, *Bald. in l. 1. cod. de fruct. Gal. sup. dict. n. 18. Possidon. dub. 23. per tot. qui dicunt probationem reddituum præteritorum non sufficere, & hoc Judicis arbitrio relinquunt. Vide *lib. 8. cap. 9. Heef. de rationib. redd. loc. 9. à n. 157.*****

Ampliatur quinto, ut comprehendat fructus hominis, de quibus *Gal. de fructib. disp. 3. art. 1. à n. 1. usq. ad 143. prout sunt opera pupillorum, & auctorum, de quibus *tract. 3. lib. 5. cap. 12. per tot. æstimatio damni, quod recepit pupillus ab occifore patris, de quo *tract. 3. lib. 6. cap. 2. S. 25. per tot. Gal. de fructib. disp. 3. artic. 1. à n. 81. quæ***

æstimatio solvenda est juxta calculum

l. hæ.

l. hereditat. ff. ad Falsid. Gom. 3. var. cap. 3. n. 38. ubi Ayl. Afflict. dec. 37. n. 3. Franch. dec. 460. n. 6. Galus n. 83. nisi sit vulneratio, quia tunc æstimatio est solvenda juxta damnum receptum in curatione in operibus, & in difformitate Gal. n. 86. Paris de Puteo de sindicatu art. 36. qui dicunt maximè Galus num. 92. quòd jus vindicandi necem, competit jure sanguinis, non jure hæreditario Franch. dec. 511. Castilb. de usufruct. cap. 40. n. 4. Perigrin. de jur. jffc. lib. 2. tit. 5. n. 22. licèt contrarium Barb. in l. si ab hostibus §. fin. ff. solut. & omne acquisitum occasione homicidij in persona conjuncti Gal. sup. à num. 95. aut occasione ludi à pupillo facti Gal. dict. art. 1. à n. 132.

Ampliatur sexto, ut comprehendat fructus fervorum, qui sunt operæ fervorum, & sallaria occasione fervorum obventa l. 3. §. 4. ff. de oper. fervor. Gal. de fructib. disp. 3. art. 2. n. 3. ubi multos citat Thusc. Lit. F. concl. 285. n. 14. omnia per fervos acquisita Gal. sup. n. 4. Castilb. de usufruct. cap. 50. per tot. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. n. 72. hæreditas, legatum, aut donatio collata in fervos Gal. sup. n. 18. de quibus diximus tract. 3. lib. 7. cap. 2. à n. 93. §. cap. 10. n. 11. partus ancillarum, qui licèt non sint in fructu, ut ex multis probat Gal. dict. art. 2. à n. 8. tamen pertinent ad dominium fervorum, ut probatur ex l. Paul. 14. §. 1. ff. de usur. l. Paul. 24. ff. ad Falsid. l. vetus ff. de usufruct. l. deducta §. hæreditatem ff. ad Trebel. l. in pecudum ff. de usuris §. in pecudum, Inst. de rer. divis. l. ancillarum 30. ff. de pet. hered. l. qui vas 49. §. ex furtivis ff. de furtis, & sic ad pupillum, seu minorem, cui ancilla adjudicata fuit Peg. in additionibus Ord. lib. 1. tit. 87. à n. 36. 37. 38. §. 39.

Ampliatur septimo, ut comprehendat fructus animalium, prout sunt mercedes, quæ pro usu animalium dantur l. sed orti 18. l. mercedes 33. ff. de petit. heredit. l. 4. §. 1. ff. legat. 1. l. in venditione 8. §. si quis fructus ff. de

bon. autorit. jud. possid. Gal. de fructib. disp. 3. artic. 3. n. 2. Perig. de fideicommiss. art. 49. n. 22. lac, & lana; l. in pecudum ff. de usuris l. sequitur 4. §. lana ff. de usucap. l. plenum 12. §. sed & si pecoris ff. de usu, §. habitat. §. in pecudum, Inst. de rer. divisione, Barbat. de division. fructuum p. 2. cap. 17. n. 130. Gal. sup. n. 5. Barb. in appellativ. verbo fructus n. 20. caseus, Barb. dict. num. 20. Gal. n. 6. Menoch. cons. 189. n. 29. caro, & corium Gal. n. 8. animalium sterora, l. in omnibus cod. de curs. publ. lib. 10. Gal. sup. n. 7. columbi, & columbaria Gutt. aetutel. 3. p. cap. 77. n. 29. Gal. sup. n. 9. Molin. de primog. lib. 1. cap. 22. n. 11. Negus. de pignor. membro 5. part. 5. n. 8. apes, & alvearia cap. nuntios de decim. Barbat. de division. fructuum p. 2. cap. 17. n. 131. Gal. dict. art. 2. à n. 12. Salgad. dec. 234. n. 11. videndus.

Foetus animalium, qui sunt in fructu l. vetus 74. ff. de usufruct. l. eques 8. §. 39. ff. de usur. Mantie. de conjectur. lib. 7. tit. 10. n. 37. Perigrin. de fideicommiss. art. 49. n. 63. Castilb. de usufruct. cap. 37. n. 3. Barbat. dict. cap. 17. n. 129. Gal. dict. art. 3. à n. 3. Escob. de ratioc. cap. 18. per tot. & non solum debet restituere foetus, sed etiam foetus de foetibus ex juribus allegatis Escob. dict. cap. 18. à n. 1. sed quomodo sint computandi foetus de foetibus, labor est, in quo dedavit Escob. p. r tot. cap. 18. cujus vestigiis adhærendo.

Asseveramus, quòd, ubi manifestè constaret de foetibus, & post-foetibus, procul dubio ipsi partus, deductis expensis, sunt restituendi Escob. sup. n. 7. ubi verò probatio de foetibus, & post-foetibus fieri non possit, Judicis arbitrio hoc esse tribuendum cum eodem Escob. dict. num. 7. Afflict. dec. 58. per tot. Corn. lib. 1. cons. 290. n. 7. ad quod sciri oportet, quòd singulæ ovæ quinque partus sunt dandi, cum à tertio anno usque ad novem partus in lucem edant: singuli vaccæ sex partus sunt dandi, cum à quarto anno usque ad

ad decem parere præsumuntur: singuli equæ septem foetus, cum à tertio usque ad decem parere præsumuntur; singuli jumentæ viginti, & septem foetus, cum à tertio usque ad trigelimum parere præsumuntur: singuli capræ septem foetus sunt tribuendi, cum à primo anno usque ad octavum parere censeantur: iui, sive porcæ sex foetus sunt tribuendi, cum à primo usque ad septem parere præsumatur, ut singula tradit, & probat *Escob. de ratioc. cap. 18. à n. 10. usque ad 16.* & sic administratores sunt onerandi, nisi minus peperisse ab eis probetur *Escob. dict. n. 10. qui n. 22.* proponit quæstionem: utrum quando quis fuit condemnatus ad restituendum centum oves, quas in administratione accepit, vel itidem malè subtraxit cum partibus, & ex post-partibus, teneatur tantum matres cum ipsarum foetibus, an verò etiam omnes foetus, quos ex istis filiabus, & nepotibus procreatos fuisse probatum fuerit; *Salgad. infrà à n. 17.* & resolvit quòd tantum matres cum partibus, & post-partibus; & ita judicavimus.

In qua idem *Escob. n. 27.* distinguit inter partus, & post-partus habitos à bonæ fidei possessore ante litis contestationem, & inter partus, & post-partus habitos post litis contestationem. In primis docet venire omnes partus, quos in quinquennio ovis parere solet, non verò cum omnibus suis causis, nisi sic petentur. In secundis resolvit, venire omnes partus, & post-partus cum omnibus suis causis; *ex l. præterea, l. qui restituere ff. de reivend. l. cum fundus ff. si certum petatur;* & dat rationes, quas ibi vide; *Salgad. de reg. protect. 4. p. cap. 10. à n. 47. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 64. ubi Peg.*

Proponit etiam idem *Escob. dict. cap. 18. à n. 30.* aliam quæstionem, nempe, situtor, vel alius similis administrator inter bona sui minoris, uxoris, vel domini accepit centum oves, vel capras; & eas, durante administratione, vendidit, in restitutione talium ovium,

vel caprarum, cujus temporis valor sit attendendus, venditionis, aut restitutionis? Et resolvit *dict. n. 30.* quòd tempus venditionis sit attendendum *cum Ayor. de part. lib. 3. q. 93. num. 105. Barb. in l. divortio §. ob donationes ff. solut.* Vide plura ad intentum *tract. 2. lib. 7. cap. 13. à n. 38. Escob. d. cap. 18. à n. 32. cum seqq. Cancer. 1. var. cap. 7. n. 169.* ubi resolvit, quòd quando defunctus pater pupilli dedit gregem pecudum ad certam partem lucri, & tutores, & curatores non curarunt gregem recuperare, potest pupillus in reditu rationis petere valorem gregis cum interesse; & præstat rationes *n. 170.*

Ampliatur octavo, ut comprehendat fructus omnes, quos produxerit terra ipsius pupilli, seu minoris, quos tutor, curatorque tenetur locare, ut diximus *tract. 3. lib. 7. cap. 10. per tot. sub hasta publica, ut diximus dict. lib. 7. cap. 17. per tot.* quorum doctrinæ hîc repetitæ censerî debent, quorum appellatione venit frumentum, triticum, far, hordeum, filigo, avena, milium, farina, legumina omnia, ut cicer, lentes, fabæ, faseoli, cenipis, fænum, pascua, venatio, palea, crocus, folia, flores, facatus, hortilia, fossilia, metalum, argentum, aurea, adamans, gemma, lapides, thesaurus, & quidquid terra gignit pretio æstimabile, de quibus solvitur decima, quæ omnia videnda sunt *apud Golum de fructib. disp. 3. art. 4. à n. 1. usq. ad 117. & disp. 40. à n. 36 cum plurib. sequentib. Monet. de decim. cap. 4. per tot. & DD. in cap. pervenit. cap. pastoralis cap. commissum, cap. non est in potestate de decim.*

Circa frumentum exigendum, custodiendum, & vendendum, diximus latè *tract. 1. lib. 4. cap. 10.* quæ omnia hîc in mentem revoca, & ultra ibi tradita, adverte primo, quòd frumentum, vinum, & oleum debitum, si ejusdem bonitatis, qua fuit traditum, reperiri non potest, in eadem Provincia, in qua solvi debet, cogitur creditor recipere

53 ciperæ æstimationem, prout cogitur, quando ita longè reperitur, ut sine magno dispendio portari non possit *Escob. de ratioc. cap. 17. n. 3. & 4.* Adverte secundo, quòd condemnatus ad restitutionem tritici, vel olei, aut vini in genere, non expressa ejus bonitate, nisi creditor probaverit bonitatem debiti, satisfacit creditori, etiam si vilissimum tradiderit *Escob. sup. n. 6.* Adverte tertio, quòd quando frumentum, vinum, & oleum solvendum est extra domicilium, vel habitationem creditoris, debitor non dicitur in mora, nisi probaverit creditor, quòd ipse paratus fuit recipere in loco destinatæ solutionis tempore, quo solvi debebat *Escob. sup. n. 26.* Adverte quarto, quòd quando requirebatur labor ad importandam speciem debitam, non sufficit, quòd creditor probet, se interpellasse debitorem, sed ad æstimationem quanti plurimi necessariò probare debet, quòd ivit ad locum destinatæ solutionis paratus recipere *Escob. sup. n. 27.* Adverte quinto, quòd æstimatio plurimi non consideratur, ubi debitor fuit interpellatus per procuratorem, non exhibito mandato ad exigendum, recipiendum, & quietandum debitorem, etiam si debitor non petiisset, ut procurator tale mandatum exhiberet *Escob. sup. n. 28.* Adverte sexto, quòd administrator ad restitutionem tritici, vini, & olei condemnatus ex mora de æstimatione quanti plurimi oneratur juxta *Escob. de ratioc. cap. 17. n. 7. & notata sup. n. 20.* nisi carestitia veniat in solita, aut creditor accipiat à debitore triticum, vel quid simile absque protestatione interesse quanti plurimi, vel etiam cum protestatione, cui tamen debitor contradixit, *Escob. sup. n. 31. & 32.* qui latè agit, quòd debeatur æstimatio quanti plurimi per totum illud caput. Adverte septimo, quòd administrator in culpa dicitur, si frumentum, vinum, aut oleum, absque domini mandato, vel non stante præcisa necessitate distraxit ante tempus ven-

60 ditioni destinatum, etiam si ex pretio fundum emisset domino *Escob. sup. n. 8.* Adverte octavo, quòd administrator, etiam si triticum, aut simile minoris cariùs vendere potuit, mittendo illud extra locum, ubi recollectum fuit, & non fecit, non ex hoc ad æstimationem quanti plurimi tenetur *Escob. dict. cap. 17. n. 25. Hees. de rationib. redd. loc. 9. à n. 166. cum plurib. segg. Mor. de executione instrum. lib. 2. cap. 11. ubi per tot. & æstimatione quanti plurimi Ord. lib. 4. tit. 20. per tot. ubi Barbos.*

61 Ampliatur nono, ut comprehendat fructus arborum, prout sunt pomi, cujus appellatione veniunt omnes fructus arborù comestibiles, ut sunt poma, pira, pruna, ficus, cerasa, uva, & similes, de quibus *in l. qui fundum ff. de verbor. sign. Gal. de fructib. disp. 3. art. 2. à n. 2.* glandes, cujus appellatione veniunt fructus nucis, quercus, roboris, illicis, pineæ, coryli, amigdala, & similes, & generaliter omnes arborum fructus, ut castanea, pistacium *ex l. qui venenum 236. §. glandis ff. de verbor. signif. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 30. n. 16. Gal. sup. n. 3.* flores arborum, & folia *Gal. à n. 7.* silva cædua, ligna, cùm cæsa sunt *Gal. à n. 11.* vinum ex vite procedens, oleum, acetum, *Gal. à n. 27.* arundines *Gal. n. 26.* ubi per totum de arboribus fructiferis, & infructiferis latè agit ad alios juris effectus, qui ad nostrum non pertinent institutù.

62 Ampliatur decimo, ut comprehendat fructus domorum, quales sunt pensiones, quæ in fructu sunt, ut diximus *tract. 2. lib. 3. cap. 7. n. Gal. de fructib. disp. 3. art. 6. n. 6. & 9. Alex. lib. 2. cons. 181. num. 6.* quidquid dicat *Barb. in appellativis, verbo fructus n. 5.* pensiones balnei, apothecæ, stationis, molendini, torcularis, & cujuslibet edificij *ex l. si fructus §. idem Nerwa ff. de usufruct. l. quia 33. §. 1. l. de fruct. 64. ff. eodem, l. navis 62. ff. rei vendicat. l. mercedes 33. ff. de petit. hered. Gal. sup. n. 9. Thuse. Lit. F. concl. 484. n.*

- 64 17. *Escob. de ratioc. cap. 16. n. 47.* ubi resolvit, quod si tutor habitaverit domum pupilli, cum ipso pupillo non sit onerandus de pensione pro rata, nisi ipse pupillus sit pauper *Baez. de decima*
- 65 *tutor. cap. 18. n. 25.* missio in possessionem ex causa damni infecti domus ruinolæ, juxta terminos *tx. in l. si finita 15.*
- 66 *S. ex hoc edicta de damno infecto*, quia talis immissio dicitur esse in fructu *ex l. usufruct. legato ff. de usufruct. l. qui bona 13. §. Super Silianum ff. de damno infecto, Gal. sup. à n. 15. Decian. lib. 1. respons. 52. n. 46.*
- 67 Ampliatur undecimo, ut comprehendat fructus aquæ, quæ originem habuerit in fundo pupilli, seu adulti, quia ipsius est, dum in ipsius fundo est *ex l. ex meo 24. ff. de servitutibus prædiorum, l. præses cod. de servitutibus, l. 1.*
- 68 *S. si fossa ff. de fluminibus*, quam deducere, & extrahere nemo potest *ex l. si aquam cod. de servitutibus rusticorum. l. 1. §. 1. ff. de fluminibus.* & cum egressa est fundum, illius est, qui ibi prædia possidet *Gal. sup. n. 25. Thesaur. decision. 245.* sed egressio evitari potest, ut non fluat, & egrediatur à fundo, in quo vel originem habet, vel in quem fluxit sine eo, quod dominus fundi inferioris valeat impedire, quin cursus aquæ impediatur, licet per mille annos sit in possessione usus aquæ fluentis, ut ex multis juribus probat *Gal. à n. 30. Cæpol. de servitutibus rusticorum. cap. 4. n. 52. Barbat. de divisione fructuum cap. 3. §. 1. n. 46. §. 1. p. cap. 3. n. 23. Thesaur. sup. Menoch. de arbit. cas. 160.* & plures apud nos in nostris decisionibus. *Portuensibus. decis. per tot.* nisi defluat ex jure servitutis, vel aqua sistatur per æmulationem, ut in dict. decision. latè probavimus, & docet cum multis *Gal. à n. 31.* quæ in dubio non præsumitur, sed debet probari ab allegante *l. 1. §. denique ff. de aqua publica arcend. Hering. de molendin. q. 14. n. 34. Portug. infra, latè Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 18. glos. 20. à n. 3. usq. ad n. 69.* ubi varias decisiones circa aquas refert, &
- plures DD. de materia agentes citat.
- Ideo, si per alluvionem aquæ, prædium minoris augeatur, de hac alluvione ratio reddenda est, quia est in fructu *ex S. præterea, Inst. de rer. divisione, ibi Institut. l. item si fundi ff. de usufruct. & ita docet Gal. sup. n. 62. Aymon de alluvion. lib. 1. cap. 11. n. 5. §. lib. 2. cap. 3. n. 2.* & mutet, & influat in jurisdictione *Gal. sup. à n. 66. Aymon. dict. lib. 2. cap. 6. per tot. & de pitcibus habitis in stagnis, & lacis minorum ratio est reddenda Gal. de fruct. disp. 3. art. 7. n. 90.* & denique molendinum in præjudicium, & detrimentum pupilli primo superius molendinum habentis aquam reprimendo, vel inferius restagnando fieri non potest *Gal. dict. art. 5. à n. 49. Hering. de molendin. q. 14. n. 20. cum seqq. §. q. 15. 16. 17. §. 18.* qui multos citat, de quo vide cum pluribus *Portug. de donat. reg. 3. p. cap. 4. à n. 11. cum pluribus. seqq.* ubi omnia habes, quæ in hac ampliacione dedimus.
- Ampliatur duodecimo, ut procedat in fructibus maris, si qui ad pupillum pertineant, de quibus agit *Gal. de fructibus. disp. 3. art. 8. à n. 1. usq. ad 101. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 51. ad rubric.* ubi per quinquagesima, & octava capita ferè omnes quæstiones, quæ ex navigatione, & usu maris oriri solent, eleganter de more pertractat, & novissimè *Arouc. in suis annotationibus. ad jus civile ad text. in l. 2. §. 1. ff. de rer. divisione. à n. 32* ad quos lectorem mittimus pro dirimendis dubiis, quæ circa materiam in ratiociniis venire possunt: quia hîc ea inferere longum foret; & vide *lib. 7. cap. 6. per tot.*
- Ampliatur decimotertio, ut procedat in fructibus rerum mobilium, quales sunt mercedes, quæ pro usu vestium, cæterarumque supellectilium dantur, ut docet *Gal. de fructibus. disp. 3. art. 10. n. 4. Pereg. de fideicommiss. art. 45. n. 72. l. videamus 19. ff. de usufruct. lucrum ex mercatura, quæ in fructu est ex Gal. dict. art. 10. n. 10. Menoch. de arbit. cas. 210. n. 3.* licet *Gutt. contrarium*

78 trarium doceat de tutel. 3. p. cap. 30. n. 19. idem quanvis tutor non teneatur negotiari, aut exercere mercaturam pro pupillo Gal. sup. num. 11. Magon. decis. Florent. 1. n. 48. si tamen voluerit negotiari, pupillo acquirat Magon. For. dec. 1. n. 27. Gal. dict. n. 11. § disp. 33.

79 art. 2. nauia, navigium, cimbarum, quarum fructus sunt mercedes l. si navis 62. ff. de reivend. l. arbor, §. navis ff. de usufruct. l. ancilar. 30. ff. de petit. hered. Corras. miscel. lib. 5. cap. 9. n. 4. Menoch. de arbitr. cas. 210. num. 27. § conf. 741. Pereg. de fideicommiss. art. 49. n. 72. Surd. dec. 270. à num. 5. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 51. cap. 46. cum seq. ubi per tot. de nauo Gal. sup. n. 6.

80 Ampliatur decimoquarto, ut procedat in fructibus iurium, quales fructus sunt illarum exercitium, ut itineris ire, actus agere, viae deambulare, qui quidem fructus æstimantur quanti mea interest, me non potuisse ire, agere, utendo mea servitute l. loci corpus 4. §. in confessoriam ff. si servit. vendicet. l. sed §. si forte 6. §. fin. ff. eodem, Gal. de fruct. disp. 3. art. 11. n. 1. Barb. in l. 1. ff. de usufruct. legat. presentationes, quæ sunt fructus juris patronatus

81 Gal. sup. n. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. n. 2. Barb. in appellativis verb. fructus n. 5. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 29. qui plures citant, & diximus tract. 3. lib. 6. cap. 17. per tot. Barbat. de division. fruct. 2. p. cap. 16. n. 2. homagium, & fidelitas, quæ sunt fructus domini directi fundi Gal. sup. num. 19 laudemium, quod solvitur per investitum de novo, & pro fructu habetur à Gal. sup. n. 24. Barb. in appellativ. verb. fructus n. 25. Menoch. lib. 4. præsumpt. 142. n. 22. Vide Galum disp. 27. art. 3.

83 Ampliatur decimoquinto, ut procedat in fructibus pecuniæ, quales sunt census, de quibus latè egimus tract. 3. lib. 7. cap. 9. per tot. usuræ, de quibus diximus tract. 3. lib. 7. cap. 6. per tot. & agit latè Escob. de ratioc. cap. 6. per tot. cambii, de quibus diximus tract. 3. lib. 7. cap. 9. propè finem à n. 135. emptio-

nes, de quibus diximus dict. tract. 3. lib. 7. cap. 1. per tot. ubi & in capitibus sequentibus usque ad nonum omnia habes, de quibus sit onerandus tutor, vel curator ob pecunias minorum, quæ vide, ne dicta repetamus, & tract. 1. lib. 4. cap. 10. & apud Heef. dict. loc. 9. per tot.

84 Ampliatur decimosexto, ut procedat non solum in fructibus sæcularibus, sed etiam in fructibus Ecclesiasticis, si quos pupillus, seu adultus habet, ut sunt pensiones Ecclesiasticæ, de quibus Gigans in tract. de pension. Gal. de fruct. disp. 38. à n. 1. ad 23. decimæ, de quibus Monet. in tract. de decim. Gal. disp. 40. à n. 1. ad 67. distributiones quotidianæ, quæ sunt in fructu juxta veriorum sententiam ex Gal. disp. 37. n. 2. Molin. de justit. disp. 143. vers. secundo probatur.

85 Ampliatur decimosextimo, ut procedat in omnibus casibus, de quibus tract. 2. lib. 3. cap. 7. per tot. qui hic accommodari possunt, & in omnibus rebus, quæ appellatione fructuum veniunt, quæ videri possunt apud Barbos. in appellativis verbo fructus à n. 1. usque ad 23. appellat. 103. per tot. Dias reg. 302. Roman. sing. 555. Thusc. Lit. F. cons. 484.

86 Ampliatur decimo octavo, ut non solum sit onerandus de fructibus perceptis, & percipiendis, sed etiam onerandus est, si eos non vendat tempore congruo, ut diximus tract. 3. lib. 7. cap. 1. n. 36. non tamen tenetur eos reservare in tempus caretia, ut diximus dict. n. 36. nec mittere ad vendendum extra locum receptionis, ut supra diximus n. 60. Heef. de rationib. redd. loc. 9. n. 189. Staib. de interesse lib. 1. q. 19. n. 23.

87 Limitatur primo in Italia in tutore nobili, qui sibi acquirit fructus rerum immobilium pupillorum secundum plures, quos refert Gal. de fruct. disp. 35. n. 6. ubi ait se non vidisse hoc praticari.

88 Limitatur secundo in Anglia, ubi fru-

fructus bonorum minorum sunt in dominio Regis, qui alicui suo Aulico dat tutelam ad libitum, ut tutor lucretur fructus *Gutt. de tutel. 3. p. cap. 2. n. 14. Gal. de fruct. disp. 35. n. 6.*

89 Limitatur tertio in Hispania, ubi tutor habet decimam fructuum bonorum pupilli *Gutt. dict. cap. 2. per tot. Gal. sup. dict. n. 6. Escob. de ratioc. cap. 19. § 30. & nos lib. 5. cap. 5.*

90 Limitatur quarto in nostra Lusitania, ubi tutor habet vigesimam fructuum bonorum pupilli *ex Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. ubi Peg. & Barb. de quolâte suo loco lib. 5. cap. 5. per tot.*

91 Limitatur quinto, ut fructus non intelligantur, nisi deductis expensis *Gal. sup. n. 6. & melius disp. 2. art. 7. n. 5. & probatur l. fructus 7. ff. solut. l. quod in fruct. 56. ff. de usur. l. 1. cod. de fruct. & lit. expens. l. si à patre 39. ff. de petit. hered. l. fund. 52. ff. famil. hercisc. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 82. n. 7. & dec. 87. n. 11. & dec. 282. n. 31. Thusc. Lit. F. concl. 481. & 501. Menoch. recuper. remed. 15. n. 571. Cov. 1. var. cap. 3. n. 3. Caphal. conf. 181. n. 8. glos. in l. si quis argent. cod. de donat.*

92 Limitatur sexto quo ad fructus præteritos ante tutelam, vel curam susceptam pupillo, seu minori debitos, ad quos tutor, seu curator non tenetur, nisi contra eos probetur illos exigere potuisse, & ex dolo, vel culpa eos exigere neglexit, & ob suam moram debitores facti sunt non solvendo, quia si tutor, vel curator non fuerit in dolo, vel culpa lata in exigendo, de illis onerari non debet, secus verò data culpa lata, & sequuta in solventia debitorum ex his, quæ latè diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 10. & hoc tract. lib. 2. cap. 2. & 12. & lib. 4. cap. 12. per tot. & ita judicatum fuit in Senatu Portuensi, me Judice referente in causa Emmanuelis Travassos Cardoso, Ducis maioris civitatis Egitanienfis, appellantis, cum Simone de Oliveira ejusdem civitatis, appellato, Notario Verissimo Nunes; & meritò ita judicatum fuit, cum ad-*

ministrator non teneatur rationem reddere de his, quæ ad ipsius ~~onus~~ non probantur pervenisse, ut diximus *in cap. antecedenti n. 2. & judicatum refert Zach. post tract. de salario dec. 19. num. 9. & terminanter in materiis fructuum perceptorum Salg. in labyrinth. 3. p. dec. 65. n. 4. Emil. ad Castilb. de aliment. Zach. decis. 64. per tot. ubi quòd non tenetur reddere rationem, nisi de contentis in instrumeto, & de bonis ad eum præventis; & dec. 117. n. 33. ubi quòd non tenetur reddere, nisi de perceptis, nisi culpa probetur; & dec. 64. n. 16. ubi quòd descriptis in inventatio tantum rationem reddere tenetur, nisi probetur amplius accepisse, & diximus *in cap. antecedenti n. 2. & diximus tract. 3. lib. 7. cap. 6. n. 31. Zabel. in summ. tractatum S. administrat. n. 8. & in S. tutelam. 19.**

Limitatur septimo, ut tutores, vel curatores, cæterique administratores non teneantur solvere fructus, quos debent, juxta valorem, quem habuerunt extra forum: quia in rebus comestibilibus, & annona æstimanda semper fori publici valor æstimandus est *Gratian. cap. 811. n. 17. Mascard. de probat. concl. 1306. à num. 35. Hees. de ration. redd. loc. 9. à num. 187. Posth. var. resol. 5. & de subhastat. inspect. 7. à n. 3. atque ad probandum fructuum valorem articulandum est ita pluribus diebus communiter venditos esse Hees. supran. 188. Escob. de ratioc. cap. 17. à n. 20. nec augetur valor fructuum, si extra forum loci plaris vendi possunt Hees. sup. n. 189. Afflict. dec. 316. à n. 7. quare, ut valor dicatur probatus, necesse est, ut testes simul deponant ita communiter venditos fuisse Hees. num. 192. ubi alios refert, & sic emens frumentum ad pretium, quo vendatur mense Maij, non tenetur ad summam immoderatam, si superveniat penuria, & carestia, cum multis Hees. sup. n. 192.*

Limitatur octavo, ut non teneantur solvere pro pretio habito extra forum,

rum, in quo sita sunt prædia, de quorum fructuum æstimatione controversia est *Posth. var. resol. 5. n. 12. Heef. de ration. redd. loc. 9. à n. 193. Escob. de ratioc. cap. 17. à n. 29. Posth. 113. n. 82. § 81. § à n. 123.*

100 Limitatur nono, ut debitor frumenti ad mensuram non teneatur reddere juxta mensuram traditionis, sed loci contractus *Heef. sup. à n. 197. Afflict. dec. 363. n. 5. Carpan. ad statutum Mediol. cap. 71. Roland. lib. 3. cons. 100. à n. 7. Mos. de contract. rub. de natura empt. n. 53. Surd. dec. 227. à n. 2. plures apud Cevalh. q. 733. à n. 9. Hermos. in l. 24. lib. 5. p. 5. glos. 2. à n. 53. Altimar. de nullitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 8. à n. 148.*

101 Unum hic tradere libet, quod licet, qui habet tres apochas solutionis pensionum trium annorum continuorum, habeat pro se præsumptionem solutionis *ex l. quicumque cod. de apochis lib. 12. Quasada Pillo cum multis cap. 36. n. 22.* tamen hoc non procedit in eo, qui habet apochas ab eo, qui nomine alieno, puta tutorio, curatorio, vel administratorio exigit *Quasada Pillo d. n. 22. Gratian. cap. 365. n. 51. Cavalcan. dec. 29. n. 42. p. 2. Franch. dec. 137. n. 2. ibi Amend. Riciol. § Lat. Luc. Amat. resol. 97. tom. 2. per tot. Latro dec. 27. à n. 22. Cancer. 1. var. cap. 14. à n. 71. Aylon ad Gomes 2. var. cap. 3. à n. 14. latè Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 160. n. 5. cum infinitis Altim. de nullit. in contract. rub. 1. p. 5. q. 47. à n. 384. Luc. de censib. discurs. 129. n. 5. Castill. de aliment. cap. 59. à n. 50. Cald. cas. 44.*

103 neque quando illæ tres solutiones non probentur per scripturas, sed per testes *Altim. sup. n. 384. Antonell. de tempore legali lib. 5. cap. 54. n. 6. Zabel. in summ. §. solutio n. 11. Maur. de solutionib. cap. 36. neque quando una solutio fuit facta pro tribus annis Gratian. decis. 131. n. 1. Posth. resol. 49 Castill. d. cap. 39. n. 31. § 32. Altim. d. n. 384. neque quando solutio non est facta pro tribus annis proximè præte-*

ritis ante motam litem *Altim. sup. num. 386. Frenel. dec. 137. ibi Luc. recens Amend. Gal. de fructib. disp. 8. art. 1. n. 38. neque quando personæ sunt diversæ Altim. sup. 82. Cancer. 2. var. cap. 6. n. 73. Gal. sup. art. 4. à n. 38. Gratian. c. 716. n. 12. Menoch. lib. 5. præsumption. 139. per tot. Bich. dec. 373. à n. 1. Cost. de retrotraction. c. 8. cas. 14. Merlin. dec. 132. § 839. n. 3. Capic. Latro dec. 27. n. 2. Francisc. de Angel. d. q. 3. n. 30.*

CAPUT XI.

Utrum actione tutelæ interesse lucri cessantis, & damni emergentis peti possit?

SUMMARIUM.

- 1 *Actione tutela venit quod pupilli interest propter factum, vel omis- sum, quod fieri, vel omitti non debebat.*
- 2 *Interesse diffinitio traditur.*
- 3 *Dupliciter dividitur.*
- 4 *Nostri interest, quantum nobis abest, quantum lucrari potuimus.*
- 5 *Interesse damni emergentis, & lucri cessantis duplex est, damni emergentis exempla sunt detrimentum, quod patitur creditor ex causa debitoris ob solutionem non factam, ex quo res suas viliori pretio cogitur vendere, ut creditoribus suis satisfaciat.*
- 6 *Et quando domus, vel simile ædificium præ lapsu, & casu, vel ruina ejus ex causa pecuniæ non soluta reficere nequit.*
- 7 *Et quando venditor rem tradit absque solutione pretii ex quo utroque carens damnum patitur, scilicet, quantitas fructuum, quos ex re vendita percepisset.*
- 8 *Et vice versa quando emptor pretium tradit, & res emptæ sibi non traditur.*
- 9 *Et quando tutor legatū repudiavit, aut bonorum possessionem in pupillum delatam.*

- 10 Quod non potest renunciare pupillus, neque ejus tutor sine solemnitatibus in alienationibus necessariis.
- 11 Et quando tutor temerè, & inconsultò ab hereditate paterna abstinent.
- 12 Et quando creditor ob non solutam pecuniam à debitore suo usuras, cambia, pœnam, aut census solvit.
- 13 Vel non emit suis temporibus necessaria ad victum, aut vestitum illius, & familie sue, & postea majori pretio emit.
- 14 Et quando tutor, quæ servando servari non poterant, non vendit, aut sine solemnitatibus, vel non locavit, quæ locanda erant, aut fecit, omisitque quod patrimonium diminuit.
- 15 Tutor regulariter de dāno emergente tenetur in omnibus iis casibus, in quibus debitor de illo creditori tenetur.
- 16 Lucri cessantis exempla sunt amissio lucri à creditore ob pecuniam sibi non solutam debito tempore: & quando tutor repudiavit hereditatem pupillo delatam.
- 17 Et quando tutor reliquatus non fecit quòd minor de curata re provideretur, saltem ad litem, ut eidem minori debita solverentur, quod extenditur ad heredem tutoris.
- 18 Tutor finita tutela, eam non restituens, vel reliqua non solvens, ad usuras, vel interesse lucri cessantis tenetur, & ita ejus heres.
- 19 Idem quando tutor pecunias penes se habens, data occasione, prædia, & census non emit.
- 20 Vel necavit servum heredem institutum ante hereditatem additam, quia tunc de servi, & de hereditatis aestimatione tenetur.
- 21 Tutor onerandus est de omni lucro, quod pupillo per tutorem acquiri poterat.
- 22 Et regulariter de lucro cessante pupillo tenetur in casibus omnibus, in quibus debitor creditori tenetur.
- 23 In extrinsecum, & intrinsecum interesse dividitur: intrinsecum in valore rei, & in adjacentibus consistit.
- 24 Et quando hoc interesse contingat, ponitur exemplum, & in ejus aestimatione ratio affectionis habetur.
- 25 Si tutor, vel curator res pupilli non tradat per juramentum in litem affectionis, prædia Judicis taxatione, aestimatio quanti plurimi probatur.
- 26 Extrinsecum interesse quale sit, diffinitur.
- 27 Et per juramentum in litem similiter probatur.
- 28 Interesse damni emergentis ob moram debitoris debetur creditori damnum patienti, sive solitus sit negotiari, sive non; interesse lucri cessantis non, nisi creditor solitus negotiari sit.
- 29 Ad interesse damni emergentis mora in debitore probari sufficit, & damnum in creditore passum, & per quas causas ostendatur, aliqua traduntur.
- 30 Ad interesse lucri cessantis sex probanda sunt, primum, scilicet, quòd lucrum prætendens solitus negotiari sit.
- 31 Quòd lucrum verè, & realiter cessavit secundo requiritur, quòd probetur.
- 32 Et non debetur, si solum de hoc per confessionem partis constet.
- 33 Nisi probet quòd ceteri negotiatores ejusdem conditionis, & qualitatis communiter lucrantur, & lucrari consuevere ad rationem, puta 10. pro 100.
- 34 Et quòd solitus erat negotiari tempore, quo debitor fuit in mora, & ante, neque sufficit unicus, vel duplex actus negotiationis probatus.
- 35 Quòd mercator sit, non requiritur probari.
- 36 Sed sufficit probare, quòd prætendent

- dens lucrum solitus sit convertere pecunias suas in negotium toties, quoties illas habet.*
- 37 *Probando quo tempore mora occasio emendi fundum, annum redditum, vel quid simile extabat, quia tunc interesse lucri cessantis moroso debitori debetur.*
- 38 *Si de facto prædia, census, vel pecunias ad lucrum dare solebat, alia non requiritur probatio, ut lucrum cessans debeat a debitore moroso.*
- 39 *Tertio requiritur, quod lucrum sit in potentia proxima, non in remota, quod exemplificatur, & tandem arbitrio Judicis relinquitur.*
- 40 *Quarto requiritur lucrum cessavisse ex causa pecuniæ non habitæ ob moram debitoris.*
- 41 *Quinto, quod creditor totum lucrum, quod facere poterat, non exigat, sed quid minus arbitrio Judicis, seu boni viri.*
- 42 *Sexto requiritur, quod testes deponentes de lucro, rationem reddant sui dicti, licet non interrogentur.*
- 43 *Ad probandum lucrum cessans juramentum in supplementum non defertur.*
- 44 *Factis tamen probationibus de interesse Judex, ejus officio implorato, quantitatem taxare potest, vel juramentum circa quantitatem deferre.*
- 45 *Interesse lucri cessantis, vel damni emergentis debitum ex contractibus innominatis, prævia Judicis taxatione probari potest per juramentum in litem damnum passi, sicut in contractibus bonæ fidei, & stricti juris.*
- 46 *Illatio damni non probatur per juramentum passi, sed tantum damni quantitas.*
- 47 *Lucrum cessans, & damnum emergens inter se conveniunt, quia sine mora utrumque non debetur.*
- 48 *Etiam stante pacto, ut citra moram præstetur.*
- 49 *Duplex mora est, una irregularis, qua in contractibus correspectivis contrahitur, in quibus ultro, citroque obligatio oritur, & uno implente ex parte sua, statim alius in mora constituitur absque ulla interpellatione.*
- 50 *Et ita morosus damnum subit, & lucrum non sentit.*
- 51 *Alia mora regularis dicitur indigens interpellatione, ut contrahatur.*
- 52 *Et sine petitione non contrahitur, etiam si debitum sit contractum instrumentum garentigiaro.*
- 53 *Mora per lapsum diei contrahitur.*
- 54 *Nisi dies appositus sit pro solutione facienda, & non pro tempore, seu contractu finiendo.*
- 55 *Vel nisi contractus conditionalis sit, quia eventus conditionis interpellat pro homine.*
- 56 *Vel nisi obligatio jurata sit, vel debitum ex causa dotis.*
- 57 *Vel nisi obligatio facti sit.*
- 58 *Vel nisi obligatio respiciat favorem Ecclesie.*
- 59 *Vel minorum, quorum favore etiam sine interpellatione mora contrahatur.*
- 60 *Minor quando constituatur in mora, vel non.*
- 61 *In obligationibus facti post moram, ex natura obligationis, obligatio, & interesse succedit.*
- 62 *In obligationibus dandi ex sola mora interesse damni non debetur, quod mirabili exemplo fulcitur, cum in obligationibus dandi obligatio, & interesse non succedat.*
- 63 *Nisi obligatio ad dandum tertio pro me sit, quo casu obligatio, & interesse succedit.*
- 64 *In omnibus obligationibus, in quibus ultra moram per lapsum temporis interpellatio adsit, damnum reficiendum est.*
- 65 *Ad quod unica interpellatio sufficit.*
- 66 *Sive judicialis, sive extrajudicialis: sed in eo, qui ad aliquid tenetur Judicis officio sine actione judicialis*

- cialis interpellatio requiritur; & quando interpellatio in mora constituat, remissivè.*
- 67 *In obligationibus, ubi ultra moram dolus adversarii concurrat, omne damnum rescindi debet.*
- 68 *Qui dolo, injuria, seu maleficio damnum dedit, ad interesse lucri cessantis tenetur.*
- 69 *In maleficio, sive dolo rei conventi ratio interesse extrinseci habetur etiam pro frumento, vino, oleo, tigno, vestibus, & similibus.*
- 70 *In delictis omne interesse venit.*
- 71 *Si ab initio in contractu damnum prævisum sit, vel in pactum deductum, si contingat, rescindi debet.*
- 72 *Imò, & ante moram percipi potest, ut credens conservetur indemnis ab usuris, quas ipse solvit.*
- 73 *Pactum de præstando interesse post moram valet, non expressa certa quantitate, & ita præmittere censetur quantitas, quæ probabitur.*
- 74 *Sed simile pactum de præstanda certa quantitate, si interesse sit verosimile, non valet, nisi fiat inter socios, vel inter venditorem, & emptorem ratione fructuum, vel in cambiis; & vide infra à n. 93.*
- 75 *Si creditor denunciât debitori damnum eminens, & contingat rescindi, tenetur.*
- 76 *Quando interesse debetur lucri cessantis, tantum primæ negotiationis interesse præstabitur, & non sequentium.*
- 77 *Interesse processus in infinitum non admittitur, cum limitatum esse debeat, & duplum excedere nequit.*
- 78 *Sed si re vera interesse prætendens illud plurimum annorum probat, ei debetur; & sic fallit dictum supra n. 76.*
- 79 *Et quando interesse damni debetur pro singulo anno, durante mora.*
- 80 *Et quando quis ex pecunia debita empturus erat fundum, aut censum annuum, ex quo annuatim lucrum percepisset, quia tunc poterit à debitore prætere, qui semper est in mora.*
- 81 *Pactum, ut juramento creditoris super interesse stetur, valet.*
- 82 *Fallentias supradictæ conclusionis referuntur.*
- 83 *Quando de interesse interesse debeat, sub distinctione declaratur, & n. 84. & 85.*
- 84 *An de lucro præviso etiam percipi possit, etiam citra moram, disputatur, & n. 87.*
- 85 *An mutuans possit recipere aliquid ultra sortem ratione periculi, vel ratione damni, disputatur, & n. 89.*
- 90 *Pactum tamen, ut si non reddatur mutuum tempore convento, mutuans capiat pecuniam damno mutuatarii, valet.*
- 91 *Abque eo, quod de aliquo interesse damni, aut lucri doceatur.*
- 92 *Ut creditor pecunias capiat lapsa tempore, non admonito debitore, pactum confici potest.*
- 93 *An in mutuo à principio certum quid annuum, loco interesse percipi valeat, sub distinctione resolvitur; & n. 94.*
- 94 *Interesse lucri cessantis mutuanti non debetur.*
- 95 *Sed interesse intrinsecum debetur.*
- 96 *An debeatur ante moram, vel post, vel à litis contestatione sub distinctione, resolutum traditur.*
- 97 *Per oblationem factam etiam pupillo, præsentem tutore, mora purgatur.*
- 98 *Dicta supra n. 34. & 35. procedunt quando occasio fuerit opportuna, & individualis, quia non sufficit generalis investiendi pecunias in emptiones.*
- 99 *Quæ quidem occasio magis facilis, & parata in urbe, quam oppidis, & pagis censetur.*
- 100 *Et probata dicitur, quando per testes, vel proxenetas constat adfuisse, licet personæ non nominentur.*
- 101 *Cessante damno emergenti, vel lucro*

cro à jure non debentur, non probatisque requisitis, tutor, & qui libet alius onerandus non est.

ULpianus in l. tutor 7. verj. si quis igitur ff. de administrat. & pericul. tutor. dicit quod actione tutelæ venit, quod pupilli interest propter factum, vel omisum, quod fieri, vel omitti non debuit, & ita interesse definitur, quod sit *damnum emergens, vel lucrum cessans propter factum, vel omisum, quod fieri, vel omitti non debuit.* Ex glos. communiter recepta in l. unic. cod. de sentent. qui pro eo quod interest, proferuntur, Felic. de societ. cap. 24. n. 2. Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. per tot. Escob. de ratioc. cap. 15. per tot. & ita duplex est interesse, scilicet lucri cessantis, & damni emergentis, & ad utrumque interesse tutor, curator, & socius tenetur Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 56. ex ea ratione, quia interest, quantum nobis abest, quantumque lucrari potuimus l. si commissa 13. ff. rem ratam haber. l. 1. cod. de sentent. qui pro eo, quod interest, profer. ubi Barb. Bruneman. Peres, Zoz. Staiban. in tract. de interess. lib. 1. q. 1. 2. & 3. Castes. & Sabel. verbo interesse, Ord. lib. 4. tit. 70.

Interesse damni emergentis, & lucri cessantis duplex est: nam interesse damni emergentis est detrimentum, quod patitur creditor ex causa debitoris, ut quia pecunia carens res suas vendere cogitur viliori pretio, ut suis creditoribus satisficiat, vel si ædes, vel simile ædificium prolapsum, & casum, vel ruinam ejus rificere non potest ex causa pecuniæ non solutæ; glos. in cap. cum allegas de usur. Felic. de societ. cap. 24. n. 3. Sotus lib. 6. de just. & jur. q. 1. art. 3. Navar. in manuali cap. 17. n. 21. & de usuris notat. 15. n. 4. Lup. de usur. commentor. §. 6. n. 102. Graf. in suis dec. aureis 1. p. lib. 2. cap. 105. vel si venditor tradidit rem venditam, non soluto pretio carens re, & pretio mora emptoris, ita ut istud damnum

fit quantitas fructuum, quod ex re vendita percepisset, si eam non tradidisset Petrus Barb. in l. de divisione ff. solut. n. 13. vel quia emptor dedit pretium, & res non fuit tradita, ita ut istud damnum sit quantitas fructuum, quos erat percepturus Hond. conf. 30. n. 23. lib. 1. Gal. de fructib. disp. 25. n. 15. vel quia tutor repudiavit legatum, cujus dominium erat in pupillum translatum, aut bonorum possessionem in pupillum delatam Botillierius de success. ab intestat. theor. 82. n. 8. Barbof. de potestat. Episcop. alleg. 95. num. 54. Molin. de just. disp. 4. 68. quod non potest renunciare pupillus ex Gam. 1. var. cap. de restitutione minorum n. 14. nec ejus tutor sine solemnitatibus in alienationibus necessariis, de quibus tract. 3. lib. 7. cap. 3. per tot. Botillier. supra n. 9. Lambertin. de jur. patronat. art. 5. q. 2. principal. sub n. 10. vel quia tutor abstinuit temerè, & inconsultò ab hæreditate paterna ex leum, qui 4. cod. arbitr. tutel. 17. ff. locati, Manz. de tutel. 3. p. tit. 3. n. 56. vel quia creditor ob non solitam pecuniam ob moram debitoris usuras, vel cambia, vel pœnam solvit, aut census Hondend. dict. n. 23. Gal. de fructibus, disp. 25. art. 2. n. 15. vel quia ob non solutam pecuniam creditor non emit suis temporibus necessaria ad victum, & vestitum illius, & familiæ suæ, & postea maiori pretio emit, ex DD. quos longa manu citavimus tract. 2. lib. 8. cap. 21. n. 24. & tract. 1. lib. 3. cap. 12. n. 78. quos vide, & casus ibi relatos, & tract. 3. lib. 7. cap. 6. n. 39. vel quia tutor res, quæ servando servari non poterant, non vendidit, ut diximus tract. 3. lib. 7. cap. 1. n. 36. vel vendidit sine solemnitatibus, ut diximus dict. tract. 3. lib. 7. cap. 2. & 3. per tot. vel non locavit res, quæ locandæ erunt, ut diximus dict. tract. 3. lib. 7. cap. 10. per tot. vel denique aliquid fecit, aut omisit, per quod patrimonium pupilli diminutionem passum fuit, & regulariter de damno emergenti tenetur in omnibus casibus, in quibus

quibus debitor de illo creditori tenetur, quod vide apud citatos DD. *Luc. de usur. discurs. 15. per tot. Staib. de interesse lib. 1. q. 18. ubi per tot. refert casus, in quibus locum habet Reynof. obs. 9. ubi Additio Ord. lib. 4. tit. 70.*

- 16 Interestē lucri cessantis est amissio lucri, facta à creditore ob pecuniam sibi debitam, & non solutam à debitore debito tempore DD. *in l. unic. cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferuntur, Felic. de societ. cap. 24. n. 4. & ferè omnes DD. suprà citati, ut quia tutor repudiavit hæreditatem delatam pupillo, ut diximus tract. 3. lib. 6. cap. 31. per tot. vel quia tutor reliquatus non fecit, quod minor de curatore provideretur saltem ad litem, ut eidem minori reliqua solverentur, ut tradit Escob. de ratioc. cap. 15. n. 37.*
- 17 ubi idem dixit de hærede tutoris; vel quia tutor finita tutela eam non restituit, & reliqua non solvit: quia ad usuras, seu interestē lucri cessantis tenetur, *Escob. sup. n. 41. ubi idem docet de hærede tutoris; vel quia tutor pecuniis, quas penes se habet, data occasione, prædia non comparavit, ut diximus tract. 3. lib. 7. cap. 6. per tot. census non emit, ut diximus dict. lib.*
- 18 *7. cap. 9. per tot. vel necavit servum pupilli hæredem institutum, antequam hæreditatem adiret: quia occidens servum alterius hæredem institutum, antequam hæreditatem sibi relictam adeat, non solum de servi, sed de hæreditatis æstimatione tenetur Escob. dict. cap. 15. n. 8. ubi multos refert, & generaliter tutor est onerandus de omni lucro, quod pupillus habere poterat, si tutor non fecerat, quod facere non deberet, vel non omitteret, quæ omittere non debebat, quia tutor non solum tenetur tueri, & conservare bona pupilli, sed etiam omnibus licitis modis ei tenetur acquirere, ut latè diximus tract. 3. lib. 6. cap. 30. per tot.*
- 20 quod vide; & regulariter de lucro cessanti tenetur pupillo in omnibus casibus, in quibus debitor creditori tene-

tur, quos vide apud DD. citatos, & ultra eos apud citandos *Staiban. de interesse lib. 1. q. 16. & 17. per tot. Pegas forens. cap. 3. à n. 678. ad n. 703.*

Dividitur interestē in extrinsecum, & in intrinsecum. Intrinsecum consistit in valore rei, & in adjacentibus *ex Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. n. 8. & 11. Bart. in l. unic. cod. de sentent. qui pro eo, n. 2. Escob. de ratioc. cap. 15. n. 14. & quia valor est variabilis, ut diximus tract. 1. lib. 1. cap. 11. à n. 17. debitore in mora existente, contingere potest, ut interim res effecta sit melior, & ita est restituenda; & si fiat deterior, non admitti debet debitor amplius ad illam præstandam, cum hoc sit damno creditoris; ideo debitor tenetur ad rei æstimationem, quam res ipsa habuit, à tempore moræ *l. datio 3. §. si per venditorem ff. de actionib. empt. l. 2. ff. de tritico, Gal. sup. n. 9. quæ æstimatio dicitur quanti plurimi, quia in eo habetur ratio affectionis, Gal. cum multis sup. n. 6. & 9. & ita, si tutor, vel curator non tradat res pupilli, deferri debet juramentum in litem affectionis, quo prævia Judicis taxatione, probatur æstimatio quanti plurimi, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 96. usq. ad 101. ubi vide, quia hinc repeti non debent Staib. de interesse lib. 1. q. 18. n. 4. & sequentibus, Ord. lib. 4. tit. 70. §. 1. Sousa in §. actionum 28. Inst. de actionib. 3. p. n. 67.**

Extrinsecum interestē: est illud, quod non ex re, sed occasione rei contingere solet. *Gal. sup. n. 12. Bart. in l. quod procurator ff. de procurat. & in dict. l. unic. Petr. Lorit. de eo, quod interest, Escob. sup. à num. 13. & 14. quod etiam probatur per juramentum in litem, prævia Judicis taxatione, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 1. n. 101. Staib. sup. & lib. 1. quæst. 24. per tot.*

Differt interestē damni emergentis ab interestē lucri cessantis, quia interestē damni emergentis debetur creditori, ob moram debitoris damnum patientis, sive solitus sit negotiari, si-

29 re non : at interesse lucri cessantis non debetur creditori ob moram debitoris, nisi creditor solitus sit negotiari, ita ut ad interesse damni emergentis sufficiat probari mora in debitore, & damnum in creditore propter carentiam pecuniæ sibi debitæ, ut puta, quod totidem pecunias sub usuris accepit, vel censum fecit, vel incideret in poenam, vel quod collapsas ædes reficere non potuit, vel quod annonam carius emit, quàm emisset, si pecunias habuisset, vel quod à creditoribus suis executionem passus fuit, & ejus bona vendita, quæ vendita non essent, si debitam pecuniam habuisset, aut simile *ex Alex. lib. 5. conf. 141. n. 3. Mascard. de probat. concl. 933. n. 8. Felic. de societ. cap. 24. n. 36. Riminald. Junior, lib. 7. conf. 815. n. 16. Hondend. conf. 50. n. 30. Lup. de usur. comment. 1. §. 6. à n. 116. Farin. in report. de contract. q. 35. per tot. Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. à n. 39. Rocca disp. selectar. cap. 73. per tot. Staiban. d. q. 18. à n. 4. cum sequentib. Portug. cum multis de donationib. lib. 1. prælud. 2. §. 1. à n. 126.*

30 At verò quo ad interesse lucri cessantis sex requisita sunt probanda. Primò requiritur, ut qui lucrum præ tendit, sit solitus negotiari *ex l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. n. 47. Mascard. de probat. concl. 933. à n. 1. Valasc. conf. 107. n. 6. Felic. de societ. cap. 24. n. 27. § 41 Farin. in report. de contract. q. 35. per tot. Escob. de ratioc. cap. 15. à n. 1. & alij, quos citavimus tract. 1. lib. 3. cap. 12. n. 77. § 78. § tract. 2. lib. 8. cap. 21. n. 24. Staib. de interesse lib. 1. q. 16. n. 8. 9. 10. § 11. vel per se, vel per alios Staiban. d. n. 10. cum multis Sabel. in summa verbo interesse n. 6.*

31 Secundo requiritur, quod probetur, quod lucrum verè, & realiter cessavit *Gal. sup. n. 49. Valasc. conf. 117. n. 5. Menoch. conf. 1180. n. 18. Escob. dict. cap. 15. à n. 20. Felic. à n. 37. Farin. referens plures dict. q. 35. ita, ut non debeatur, si solum de hoc per*

confessionem partis constet, *Menoch. conf. 1027. n. 5. Gal. dict. num. 49. nisi 33 probet, quod cæteri negotiatores ejusdem conditionis, & qualitatis communiter lucrantur, & lucrari consueverunt ad rationem, puta, decem pro centum, deductis expensis, cum multis Felic. dict. n. 37. Escob. dict. cap. 15. à n. 20. cum plurib. seqq. Gam. dec. 110. n. 21. Gal. dict. n. 49. & quod solitus 34 erat negotiari tempore, quo debitor fuit in mora, & ante : nam si à tempore moræ negotiari incipiat, hæc probatio ei non sufficit, sicut non sufficit unicus, vel duplex actus negotiationis probari : utrumque docet Felic. dict. cap. 24. n. 39. § 40. Staiban. d. q. 16. n. 12. § 13. plures citans.*

Ad hunc effectum non requiritur 35 probari, quod præ tendens interesse lucri cessantis sit Mercator, quia licet Mercatores negotio expositi semper præsumuntur lucrari, si suam pecuniam habuissent *Escob. dict. cap. 15. n. 23. § 24. tamen sufficit probari, 36 quod præ tendens lucrum sit solitus convertere pecunias suas in negotium toties, quoties illas habet Gal. sup. n. 48. in fin. Felic. n. 57. Surd. dec. 161. à n. 1. 37 idèd, si deinde probat, quod tempore moræ extabat occasio emendi fundum, aut annum redditum, vel quid simile, interesse lucri cessantis à moroso debitore creditori debetur *Gal. de fruct. disp. 20. art. 5. n. 10. § disp. 25. art. 2. n. 49. § disp. 35. n. 13. Barb. in l. 2. ff. solut. 1. p. in princip. n. 51. Cov. 3. var. cap. 1. per tot. Mascard. d. concl. 933. n. 24. Menoch. conf. 7. n. 16. Scac. de comerc. §. 1. q. 7. p. 7. ampli. 8. n. 222.**

& fide facto prædia, census, vel pecunias ad lucrum dare solebat, alia non 38 requiritur probatio, ut lucrum cessans à debitore moroso consequi possit *Gal. dict. n. 49. Barb. in dict. l. de division. n. 52. & ita me Judice, & duobus peritissimis collegis in Senatu Portuensi fuit judicatum apud Scribam Ludovicum Vas de Siqueira Staiban. d. q. 16. à n. 14. Sabel. in summa verbo interest. n.*

6. ubi multos citat *Reynof. obs. 9. n. 13* & *Additio ad n. 13.*

39 Tertio requiritur, quod lucrum sit in potentia proxima, non in remota, hoc est, quod creditor habuit præ manibus merces, prædia, census, vel pecora, ex quibus tot fuisset lucratus *Barb. sup. n. 28. Valasc. dict. conf. 107. n. 6. Menoch. d. conf. 1180. n. 20. ex l. naturalia 5. §. 1. ff. de acquirend. rer. domin. §. illud, Inst. de rer. division. l. quemadmodum 29. §. si navis ff. ad leg. Aquil. Escob. dict. cap. 15. n. 13. § 14. 15. § 16. cum seqq. Felic. de societ. dict. cap. 24. à n. 41. usque ad 50. referendo opiniones in puncto, hoc Judicis arbitrio relinquit n. 49. § 50. qui, considerata frequentia occasionum, secundum morem civitatis punctum resolvit, optimè *Ansald. de comerc. § Mercatur. discurs. 87. per tot. Staiban. d. q. 16. n. 18. cum sequentib.**

40 Quarto requiritur, quod luerum cessaverit ex causa pecuniæ non habitæ ob moram debitoris, ita ut si ex alia causa cessaverit, non debeatur lucrum *Menoch. dict. conf. 1180. num. 22. Hondend. lib. 1. conf. 50. n. 30. Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. n. 49. Gam. dec. 110. n. 24. ubi exemplificat, si creditor fuerit in carcere, sed exemplum non est bonū, quia plerumque per institores negotiatur Gal. dict. n. 49. prope finem, Staiban. d. q. 16. n. 16.*

41 Quinto requiritur, quod creditor non exigat totum lucrum, quod facere poterat, sed quid minus arbitrio Judicis, seu boni viri *Gal. dict. n. 49. in fn. Menoch. dict. conf. 1180. n. 23. Barb. sup. n. 32. Gam. sup. n. 14. Felic. dict. cap. 24. à n. 67. Escob. dict. cap. 15. Staiban. d. q. 16. n. 38.*

42 Sexto requiritur, quod probatio lucri fiat per testes, qui reddant rationem sui dicti, etiam non interrogati *Gal. sup. n. 51. Gam. num. 14. Valasc. dict. conf. 107. n. 11. nec defertur juramentum in supplementum Gam. dict. n. 14. Gal. dict. num. 51. Valasc. dict. conf. 107. per tot. sed benè potest Judex, ejus*

officio implorato, factis probationibus de interesse, taxare quantitatem *Gam. n. 14. Gal. dict. n. 51. Surd. conf. 317. n. 55. vel deferre juramentum circa quantitatem Gal. dict. n. 51. Felic. dict. cap. 24. n. 54. Escob. dict. cap. 15. n. 28. ubi ait, quod interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quando est debitum ex contractibus innominatis, prævia Judicis taxatione, potest probari per juramentum in litem damnum passii, sicut in contractibus bonæ fidei, & stricti juris Escob. dict. n. 28. § 29. Farin. in report. de contract. q. 36. per tot. ubi multos citat, ubi num. 3. cum Mascard. concl. 471. n. 24. asserit quod juramento damnum passii non creditur super illatione damni, sed tantum super quantitate Saiban. de interesse lib. 1. q. 24. per tot.*

Conveniunt: quia citra moram nullum interesse debetur, sive lucri cessantis, sive damni emergentis, etiam si creditori contingat damnum *l. socium 61. ff. pro socio, l. 2. §. si navis ff. ad legem Rodiam, l. lecta ff. si certum petatur, Otobon. postea Pontifex Alexander Octavus, dec. 81 num. 13. Gal. de fruct. ib. disp. 25. art. 2. n. 16. Felic. de societ. cap. 14. n. 7. Turr. de cambiis disp. 2. q. 24. n. 39. Scac. de comerc. §. 1. q. 7. p. 2. n. 100. Lup. ad leg. curabit, cod. de act. empt. n. 109. Hondend. conf. 50. n. 23. Barb. in l. 2. ff. solut. 1. p. n. 48. Mascard. de prob. concl. 933. n. 34. Menoch. conf. 888. n. 21. Cov. 3. var. cap. 4. n. 5. glos. in cap. conquestus de usur. DD. in l. insulam 124. ff. de verbor. obligat. Escob. de ratiocin. cap. 15. per tot. etiam stante pacto, ut citra moram interesse præstetur *Gal. sup. dict. n. 16. Turr. dict. q. 24. n. 40. de quo infra Hermosil. in l. 8. tit. 1. p. 5. glos. 1. à n. 2. Rocca disp. selectar. c. 73. n. 1. § 2. § à n. 43. Staiban. de interesse lib. 1. q. 17. à n. 28.**

Mora duplex est, una, quæ dicitur irregularis, & contrahitur in contractibus correspectivis, in quibus ultrò, citròque oritur obligatio, statim ac unus implevit ex parte sua, & alius non

non implevit, & ad hujusmodi moram non est necessaria interpellatio *Castrens. in l. naturalis §. cum damnum ff. de præscript. verb. Menoch. de arbitr. judicium cas. 220. n. 22. Gal. sup. n. 17. Pichard. in tract. de mora, cujus effectus est, ut morosus non censeat lucrum, sed damnum subeat l. in fidei 3. ff. de usur. glos. in l. §. si 25. §. fin. ff. eodem, Gal. dict. n. 17. Hermosil. in l. 10. tit. 1. part. 5. glos. 4. à n. 299. Cyriac. contr. 481. Gufm. de evictionib. q. 4. n. 6. §. q. 5. à n. 20.*

51 Alia, quæ regularis dicitur, quæ ut contrahatur, interpellatio requiritur *l. si ex legati causa 33. ff. de verbor. obligat. l. Titia Seyo 89. §. usuras ff. legatis 1. Barb. in l. mora 10. ff. solut. n. 9. Gal. sup. n. 18. & sine petitione contrahitur, l. nulla 88. ff. de reg. jur. Surd. dec. 80. n. 1. §. 211. n. 9. Gal. dict. n. 18. etiam si debitum sit contractum instrumento guarentigiaro Surd. dec. 179. n. 11. Gal. dict. n. 18. & licet mora per lapsum diei contrahatur *l. trajecticia 22. ff. de act. §. obligat. Gal. dict. n. 18. Barbos. in dict. l. mora n. 10. nisi dies sit appositus pro solutione facienda, & non pro tempore, seu contractu finiendo Felic. dict. cap. 24. à n. 10. ad 39. latè Farin. in reportor. de judic. q. 75. n. 3. 4. §. 5. Menoch. cas. 220. vel nisi contractus sit conditionalis, quia eventus conditiones interpellat pro homine Farin. cum multis dict. q. 75. n. 10. vel nisi obligatio sit jurata Menoch. sup. n. 21. Farin. n. 11. Felic. dict. cap. 24. n. 15. nisi debitor sit causa dotis Farin. n. 15. Menoch. n. 23. nisi obligatio sit facti Farin. n. 14. §. reportor. de contract. q. 43. num. 11. Menoch. dict. cas. 220. ubi quindecim tradit casus, in quibus interpellatio non requiritur, nisi obligatio respiciat favorem Ecclesiæ Menoch. sup. n. 18. Farin. dict. q. 75. n. 12. vel minorum, quorum favore etiam sine interpellatione mora contrahitur *ex l. in minorum cod. in qq. casib. restitut. non est necessaria, Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. n. 19. Surd. dec. 25. n. 15. §. 179.***

n. 6. Mantio. de conjectur. lib. 7. tit. 10. n. 28. Franch. dec. 16. per tot. Escob. de ratioc. cap. 15. à n. 32. Farin. in report. judiciali q. 75. n. 13. Menoch. dict. cas. 220. à n. 18. Marefcot. 2. var. cap. 124. per tot. Staiban. de interesse lib. 1. q. 19. à n. 37. §. q. 20. n. 21.

Minor tamen non constituitur in mora per interpellationem factam sine Judicis decreto, quando est facta super re, quæ non potest sine decreto alienari, siue minor sit impubes, siue pubes, siue curatorem habeat, siue non, prout tradit, relatis, & refutatis contrariis, *Symoncel. de decreto lib. 2. tit. 6. inspect. 12. n. 116. Farin. in reportor. judiciali q. 75. n. 22. ubi alios habes, latè Scop. ad Gratian. obs. 73. per totam videndam.*

61 Difficultas verò est: utrum ex sola mora per lapsum temporis contracta interesse damni emergentis debeatur? Quam ut tollere valeamus, sequentes conclusiones faciemus. Prima est, quod in obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse ex natura obligationis *ex l. stipulationes non dividuntur 72. ff. de verbor. obligat. l. quoties 59. ff. eod. Bald. lib. 1. cons. 493. n. 5. Gal. de fruct. disp. 25. art. 1. n. 3. latè Staiban. de interesse lib. 1. q. 21. per tot.*

62 Conclusio secunda erit, quod in obligationibus dandi ex sola mora non debetur interesse damni *ex l. si sterilis 22. §. cum per venditorem ff. de actionib. empt. ubi ad literam habetur, quod venditor frumenti, qui fuit in mora tradendi, non tenetur emptori ad reficiendum damnum servorum, qui fame perierunt ob defectum frumenti: nam in hujusmodi obligationibus non fit mutatio, nec succedit obligatio ad interesse l. si servus §. fin. ff. de verbor. obligat. sed manet eadem obligatio, & cogitur debitor præcisè ad dandum *ex l. ubi autem §. fin. ff. eodem; nisi sit obligatio ad dandum tertio pro me; quia tunc est factum respectu mei, & succedit obligatio ad interesse; Gal. sup. dict.**

dict. art. 5. n. 34. Rocca disp. select. cap. 73. à n. 10. § à n. 38.

- 64 Erit tertia conclusio, quod in omnibus obligationibus, in quibus ultra moram per lapsum temporis adfit interpellatio, damnum est reficiendum *l. si penum 27. ff. quando dies legati cedat, cap. pervenit, cap. constitutus de fideiuss. ibi Barbof. cap. dilecti de foro competentis, Mascard. concl. 933. n. 35. Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. num. 35. Lup. ad leg. curabit de act. empt. n. 103.*
- 65 ad quod sufficit unica interpellatio *ex Farin. in reportor. judicial. q. 75. n. 18. Roman. sing. 429. Menoch. de arbitr. cas. 220. à n. 25. sive sit judicialis, sive extrajudicialis Farin. sup. dict. n. 18. Roman. sup. § singul. 355. § 356. Duenb. reg. 181. Socin. reg. 191. Dias reg. 185. ubi an interpellatio constituat debitorem in mala fide, § reg. 355. § 356. Mascard. sup. n. 39. § 40. ubi quod requiritur judicialis interpellatio in eo, qui ad aliquid tenetur ex Judicis officio sine actione.*

- 67 Ulteriùs erit quarta conclusio, quod in omnibus obligationibus, ubi ultra moram adversarij dolus concurrat, omne damnum refici debet *l. numis 3. ff. de in litem jurand. l. si socium 61. ibi glos. ff. pro socio, l. Julianus 14. in princ. ff. de actionibus empt. l. proinde 22. l. inde Neratius ff. ad leg. Aquil. l. inficiando 69. § 1. ff. de furtis, Escob. de ratioc. cap. 15. n. 7. ubi docet, ut qui dolo, injuria, seu maleficio damnum dedit, ad interesse lucri cessantis teneatur, § n. 9. ubi resolvit quod in maleficio, sive dolo rei conventi habetur ratio interesse extrinseci, etiam pro frumento, vino, oleo, tigno, vestibus, & similibus, Gal. de fructibus disp. 15. art. 2. n. 38. ubi, quod in delictis venit omne interesse Renier. Budel. de monetis cap. 26. num. 11. Mascard. sup. n. 41. Othobon. dec. 211. n. 4. Scac. de merc. dict. § 7. q. 7. n. 456.*

- 71 Præterea erit quinta conclusio, quod si ab initio damnum sit prævisum, vel in pactum deductum, si contingat,

refici debet *ex l. Lucius 48. ff. de act. empt. l. si commissæ ff. rem ratam haber. Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. n. 36. imo, & ante moram potest pasci, ut credens conservetur indemnis ab usuris, quas ipse solvit Gal. dict. n. 36. Hondend. conf. 50. n. 15. § 41. lib. 1. & valet pactum de præstando interesse post moram, non expressa certa quantitate; & ita pasciendo, dicitur quis promittere quantitatem, quæ probabitur Felic. de societatis. cap. 24. n. 62. § 63. qui n. 64. proponit, utrum valeat pactum de præstanda certa quantitate, si interesse sit verosimile? Et relat. DD. pro una, & altera parte, resolvit negativè n. 67. nisi pactum fiat inter locios circa lucrum societatis, vel inter venditorem, & emptorem ratione fructuum, vel in cambiis, ut ait n. 67. 69. Gal. dict. art. 2. à n. 59. & dicemus infra à n. 93. Ansalv. de comere. discurs. 58. per tot. latè Staib. de interesse lib. 1. q. 12. per tot.*

Tandem sexta conclusio erit, quod si creditor denunciât debitori damnum eminens, & contingat, reficiendum est: aliàs secùs *l. si sterilis §. cum per venditorem ff. de act. empt. Gal. sup. n. 37. Peguera dec. 33. n. 10. § dec. 145. n. 7. qui alios referunt.*

Gravis etiam est difficultas: utrum, quando debetur interesse lucri cessantis, interesse primæ negotiationis tantum præstari debeat, vel sequentium? Negativè resolvunt *Barth. in l. si sic ff. de verbor. obligat. Barb. in l. de division. ff. solut. n. 28. Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. n. 54. dicendo, quod tantum debetur interesse primæ negotiationis contra Felic. de societatis. cap. 24. n. 55. Valasc. conf. 107. n. 7. Bursat. conf. 58. Escob. de ratioc. cap. 15. n. 27. quia daretur processus in infinitum, quod in interesse non admittitur: nam debet esse limitatum, & non debet excedere duplum *ex l. unic. cod. de sentent. quæ pro eo, quod interest, proferunt; & diximus tract. 2. lib. 7. cap. 2. n. 44. & ultra jura ibi citata Leos, l. ea lege, cod. de usuris**

ris, Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. n. 57. § 52. Hermos. in l. 10. tit. 1. p. 5. glos. 4. à n. 181.

78 Declara tamen prædictam resolutionem primò, ut non procedat, si re-
vera is, qui pertendit interesse, illud
probat etiam plurium annorum *Valasc. d. conf. 107. Gam. dec. 110. n. 20. Gal. sup. n. 56.* secundò, quando interesse damni
79 debetur pro singulo anno, durante mora *Felic. de societ. cap. 24. n. 58. Gal. sup. n. 55.* tertio, quando quis ex pecunia
80 debita erat empturus fundum, aut annuum censum, ex quo annuatim lucrum percepisset, quia tunc poterit à debitore pertendere, qui semper est in mora *Gal. sup. n. 55.*

81 Ulterius dubitatur: an valeat pactum, quod fitur juramento creditoris de interesse? Quam quæstionem
relolvunt affirmativè *Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. à n. 60. Felic. de societ. cap. 24. à n. 72. Bart. in l. hujusmodi 11. ff. de prætor. stipulat.* qui plures referunt: quod quidem pactum in hærede
82 creditoris, nec quando declaratio fit sine juramento, nec quando adest timor usurarum, nec quando debitor doceret de quâtitate interesse per veras probationes, nec quando creditor excedit modum in taxando, nec quando mutata est conditio creditoris, nec quando fit à tutore, cui talem conventionem facere non conceditur *Felic. dict. cap. 24. à n. 75. usque ad 81. Hermosil. l. 10. tit. 1. p. glos. 4. à n. 342. Leonard. de usuris q. 76. à n. 10. Staib. de interesse lib. 1. q. 24. n. 108. cum multis Castes. verbo interesse n. 10. Ægid. in l. ex hoc jur. 5. ff. de justit. 2. p. cap. 13. claus. 4.*

83 Prætereà dubitatur: an interesse alterius interesse debeatur? In quo dubio distinguendum est inter interesse, quod debetur principaliter, & interesse, quod debetur secundario, ita ut in primo casu dicendum sit, quod, si concurrant requisita à n. 30. ad 42. debeatur interesse alterius interesse, secundum *Cagnol. in l. curabit cod. de act.*

empt. n. 65. Menoch. de arbitr. cas. 119. n. 18. § cas. 1180. n. 8. Scac. de comerc. cap. 7. glos. 2. n. 37. ubi tamen distinguit, an interesse sit loco pænæ, Gal. de fructib. disp. 25. art. 2. n. 68. qui declarat, quod si sit interesse damni emergentis, deberetur etiam interesse de interesse, concurrente mora, & probatione damni Felic. dict. cap. 24. n. 58. Hondend. conf. 30. n. 161. Hermos. sup. n. 284. Heef. de rationib. reddend. loco 9. à n. 65.

84
85 At verò in secundo non debeatur interesse alterius interesse *Felic. de societ. cap. 24. n. 56. § 60. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 31. Hondend. conf. 50. n. 28. § 40. Escob. de ratioc. cap. 15. n. 24. Fontanel. dec. 104. n. 2. Hermosil. sup. optimè Heef. dict. loc. 9. à n. 65. ad n. 71.*

86 In materia etiam ventilatur: an possit pacisci interesse lucri prævisi, etiam citra moram, ut si quis habeat pecunias paratas ad negotiandum, vel ad cambium, vel ad emendos fundos, aut census, à quo desistet, ut mutuet pen-
87 tenti? Affirmant *Lup. ad leg. curabit de usuris de action. empt. n. 112. Cov. 2. var. cap. 4. n. 5. Barbof. in l. 2. ff. solut. 1. p. n. 48. Navar. in manuali cap. 17. n. 192. § de usuris innot. 15. § de camb. n. 26. § n. 34. Barb. in l. 2. in princ. p. 1. n. 48. ff. solut. Scac. de comerc. S. q. 2. p. 2. ampliat. 8. à n. 10. negant Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. n. 73. cum pluribus ab ipsis relatis Fachin. lib. 2. controvers. jur. cap. 52. per tot. nisi duo simul concurrant, primum, quod à tempore mutui ad tempus solutioni præfixum tantum labatur tempus, quo possit mutuarius uti mutuo: alterum, quod mutuans possit moraliter credere, quod mutuarius poterit mutuum eo tempore restituere *Gal. sup. n. 75. Ansaldo. de comerc. discurs. 67. per tot. videndus Luc. de usur. discurs. 12. à n. 24. Staib. de interesse lib. 1. tit. 11. q. unica à num. 229. usque ad n. 140. ubi multos citat.**

88 Etiam dubium est: an mutuans possit recipere aliquid ultra sortem ratione

89 tione periculi amittendi mutuum : vel quia mutuarius iturus sit per loca insidiosa , vel transmittere , vel sit inopia præfens , vel proximus decoctioni , vel rixosus , seu difficilis conventionis , quod affirmativè resolvunt *Azor. Inst. moral. p. 3. lib. 5. tit. de usur. cap. 6. q. 1. Navar. sup. n. 285. Scac. sup. §. 1. q. 1. n. 504. negativè Rebel. de obligat. justit. lib. 10. q. 3. n. 3. Lup. sup. n. 22. §. 28. Gal. sup. n. 28. qui etiam n. 82. cum Scac. de comerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat.*
 90 8. docet quod mutuans non potest pacisci , ut aliquid ultra sortem recipiat ratione damni , quod recepit , ut quia ipse in promptu habet pecuniam , cum qua intendit extinguere censum , quem
 91 solvit. Benè tamen poterit facere pactum , ut si non reddatur mutuum tempore convento , mutuans capere
 92 valeat pecuniam ad cambij danno mutuatarij *Gal. sup. à n. 83. Turr. de camb. disp. 2. q. 24. n. 47. absque eo , quod teneatur docere de aliquo interesse damni , aut lucri Turr. dict. n. 47. Gal. sup. ubi in fin. ait , quod exacto potest remitti denuntiatio , ut nempe creditor possit capere pecuniam lapsò tempore , non admonito debitore Rot. dec. 274. n. 2. §. 379. §. 224. Staib. de interesse lib. 2 tit. 11. q. unica.*
 93 Interrogari etiam potest : an in mutuo possit à principio pacisci certum quid annum loco interesse , de quo dictum est *sup. n. 74. quod citra moram non valet dictum pactum : secus verò post moram ex Cov. 3. var. cap. 4. n. 5. Gal. sup. n. 63. §. 64. Scac. dict. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 8. num. 178. §. 183. Turr. dict. q. 34. n. 48. dummodo de interesse constet , & taxatio sit talis , ut de verosimili possit esse ad lucrum , & non minus postea probetur , nec plus petatur , & si detur læsio , habeat locum remediū l. 2. cod. de rescind. totum tradit Gal. sup. n. 65. Scac. dict. ampliat. 8. à n. 86. Luc. de usur. discurs. 13. à n. 24. Staib. de interesse lib. 2. tit. 11. q. unic. per tot. §. lib. 1. q. 12.*
 95

Lucri cessantis interesse mutuanti

non debetur *Barbos. in l. de divisione ff. solut. n. 25. Mascard. concl. 933. n. 10. Hondend. conf. 30. n. 25. lib. 1. & plures apud Gal. de fruct. disp. 25. art. 2. à n. 42. qui à n. 23. sine contradictore firmat interesse intrinsecum mutuanti deberi , & tantum à n. 24. vocat in quaestionem , an debeatur ante moram , vel post moram , vel à litis contestatione ; & referendo varios varia tradentes , resolvit n. 30. quod aut petitur interesse solius moræ ratione , & tunc venit solum intrinsecum ex l. siferilis §. cum per venditorem ff. de act. empt. quod commune dicitur in l. fin. ff. eodem , aut petitur ratione doli , aut culpæ , & venit omne interesse ex l. nummis 3. ff. de in litem jurand. Petr. Lorit. de eo , quod interest , axiom. 16. §. 33. de quo vide Hermosil. in l. 10. tit. 1. partit. 5. glos. 4. per tot. Schetin. de tertio venienti ad causam , p. 2. cap. 3. in spec. 3. à n. 8.*

Pro coronide inquiri potest : an sufficiat oblatio , vel requiratur realis traditio , ut debitor non teneatur ad interesse damni emergentis , seu lucri cessantis , ad quod conferunt quæ diximus *lib. 1. cap. 9. n. 4. §. tract. 2. lib. 8. cap. 21. à n. 33. & tradit latissimè Ferrin. in reportor. de jud. q. 80. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 232. Roland. lib. 1. conf. 53. per tot. Escob. de ratioc. cap. 15. à n. 42. qui resolvunt sufficere oblationem , & lic factam pupillo , præsentente tutore , moram purgari ex l. cum quidam §. si pupillo ff. de usur.*

Diximus suprà n. 34 §. 35. cum seqq. teneri tutorem , & curatorem solvere lucrum cessans , si data occasione investendi pecunias in emptiones utiles non fecit : nunc verò declarando prædicta , addimus , quod non sufficit generalis occasio investendi , sed requiritur opportuna , & individualis occasio ex *Anfald. de comerc. §. mercat. discurs. 87. n. 19. §. 20. §. discurs. 67. n. 18 quæ magis facile , & parata censetur in urbe , quàm in oppidis , & pagis ex eodem Anfald. discurs. 62. n. 28. & tunc probata dicitur , quando per testes , vel*

vel proxenetam constat adfuisse etiam absque necessitate nominandi personas *Anjald. dict. cap. 67. n. 18. Luc. de usur. disc. 18. n. 10. Cyarlin. cont. 29. n. 54. Seraph. dec. 714. n. 14. § 721. num. 3. Hej. de rationib. reddend. loc. 9. à n. 14. cum plurib. sequentib.*

102 Cessante damno emergenti, vel lucro, à jure non debentur, ut diximus latè *tract. 3. lib. 5. cap. 6. n. 29. & tradit Staib. per tot. tract. de interesse*, idèdque non probatis requisitis dāni emergentis, seu lucri cessantis, non est onerandus tutor, sicut quilibet alius, & licèt pupillus non posset negociare, neque pro eo teneatur ejus tutor, vel curator, tamen cùm teneantur pecunias pupillares collocare in emptiones prædium, & censuum, si data opportuna occasione id non fecerunt, tenebantur de lucro cessante.

C A P U T XII.

De dolo, culpa lata, & levi, ex qua tutor actione tutelæ conveniri potest.

SUMMARIUM.

- 1 Quid dolo, culpa lata, vel levi tutoris, vel abest commodi, vel adest damni, actione tutelæ in rationem venit.
- 2 Tutor administrare debet, ut non perdat, & nihil intermittat, unde pupillo commodum acquiratur.
- 3 Dolus diffinitur.
- 4 In cōmittendo, vel omittendo consistit.
- 5 Tum præsumptus, tum verus, tum de futuro remissus, à tutore præstatur.
- 6 Dolus futurus, sive verus, sive præsumptus neque remitti potest, neque remissus censetur.
- 7 Sive sit verus, & qualis sit traditur.
- 8 Sive sit præsumptus, & qualis sit traditur.
- 9 Sive dolus sit in re ipsa, & qualis sit traditur, doloque ex proposito equiparatur.

- 10 In civilibus suspicio doli pro veritate habetur.
- 11 Probato quod tutor dolo vero, vel præsumpto aliquid fecit non faciendum, vel omisit non omittendum, damnum, seu lucrum cessans per juramentum in litem probatur, & ita contra socium de dolo convictum.
- 12 Actione tutelæ venit quidquid non faciendum tutor fecit, vel omisit, quod omittere non debebat sine culpa lata.
- 13 Quæ sit culpa lata, diffinitur.
- 14 Ejus exempla demonstrantur.
- 15 Culpa lata passim in jure dolo proxima, atque aded dolo comparatur, propè fraudem accedere, & aliquando absolutè dolus dicitur.
- 16 Etiam in delictis, si non agatur de pæna corporali, proximè dicta locum habent.
- 17 Per juramentum in litem probatur damnum datum commissione, vel omissione ex culpa lata procedentibus.
- 18 Actione tutelæ quidquid damni, vel lucri abest, vel adest, culpa levi tutoris venit, & quæ illa sit.
- 19 Culpa levis aliqua exempla remissivè demonstrantur.
- 20 Exemplum est etiam si agros non fulsit, vineas non aluit, sarta tecta non habuit, & similia bujus farinae.
- 21 Et si servum à vulnere non curavit, beneficium à Principe obtinere non curavit, concesso non utitur, & non perquisivit alia similia hic asserta.
- 22 Quomodo hæc culpa levis probanda, in variis casibus traditur; & n. 23.
- 24 Ad quam probationem requiritur, ut certa, & determinata culpa in specie articuletur.
- 25 Et quod testes deponentes sint in eadem specie, & in individuo contestes, & etiam non interrogati rationem reddere debent sui dicti.
- 26 Et quod culpa ordinata sit ad casum,

Q vel

- vel eum respiciat, vel ei proxima sit, vel quando facile prævideri poterat, quando ex ea casus evenit.
- 27 Si ex negligentia tutoris, vel administratoris segetes nimis aride à messoribus malè tractæ fuerint, tenentur.
- 28 Custos castri tenetur de damno in eo dato a b inimico domini castri.
- 29 In operibus rei illicitæ non attenditur, an culpa ad casum ordinata sit.
- 30 Cùm sic operans semper tenetur, licet casus, & damna præpter ejus intentionem obveniant.
- 31 Exemplum est in frangente fores causa libidinis, vel altera causa, & in Clerico incipiente rixam, qui irregularis fit, si consanguinii rixantem occidant.
- 32 Aliquando faciens contra voluntatem domini tenetur, licet res illicita non sit, & præpter intentionem casus obveniat.
- 33 Qui contra præceptum domini merces in alia navi immisit, veleas per viam conjunctam non portavit, de damno tenetur.
- 34 Conductor habens ignem contra pactum de incendio etiam fortuito tenetur, sicut etiam si contra pactiorem habet fanum, ex quo incendium resultavit.
- 35 Transferens merces in diversam navem, ab ea, de qua conventum, tenetur de damno; ubi de nauta, navem onerans in alio loco, quàm convento.
- 36 Duplici culpa concurrente, ad proximiorè attenditur, nisi quælibet consideranda esset: non solum ignem fornaci subjiciens, sed etiam qui negligenter Villam custodivit, tenetur.
- 37 Casus eveniens, præcedente culpa, ob eam contigisse præsumitur, nisi culpatus contrarium probet.
- 38 Tutor, curator, administrator, & socius ex levissima culpa non tenetur; & quæ ista sit, diffinitur.
- 39 Ejus exemplum præstatur incustodiendo rem sibi traditam in arca, unde ei fur aliqua arte eam abstulerit.
- 40 Si ea faciat, quæ solita fieri sunt, etiam si consuetudine non præscripta, veluti pecora custodienda, puerro tradiderit.
- 41 Vel si in pascuis animalia sine pastore miserit, & merces in loco clauso reposuerit, cùm in prædictis casibus à culpa excusetur, si ita de consuetudine sit.
- 42 Sicut utens de re ad usum destinatum.
- 43 Et ita non inspicitur futurus eventus.
- 44 Similiter in immittente in agro destinato ad pascendum, quia de damno dato in agro contiguo excusatur.
- 45 Vel quando impossibilitas datur.
- 46 Veluti si obnoctem, vel simile impedimentum examinare non potuit an locus sit tutus, si non facit, quod facere non tenetur, vel quod factum inutile esset.
- 47 Ad quod sufficit ambiguitas, an factum utile sit.
- 48 Tutor, curator, administrator, seu socius ex casibus fortuitis non tenentur; & qualis fortuitus sit, diffinitur.
- 49 Furtum domesticum inter fortuitos casus numeratur, & de aliis remissivè.
- 50 Casum fortuitum allegans, sive agens, sive excipiens primò casum fortuitum probare debet.
- 51 Quia casus fortuitus non præsumitur, nisi probetur.
- 52 Amissionem, seu damnum fortuito casu evenisse, etiam probare debet.
- 53 Et evenisse absque eorum culpa, quando agitur de probando casu fortuito regulariter sine culpa non succedente, secus verò è conversis, quorum aliqui recensentur.
- 54 Et intra annum casum fortuitum probare debent, quod ad unum tantum

- tum casum restringitur.
- 55 In casibus facilis probationis probatio per evidentiam loci fieri debet, seu per testes, qui in hoc casu sine citatione examinari possunt; multa alia probanda à socio circa amissionem rei annotantur, ubi etiam de capitale.
- 56 In casibus difficilis probationis probatio per conjecturas fit, circa quod multa notabilia traduntur.
- 57 Tutor, curatorque de levisima culpa tenentur, quando bonam, & diligentem rationem reddere promiserint.
- 58 Et quando tutela se obtulerint, aut quando culpa casum præcesserit.
- 59 Culpa præcedente casum, etiam tutor, & curator de fortuito tenentur, dummodo culpa dolosa sit.
- 60 Culpa ad casum ordinata dicitur, quando hic sine illa non evenisset.
- 61 Sufficit quod sit, vel esse possit ad casum præordinatè, etiam sine intentionis defectu.
- 62 Circa probationem culpæ ad alios DD. se remissum facit.
- 63 Siquis ad factum certum limitato tempore, & loco tenetur, eo ipso, quod non fecit, culpa probata est non dato impedimento.
- 64 Si tutor, curator, vel alius administrator non fecit, quod intra certum tempus facere tenebatur, in culpa est, nisi de impedimento legitimo doceat.
- 65 Qui non fecit, quod facere tenebatur, quod poterat, data opportuna occasione, & possibilitate, iisque probatis, culpa probata est, nisi contrarium probet.
- 66 Culpa probata habetur, probato quod pecunia parata erat, & homines idonei, quibus mutuari poterat.
- 67 Vel quando prædia utilia emenda extabant, pecuniaque parata.
- 68 Negligentia in non agendo per alium probata dicitur ex eo, quod facile erat alteri committere.

- 69 Probata culpa censetur ex eo, quod administrator, vel tutor nomine debitorum contraxit, & non exigit.
- 70 Et quoad ea de levi etiam tenentur, & pupillus potest ea non agnoscere.
- 71 Periculum decoctionis debitorum ad tutorem differentem exigere spectat.
- 72 Quando tutor, seu administrator bona sua prudenter collocavit, & nomina sua diligenter exegit, & sic se non habuit circa bona administrationis, benè culpa probata est.
- 73 Casus 213. in quibus culpa probata dicitur, remissivè enumerantur.
- 74 Quoties quis potuit facere, & obligatus non fecit, in culpa esse dicitur.

H Ac actione peti potest quid dolo, culpa lata, vel levi tutoris, vel abest commodi, vel adest damni, sive ut præstetur omne damnum, quod pupillus amittendo, vel non acquirendo culpa tutoris passus est l. quidquid 7. cod. arbitr. tutel. l. in quo 18. ff. locati, quia tutor administrare debet, & non perdere, & nihil intermittere debet, unde pupillo commodum acquiratur Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 55. & diximus sup. cap. 2. per totum, ubi multos citavimus DD. & retulimus loca, in quibus alios allegamus, qui ibi videri possunt, & apud Peg. forens. c. 3. num. 670. ubi multos refert, & apud Michal. de fratrib. 2. p. c. 46. & 47. per tot.

Ex quo sequitur primo, quod tutor tenetur actione hac de dolo, qui communiter definitur: *Omnis calliditas, seu fallacia, machinatio ad circumvenendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.* Ex l. 1. §. 3. ff. de dolo malo, sive dolus consistat in committendo, prout est, quando tutor facit quod facere non debebat, sive in omittendo, prout est, quando tutor omittit, quod facere tenebatur Felic. de societ. cap. 20. n. 13. Harpet. in §. sequens 2. Inst. de oblig. n. 75. sive dolus sit verus, sive sit præsumptus,

6 tus, de quibus diximus *tract. 1. lib. 1. cap. 9. à n. 16.* five dolus de futuro sit remissus, five non: quia dolus de futuro, five verus, five præsumptus, remissus non censetur, nec remitti potest, ut diximus *dict. tract. 1. lib. 2. cap. 1. à n. 22.* & probat *Felic. dict. cap. 20. à n. 3.*

7 eum *seqq. § cap. 37. à n. 37.* five dolus sit verus, qualis est, quando fit aliquid ex proposito, ut non possit aliter intelligi, & est de genere prohibitionis *Surd. dec. 216. num. 14. Gal. de fructib. disp. 20. art. 6. à n. 68.* ut quando indicia sunt manifesta, & fraudem concludunt *ex l. dolum cod. de dolo, Surd. sup. n. 17. Menoch. de arbitr. cas. 194. n. 38.* & non est sine animo decipiendi *Surd. sup. n. 15.* & punitur etiam, si non sonet in speciale nomen delicti *Farin. in prax. crimin. 2. p. q. 87. tom. 1. Gal. dict. num. 68. Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 1. usq. ad n. 291. Altimar. de nullitate contract. rub. 1. q. 11. à n. 1. usque ad n. 363.* ubi integram materiam de dolo habes.

8 Sive sit præsumptus, qualis est, qui resultat ex probabili conjectura, *Surd. dec. 216. n. 17. Gal. dict. num. 68. Boer. dec. 101. n. 4. Franch. dec. 180. n. 6. § 206. n. 25. Mascard. concl. 532.* ut si quis non faciat id, quod scit se tenere *l. dolo 44. ff. mandat. l. si procurator. 8. §. dolo ff. eod. Altimar. d. q. 11. n. 17.*

9 Sive sit in re ipsa, qualis est, cum res non potest aliter se habere *Surd. sup. n. 18.* & probatur ex læsione, *Surd. dec. 299. n. 10. Valasc. conf. 130. n. 22. Menoch. conf. 565. n. 18.* & æquiparatur dolo ex proposito, *ex l. si superstite cod. de dol. l. 2. §. planè ff. de dol. exception. l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraudem creditor. Cancer. 1. var. cap. 13. n. 24. Gal. dict. n. 68.* & in civilibus suspicio doli pro veritate habetur *Alex. Raudens. dec. 45. n. 44. Gal. dict. n. 68. Urceol. de transact. q. 9. n. 27. Altimar. sup. n. 18.*

11 Ubi verò probatum fuerit, quod tutor dolo vero, vel præsumpto aliquid fecit, quod facere non debebat, vel omisit, quod omittere non debe-

bat, probatur damnum, seu lucrum cessans ex dolo tutoris per juramentum in litem, ut discurrendo per plures casus hinc pertinentes diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 24. ad 45.* ubi *§ usq. ad 129.* omnia habes, quæ hinc dicere valuisse; *Felic. de societate cap. 20. à n. 28. cum plurib. seqq.* ubi, quod contra socium de dolo convictum datur juramentum in litem *Thom. de tutor. tit. 18. cap. 12. à n. 109. Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 223.*

Sequitur secundo, quod in hac actione venit quidquid tutor fecit, quod facere non debebat, vel omisit quod omittere non debebat sine culpa lata, quæ definitur: *Ut sit prætermisio minima diligentie, id est, ejus diligentie, quæ non curiosum, & industriosum hominem requirit: sed quam natura ultro unicuique regulariter suppeditat;* vel sic: *Culpa lata est non intelligere, quod omnes homines, qui sensu non carent, intelligunt.* *Harpetr. in §. sequens 2. Inst. de obligat. n. 80. l. cedere diem 213. §. fin. l. latæ 223. ff. de verbor. signif. veluti, si tutor rem pupilli in publico nocturno tempore reliquerit, aut si prætendat se ignorare, quod loco & ædicto publico præscriptum erat, aut quid aliud, quod cæteri homines scirent, l. sed si pupillus 11. §. 2. ff. de institor. act. l. regul. 9. §. sed facti 2. ff. de jur. & facti ignorantia, Heef. de rationib. redd. loc. 10. à n. 1. ad 291.*

Hinc est, quod culpa lata passim in jure dolo proxima, atque adeo dolo comparari, prope fraudem accedere, aliquando etiam absolute dolo dicitur in *l. 1. §. 1. ff. de mensuris. l. quod Nerva 32. ff. depositi, l. fidei iuss. 29. ff. mandati, l. impuberibus 7. §. si fraus ff. de suspect. tutorib. l. cum res 47. §. culpe ff. legat. 1. l. si fortuito 11. ff. incend. ruin. & naufrag. l. meliores 22. §. sed enim ff. ad Trebel. l. quæ situm 8. §. eum quoque ff. de precario, l. 2. §. 2. ff. si is, qui testament. liber esse iussus erit, l. magna 226. ff. de verbor. signif. l. is, cui 5. §. dolum ff. ut in possessionem legatorum, Bargal.*

16 *Bargal. in tract. de dolo lib. 5. cap. 2. à n. 20. cum multis Harp. in §. item 2. Inst. quib. moais ren. 56 etiam in deliciis, si non agatur de pœna corporali Harp. n. 62.*

17 Quare sicut damnum datum cum commissione, vel omissione dolosa probatur per juramentum in litem, ita per juramentum in litem probatur damnum datum commissione, vel omissione procedenti ex culpa lata, ut diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 1. n. 25. & n. 115. & passim per tot. cap. Thom. de tutor. tit. 18. cap. 12. n. 215.*

18 Sequitur tertio, quod hac actione peti potest quidquid damni, vel lucri adest, vel abest culpa levi tutoris, quæ illa est: *Cum quis in eo peccat, quod diligens paterfamilias secundum communem hominum naturam præcavere, vel evitare potuisset. Bargal. de dol. lib. 5. c. 3. à num. 18. Harp. in §. sequens Inst. de oblig. num. 83. prout sunt omnes casus, quos dedimus tract. 1. lib. 4. cap. 10. per tot. & tract. 2. lib. 6. cap. 5. à n. 113. usq. ad n. 230. & tract. 3. lib. 6. cap. 35. à n. 1. ad 49. & cap. 36. à num. 1. ad 9. quos omnes hic pro infertis habemus; sed quia non est facilè omnia ad culpam pertinentia colligere, ultra quàm plurima, quæ dedimus in nostris operibus, solummodo hic ultra tradita, aliqua exempla summam dabimus.*

20 Igitur, si tutor, vel administrator, aut socius domum non fulsit, agros, vel vineas non coluit, si facta tecta non habuit, ædificia deteriorata reficere noluit; si faciat cultivare arbores, vineas, vel terras arare per inexpertos, si in locum arborum, vel cyperorum, vel cipparum desiccatarum alias substituere prætermittat; vineam modico tempore incultam relinquat, de damnis erit onerandus, prout diximus in locis proximis citatis, & *tract. 1. lib. 4. cap. 10. per tot. & tradit Escob. de ratioc. cap. 19. per tot. Felic. de societ. cap. 21. à n. 70. si servum à vulnere non curavit, quando beneficio à Principe concessio usus non fuit, quando beneficium à*

Principe obtinere non curavit, quando ea non perquisivit, quæ perquirenda erant, quando non amovet impedimentum, cum posset, quando libros malè composuit, quando insolita aggressus est, quando conventa non observat, quando lucrari prætermiserit, quando non procuravit scire condiciones illius, cum quo contrahit, *Felic. sup. à n. 70. ad 94. Escob. sup. à n. 1. ad n. 66. quando plura alia penè infinita commisit, vel omisit, de quibus Bargal. de dolo, fraude, & mendatio per integrum tractatum, qui alios referunt Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 46. & 47. per tot. Heef. dict. loc. 10. à n. 1. ad 291.*

Quæ culpa est probanda, servata 22 forma, de qua agimus *tract. 1. lib. 4. c. 10. à n. 65. & latè Felic. de societ. cap. 23. per tot. Escob. de ratioc. cap. 19. à n. 23. referentes alios. Igitur quis vult 23 probare culpam ex eo, quod medicus non fuit adhibitus, debet probare potuisse adhibere; qui vult probare culpam ob non conversam pecuniam in emptionem prædiorum, debet probare, quod prædia venalia reperiebantur; qui vult probare culpam ob non exactas pecunias, debet probare facilem fuisse exactionem; qui vult probare culpam ob prædia non locata, debet facultatem locandi probare; qui vult probare culpam ob res, seu fructus non venditos tempore debito, debet probare adesse emptores, ut sic discurrendo resolvit *Felic. de societ. cap. 23. à n. 5. usque ad 13. ubi ait, quod ille, qui alium arguit de mercedibus non asscuratis, debet probare quod asscurator reperiebatur Heef. de ration. redd. loc. 10. à n. 86. & à n. 124. ad n. 129. Jul. Caupon. tom. 1. dis capit. 35. per tot. omnino videndus.**

Itaque ad probationem culpæ contra administratorem, tutorem, socium, 24 negotiorum gestorem, & similem, tria desiderantur. Primo, quod ab allegante articuletur, & præbetur certa, & determinata culpa in specie *ex l. Prætor. 7. ff. de injuriis, Menoch. lib. 5. præsumpt.*

- fuert. 3. n. 137. Mascard. concl. 467. n. 25. Felic. de societ. cap. 21. n. 31. § cap. 23. n. 2. Cravet. lib. 1. conf. 151. n. 11. § lib. 3. conf. 525. n. 8. Escob. de ratioc. cap. 19. à num. 24. cum multis Thom. de tutor. tit. 18. cap. 12. n. 237. Hees. sup. à n. 90. Jul. Caupon. tom. 1. discep. 35. per tot.*
- 25 Secundo, quod testes deponentes de culpa sint contestes de culpa in specie, & in individuo, & reddant rationem sui dicti, etiam non interrogati *Felic. dict. cap. 23. n. 2. Escob. dict. cap. 19. n. 25. Cravet. dict. conf. 151. n. 11. § 529. n. 9. Alex. lib. 6. conf. 74. n. 6. Recin. lib. 1. conf. 93. num. 7. Reminald. Junior, lib. 1. conf. 1. num. 41. Ansald. Hees. de rationib. redd. loc. 10. à n. 119. § 120. § 121.*
- 26 Tertio, quod culpa sit ordinata ad casum, quæ tunc ordinata ad casum dicitur, vel quando principaliter respicit casum *ex l. pen. ff. de jur. doct. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. creditor. l. etiam 18. §. 1. ff. solut. Cravet. lib. 2. conf. 237. Dec. in cap. quæ Ecclesiarum de constitutionibus; vel quando est proxima ipsi casui; secus si remota Cravet. sup. Belam. conf. 22. vel quando facile provideri poterat ex tali culpa casum eventurum Corn. lib. 4. conf. 12. numer. 11. vel quando casum præcedit, & nisi præcessisset, casus non evenisset; Barth. in l. si ut certo §. interdum ff. commodati; Cast. in l. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rod. Surd. lib. 1. conf. 12. n. 64. Felic. de societ. cap. 23. à n. 15. cum plurib. seqq. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. in. fin. §. cons. 645. n. 13. l. non omne 38. ff. de stat. liber. l. is, qui 45. ff. de action. §. obligat. Reminald. Junior, conf. 52. num. 146. §. 147. ubi quod tutor, seu administrator, cujus negligentia segetes nimis aridæ à mesforibus male tractatæ fuerunt, tenetur de damno Natt. lib. 1. conf. 79. n. 7.*
- 27 ubi quod cultos castri tenetur de damno, quod fecit inimicus domini castri, ab custode introducto *Peg. forens. cap. 3. à n. 35. ad 58.*
- Commisssa culpa in faciendo per eum, qui dat operam rei illicitæ, non attenditur, an culpa sit ordinata ad casum *ex l. 1. §. Divus ff. de sicar. l. si ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aquil. l. cum res 47. §. fin. ff. legat. 1. l. quoniam multa 6. cod. ad leg. Jul. unæ vi; & semper tenetur, etiam si casus, & dâna obveniant præter ejus intentionem ex l. verum 25. l. qui injuriæ 53. ff. de furtis, ubi ille, qui causa libidinis, vel altera causa efregit fores, tenetur ad damna, & interesse, & Clericus efficitur irregularis, si incipiat rixam, & cõsanguinei occidant rixantem Joann. Andr. in c. Petrus de homicidio, Ozafe. dec. 104. n. 4. Surd. lib. 1. conf. 12. n. 69. Felic. sup. n. 23. 24. §. 25. Hees. de rationib. redd. loc. 10. à n. 113.*
- Aliquando etiam quis tenetur ad damna contingentia præter intentionem ex culpa præcedenti casum, non data opera rei illicitæ, puta, quando quis facit aliquid contra voluntatem domini, *Felic. sup. n. 27. Surd. dict. conf. 12. n. 67. §. 68. l. item quæritur 13. §. 1. ff. locat. ubi quis de damno tenetur ex eo, quia contra præceptum damni merces immisit in alia navi, vel non portavit merces per viam conjunctam, sed per aliam, l. videamus §. fin. ff. eod. ubi, si conductor ignem habuit contra pactum, tenetur de incendio casu fortuito contingente, sicut, si contra pactum habuit foenum, ex quo resultavit incendium l. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rod. ubi nauta, qui merces in diversam navem transtulit ab ea, de qua conventum erat, de damno tenetur Felic. sup. n. 26. §. 27. Peg. forens. cap. 3. à n. 35. latè Hees. de rationib. redd. loc. 10. à n. 97. Giurb. obs. 81. à n. 2. ad n. 6. ubi de nauta, qui navem oneravit in alio loco, quam convento.*
- Ubi duplex culpa concurrat, ad proximiorē est attendendum *ex l. si servus servum 27. §. si fornicarius ff. ad leg. Aquil. Felic. de societ. cap. 22. n. 21. §. 23. n. 20. nisi tamen quælibet culpa esset consideranda ex dicto §. fornicarius ubi*

37 ubi tenetur, non solum ille, qui ignem
fornaci subicit, sed etiam ille, qui ne-
gigenter custodivit, si Villa exusta est
Natta lib. 1. cons. 79. n. 6. & ubi casus
evenit, præcedente culpa, ob eam ita
præsumitur contigisse, ut culpatus
contrarium probare teneatur *Felic. sup.*
n. 22. Surd. lib. 1. cons. 12. n. 64. Peg. for.
cap. 3. à n. 29. cum seqq. Hees. sup. à n.
108.

38 Sequitur quarto, quod tutor, curator,
administrator, & socius ex culpa le-
vissima conveniri non potest, quæ illa
est: *Cum quis mediocrem diligẽiam in re*
custodienda adhibet, sed culpam tamen
admittit, in qua vir diligentissimus,
& sagacissimus non incidit. L. in rebus
18. ff. commodati, l. 1. §. ille 4. ff. de
39 *obligat. & actionib. v. g. si gemmam,*
vel aliam rem sibi custodiendam tradi-
tam in arcam incluserit, & ei fur aliqua
arte illam abstulerit *l. cum duobus 52. §.*
damnum ff. pro socio, l. Nauta 5. §. 1. ff.
nautæ cauponæ, Harpetr. in §. sequens
40 *Inst. de obligat. n. 84. si faciat ea, quæ*
solita sunt fieri, etiam consuetudine non
præscripta *l. 3. ff. ad Maced. l. si quis fu-*
gitivus 17. §. apud Labeonem 12. ff. de
edel. edict. veluti si pecora custodienda
puero tradiderit; *Felic. de societate.*
cap. 22. n. 5. Bald. lib. 1. cons. 441. De-
41 *cian. lib. 1. cons. 11. n. 12. si in pascuis*
animalia miserit sine pastore *Cravet.*
lib. 3. cons. 353. n. 6. cum multis: quia
in his casibus à culpa excusatur, si ita

42 de consuetudine sit, si utatur re ad
usum destinatum *ex l. cum duobus 52. §.*
ita mala ff. pro socio, l. a boribus 12. §.
navis ff. de usufruct. l. si ædes 12. ff. com-
muni dividundo §. religiosum Inst. de
43 *rer. divis. quod in tantum verum est,*
ut non inspiciatur futurus eventus;
Cravet. dict. cons. 353. n. 5. Felic. dict.
44 *cap. 22. n. 7. ubi loquuntur de eo, qui*
immisit animalia in agro destinato ad
pascendum, & dānum dederit in agro
contiguo, qui volunt, ut à culpa ex-
45 cusetur, si detur impossibilitas, *ex l.*
impossibile 185. ff. de reg. jur. l. cum
quidam 17. §. si pupillo ff. de usur. Felic.

sup. à n. 10. veluti, si ob noctem, vel si-
46 *mile impedimentum examinare non*
potuit, an locus sit tutus, si non facit,
quod facere non tenetur *l. tutores 20.*
cod. de negot. gest. vel quod factum inu-
47 *tile esset l. §. in totum ff. rer. amo-*
tar. l. alius 7. ff. quod vi, aut clam, ad
quod sufficit, quod ambiguum sit, an
factum sit utile *Felic. n. 15. Cravet. lib.*
1. cons. 83. n. 5. §. lib. 4. cons. 531. n. 5.
latè *Hees. de ration. reddend. loc. 10. à*
n. 134. usque ad 185. latè Giurb. obs. 82.
à n. 2. Jul. Caupon. tom. 1. discept. 35.
per tot.

48 Sequitur quinto, quod tutor, cu-
rator, administrator, seu socius con-
veniri non potest ex casibus fortuitis;
qui nihil aliud est, quàm: *Inopinatus*
eventus, quem nullum consilium huma-
num prævidere potest. L. 2. §. si eo tem-
pore 7. ff. de administ. rer. ad civitat.
pertinent. l. quæ fortuitis cod. de pignor.
act. l. ex conducto 15. §. 2. ff. locat. l. in
reb. 18. ff. commodat. l. 1. §. ille ff. de
49 *obligat. & act. l. in iudicio 28. cod. loca-*
to, Sebastian. de Medic. de fortuit. casib.
1. p. q. 12. Felic. de societ. cap. 25. à n. 1.
puta ex furto domestico, quo inter ca-
sus fortuitos numeratur, *arg. l. eum,*
qui 14. §. idem scribit ff. de furtis, Har-
petr. in §. sequens 2. Inst. de obligat. n.
85. ubi multos citat; & quales sunt om-
nes, quos retulimus *tract. 3. lib. 7. cap.*
11. n. 21. §. à n. 92. usque ad 112. ubi fe-
rè omnes casus fortuitos numeravimus,
quidvidendi sunt apud *Peg. forens. cap.*
3. à n. 1. ad 76. Hees. sup. à num. 190. §.
Grasphyanor. de arte acquirendi lib. 2.
cap. 11. §. 12. per tot. Ord. lib. 4. tit. 27.
in prolog.

50 Tutor, curator, administrator,
seu socius, qui ad sui excusationem
casum fortuitum allegant, sive agen-
do, sive excipiendo, multa copulati-
vè probare debent: primo videlicet
casum fortuitum *ex l. scire oportet 13.*
§. sufficit 6. ff. de excusat. tutor. l. 21. §.
si quis ff. si quis cautionib. l. si creditor 5.
ibi Bald. cod. de pignor. act. l. publicati
2. cod. de testament. l. testium 18. cod. de
testib.

testib. l. sicut iniquum 5. cod. de fid. instrum. l. 2. cod. de naufrag. lib. II. Felic. de societ. cap. 25. n. 6. Mascard. concl.

51 272. quoniam casus fortuitus non præsumitur, nisi probetur ex DD. supra relat. § infrà referend. Thom. de tutor. tit. 18. cap. II. n. 193. Peg. sup. n. 29. c. 3. Heef. sup. à n. 196. Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 21. n. 144. ubi à n. 127. usq. ad n. 143. omnes casus fortuitos refert.

52 Secundo tenetur probare rei amissionem, seu dānum casu fortuito evenisse Bart. Alex. & alij in l. si quis ex argentariis 6. §. an vero ff. de edend. Felic. de societate cap. 25. n. 7. & 8. Mascard. conclus. 87. à n. 1. Sebastian. de Medic. in contract. de casib. fortuit. l. p. q. 14. Polid. Rip. in tract. de nocturno tempore cap. 27. n. 29. Seraphin. in tract. de privileg. jurament. privileg. 37. per tot. Hondend. lib. 2. cons. 39. n. 62. Bursat. lib. 2. cons. 130. n. 8. Thom. dict. cap. II. n. 193. Heef. sup. dict. n. 169. & 197. cum seqq. & à n. 214. cum multis Altimar. sup. d. q. 21. à n. 145. & 146.

53 Tertio tenentur probare casum fortuitum evenisse absque eorum culpa, quando agitur de probando casu fortuito, qui regulariter sine culpa non succedit, ut furtum, incendium, mors non naturalis animalium, fuga fervorum, & alij, qui custodiri debuerunt; secus verò, ubi agitur de casu, qui sine culpa contingere solet, ut vis hostium, impetus aquarum, mors naturalis, & similia Felic. sup. n. 48. 49. & 50. Mascard. concl. 272. Menoch. lib. 6. præsumpt. 61. num. 30. Bart. Jac. & Heef. de rationib. redd. loc. 10. à n. 196. ad n. 245. Alex. in dict. l. si quis ex argent. Bald. in l. si creditor. 5. cod. de pignorat. action. Peg. for. cap. 3. n. 29. & 30. Heef. dict. n. 197. Altimar. sup. à n. 147.

54 Quarto debent intra annum probare casum fortuitum ex l. 2. cod. de naufrag. lib. II. ibi Bart. n. 5. ibi Bald. & lib. 2. cons. 61. in 2. dub. Felic. dict. c. 25. n. 45. 46. & 47. quod intellige in ca-

su tantūmodo in dict. l. 2. figurato, latè Heef. de ration. redd. loc. 10. à 196. usq. ad 246. secus in aliis casibus.

Quæ probatio in casibus facilis probationis fieri debet per evidentiam loci, seu per testes, qui sine citatione in hoc casu examinari possunt Felic. sup. à n. 15. ubi n. 18. inquit amissionem rei non probare socium, non confitito, quod prius fuit penes ipsum; & sufficere negationem, § n. 17. quod multò magis, si non constat, quod fuit in rerum natura; § n. 19. quod quando suspicio est rem ad socium pervenisse, satis est ad probandam amissionem, quod eam non habere dicat, & juret; § num. 20. quod quando adest præsumptio, quæ superat suspicionem rem ad socium pervenisse, non sufficit negatio, & juramentum; ideò asserenti lucrum amississe, vel capitale non creditur, quia capitale, & lucrum extare præsumitur Felic. sup. à n. 24.

In casibus difficilis probationis fit per conjecturas, ut diximus tract. 1. lib. 1. cap. 9. à num. 108. & probat cum multis Felic. sup. n. 12. & ideò probato casu, & rem extare in loco, ubi casus evenit, sufficit juramentum, Felic. sup. à n. 30. igitur si tutor probet rem minoris esse in navi, quæ naufragium passa est, vel in loco, ubi incendium fuit, aut inūdatio maris, seu fluminis, fuit ei credendum cum juramento; latè Felic. sup. n. 40. & 41. Bart. in l. cum ita 32. §. species ff. legat. 2. ubi ceteri ordinarij, Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 46. à n. 33. Cyriac. contr. 544. per tot. Heef. de rationib. redd. loc. 10. à n. 214. usque ad n. 246. Sabel. in summa tractat. §. commissio, & §. administrator n. 6.

Licet tutor, curatorque non teneatur de levissima, tamen de ea tenetur, quando promisit bonam, & diligenter rationem reddere Thom. de tutor. tit. 18. cap. 12. n. 221. Montan. de tutel. cap. 39. num. 36. ubi idem dicit, quando tutelæ se obtulit, & quando culpa casum præcessit Borgn. de tutorib. n. 120. Barth. in l. quod Nerva ff. de positi,

positi, Hees. de rationib. redd. loc. 10. à n. 97. cum infinitis Peg. forens. cap. 3. à n. 3. Altimar. d. q. 21. à n. 124. § 148.

59 Culpa præcedente casum, etiam tutor, & curator de casu fortuito tenentur, dummodo culpa sit dolosa Thom. sup. n. 213. Piag. de tutorib. q. 19. num. 17. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. num. 108. Montan. de tutel. cap. 3. n. 44. cætera, quæ hîc in tota materia hujus capituli desiderare potes, habes lib. 4. cap. 13. per tot. Ansaldo. de comercio, & mercatura discurs. 29. n. 30. ubi quod culpa dicitur ad casum ordinata, quando sine illa casus non evenisset l. non omne ff. de stat. liber. Pacian. de locato cap. 12. à n. 111. Peg. forens. cap. 3. à n. 33. § lib. 7. cap. 5. à n. 59. Hees. sup. à n. 99. latè Farinac. de pæn. temperand. q. 88. 89. § 90. nihil circa dolum latum levem, & levissimam culpam intactum relinquendo, & sufficit quod sit, & posset esse ad casum præordinata etiam sine defectu intentionis Ansaldo. de comerc. & mercatura discurs. 30. n. 20. § 21. Surd. dec. 13. § cas. 12. n. 58. Pacian. de locat. cap. 12. n. 112. latè Peg. forens. cap. 3. à n. 35. cum sequentibus; ubi varios casus refert, in quibus culpa dicitur ordinata ad casum.

62 Quomodo culpa sit probanda ultra ea, quæ supra prænotavimus à n. 22. & ultra jura, & DD. jam allegatos, est videnda in materia elegans, & doctissima disceptatio 35. Jul. Caupon. à n. 1. usque ad n. 61. neque non ea, quæ dicemus lib. 4. cap. ultimo, & tradit Barthol. conf. 102. per tot. ad quod recurrunt ferè omnes, qui de probanda culpa administratorum agunt ex mente, quorum sequentes conclusiones tibi damus.

63 Prima est, quod quando quis tenetur ad factum certum, limitato tempore, & loco, eo ipso, quod illud non fecit, probata est culpa, nisi ille ostendat de impedimento ex l. 3. §. si ad diem ff. de re militari, l. qui commeatu ff. eodem, l. 1. §. sed & si ff. si quis cautioni, Bart. sup. Caupon. dist. disceptat. 35. à

n. 13. ex qua sequitur, quod si tutor, curator, vel quicumque alius administrator, qui non fecit contra certum tempus, quod intra illud facere tenebatur, in culpa est, nisi de impedimento legitimo doceat. 64

Secunda est, qui potest facere, & tenetur facere, data opportuna occasione, & non fecit, probata possibilitate, & opportuna occasione, est in culpa, nisi contrarium probet ex l. tutor secundam dignitatem §. 1. ff. de administrat. tutor. ubi culpa probata habetur ex eo solum, quod pecunia parata erat, & quod adessent homines idonei, quibus mutuari poterat, ex Authent. de consanguinitat. §. 1. collat. 6. ubi culpa probata dicitur ex eo, quod pecunia prompta erat, & prædia utilia emenda extabant; ex l. denique ff. pro socio, ubi negligentia in non agendo per alium, ex eo probata dicitur, quod facile erat alteri committere Jul. Caupon. supra à n. 15. 65 66 67 68

Tertia est, quod culpa probata censetur ex eo, quod administrator, vel tutor contraxit nomina debitorum, quod ipse non exigit ex l. Titia §. si pecunia ff. de negot. gest. ideòque quo ad ea etiam de levi tenetur ex l. quidquid cod. arbitrium tutela, & pupillus potest ea non agnoscere ex l. cum generetur ff. de administrat. tutor. Jul. Caupon. discept. 35. à n. 52. Valenzuel. conf. 115. à n. 8. 69 70

Quarta est, quod periculum decoctionis debitorum spectat ad tutorem differentem exigere glos. in l. si debitoribus 28. cod. de administrat. tutor. Caupon. sup. à n. 57. 71

Quinta est, quando tutor, seu administrator bona sua prudenter collocavit, & nomina sua diligentia exigit, & non sic administrationis bona culpa probata est, cū multis Caupon. sup. à n. 60. Galganet. de tutel. lib. 3. q. 28. Montan. de tutel. cap. 30. à n. 93. § c. 32. resol. 2. n. 6. 72

Sexta est, quod culpa probata dicitur in 213. casibus, quos numerat 73

Lucas de Pena in l. quemadmodum 7. cod. de agricol. § cont. lib. II. Farinac. in loco sup. citato, remissive Caupon. n. 7. & quoties quis potuit facere, & obli-

gatus non fecit Mascard. concl. 1093. Caupon. sup. n. 18. Barth. d. cons. 102. § in l. ab testibus S. fin. ff. soluto, & in litem queritur, ff. pro socio.

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Utrum actione tutelæ peti possit compendium, seu lucrum, quod tutor cum pecunia pupillari fecit, & omnia, quæ cum pecunia pupillari suo nomine comparit?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor pecuniis pupillaribus lucrans, lucrum actione tutelæ præstabit, nec usuras solvendo liberatur, cum lucrum ex administratione facere non debet, de quo infra n. 8. & 9. & seqq.
- 2 Hoc limitatur.
- 3 Si tutor pecunia pupillari rem suo nomine emit, electio est pupilli rem revendicare, vel pecuniam; & n. 5.
- 4 Emens pecunia aliena, sibi acquirit, sed in favorem Ecclesiæ, militiæ, mulieris, & minoris limitatur.
- 5 Sed si tutor pecunia communi cum pupillo sibi emit, vel negotiatus est, sibi ipsi acquirit.
- 6 Meum non est, quod cum alio mihi commune est.
- 7 Inter casum, quo tutor non socius pupilli cum pecunia ejus negotiatur, & inter casum, quo tutor ex præcepto patris societatem continuat.
- 8 In primo casu tantum ad usuras tenetur, cum societas cum minore hærede non continuatur, nisi mandato defuncti, nec ad hæredes transit sine mandato, licet ita ab initio paciscatur.

- 9 Et ita tutor pecuniis pupillaribus negotiatus nomine proprio ad usuras ratione damni emergentis, vel lucri cessantis tantum tenetur.
- 10 In secundo tamen casu, vel nomine proprio negotietur, vel nemine pupilli da compendium tenetur.
- 11 Cum ex præcepto testatoris ad negotiandum obligatus esset.
- 12 Et sic cum pecunia pupillo communi negotietur, licet nomine proprio compendium commune erit.
- 13 Tutor dans pecunias sub usuris, quas ad investmenta habebat, de illis rationem reddere tenetur.

SI tutor pecunia pupillari negotiatus est, usuras pecuniæ præstando, non liberatur, sed ad lucrum, seu compendium, quod fecit, præstandum, hac actione tenetur, ex l. qui negotiationem 58. ff. de administr. § pericul. tutor. ubi ratio: quia lucrum facere ex administratione non debet, Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 66. nisi tutor justa de causa, venditis omnibus mercibus pupilli, & sibi redemptis, negotium suo nomine exercuit; tunc enim non compendium negotii, sed usuras tantum præstabit pecuniæ ex l. Titium 47. S. altero 6. ff. de administrat. § pericul. tutor. Manz. sup. à n. 67. & diximus tract. 3. lib. 7. cap. 6. & cap. 7. n. 14. Cardinal. Luc. de tutorib. discurs. 6. à n. 30. Salgad. in labyr. dic. II 7. n. 4

Præterea, si tutor pecunia pupillari suo nomine quid comparavit, in arbitrio pupilli est, utrum pecuniam, an verò rem emptam hac actione petere velit

4 velit *l. securator 3. cod. arbitr. tutel. & diximus latè tract. 3. lib. 7. cap. 7. per tot. Manz. sup. n. 58.* ratio: quia licet emptum ex pecunia aliena ementis fiat ita, ut dominus pecuniæ non rem vendicare, sed pecuniam recuperare debeat *l. si ex ea pecunia 6. cod. de reivend.* hoc tamen non procedit in Ecclesia, militia, muliere, & minore, ut diximus *dict. cap. 7.* si ergo tutor ex pecunia pupillari quid ement, licet suo, & non pupilli nomine, tunc utilis reivindicatio pupillo datur, nisi tutor pecunia sibi cum pupillo communi negotiatus est, vel communi negotiatione sibi redempta suo tantum nomine negotiatus fuerit *arg. tx. in l. Titium 47. §. altero 6. ff. de admin. §. pericul. tutor.* quia dici non potest, quod ex pecunia pupillari empta fuit, meum enim non est, quod mihi cum alio commune est *l. in tantum 6. §. 1. ff. de rer. divis. Manz. sup. n. 69. Luc. dict. discurs. 6. à n. 31. Magon. dec. 1. per tot.* cum quo facienda est differentia inter casum, quo tutor, non socius pupilli cum pecunia ejus negotietur, & inter casum, quod tutor ex præcepto patris continuando societatem cum pecuniis pupillaribus negotium exercet.

8 In primo casu dicendum est, tantum ad usuras teneri, cum societas cum minore hærede non continetur, nisi præcedente mandato defuncti, nec transit ad hæredes sine mandato, etiam si ab initio id actum sit inter socios *Magon. dec. Florent. 1. n. 1. 2. §. 3.* & sic post mortem socij cum pupillis instaurari non potest, nec tacite, nec expresse, nisi mandatum testatoris accedat de continuando *ex Magon. dict. dec. 1. n. 4. §. 5.* & ob id, si tutor nomine proprio cum pupillaribus pecuniis negotiatus est non ad compendium, sed ad usuras ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, ut diximus *tract. 3. lib. 7. cap. 6.* & hoc *tract. lib. 2. cap. 11.* & sic tenet *Magn. §. Luc. in locis citatis.*

ne proprio, five nomine proprio, & pupilli cum pecuniis pupillaribus negotietur, non ad usuras, sed ad compendium tenetur *ex l. qui negotiatione ff. administr. tutel.* idque non obstante, quod proprio nomine negotiatus diceretur, cum vigore mandati testatoris ad negotiandum esset obligatus *Magon. sup. n. 15. §. 16. Luc. de tutorib. discurs. 6. à n. 31. Oter. de officialibus reipublic. 2. p. cap. 11. à n. 37. 38. §. 39.* ubi inquit *ex Bart. in l. Titium §. altero ff. de administr. tutor.* quod si tutor negotietur cum pecunia communi compendium sit commune, etiam si tutor nomine proprio gesserit negotium *Luc. de usur. discurs. 41. ubi per tot.* quod tutor dans pecunias, quas ad investimenta habebat, sub usuris tenere de illis rationem dare.

CAPUT II.

Ut rum actione tutelæ contra unum ex pluribus tutoribus in solidum moveri possit?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutelæ in solidum contra unum ex pluribus tutoribus competit.
- 2 Coram uno Judice omnes tutores, licet diversi fori sint, conveniendi sunt.
- 3 Si cum uno actum sit, ceteri non liberantur.
- 4 Et si conventus absolutus fuerit per dolum, vel quia nulliter actum.
- 5 Vel etiam si cum altero tutorum transactum sit, licet cum dolo in ita transactione, que alteri minime prodest.
- 6 Si verò actum, vel transactum, totumque solutum sit, tunc alter tutor liberatur.
- 7 Vel quando pupillus pubes factus, alterum ex tutoribus auctoritate curatoris liberavit.
- 8 Vel quando tutela à testatore, à lege, vel à Judice divisa sit.
- 9 Pater nomine filii familias tutoris conven-

10 In secundo casu, five tutor nomi-

conventus solùm de peculio, sive de peculio tenus, vel de in rem verso tenetur.

- 10 De jure civili pater non tenetur ex contractu, vel delicto filii.
- 11 De jure prætorio de peculio tenus, vel de in rem verso: nisi pater tutelam filii agnoverit.
- 12 Filius emancipatus tutelam actione conventus de gesto ante emancipationem tantùm in id, quod facere potest, tenetur; de gesto post emancipationem in solidum tenetur.
- 13 Etiam in aliis casibus, & negotiis filius familias emancipatus conventus de contractibus celebratis tempore, quo erat in patria potestate, in id, quod facere potest, tantum tenetur.
- 14 Quod servus pupilli percepit, vel ad eum pervenit, vel per ipsum stetit, quominus perveniret, condemnationem actionis tutelam minuit.
- 15 Expensas honestas à tutore factas, vel ab eo quid expensum in rem pupilli, condemnationem minuit, cum tutor pro prædictis actionem haberet, & multò fortius exceptionem.
- 16 Aliquando tutores non in solidum, sed pro parte tenentur, de quo remissivè.
- 17 Tutoribus pluribus simpliciter condemnatis ad reddendam rationem tutelam in solidum pro rata intelligitur, neque finita tutela unus ex tutoribus sine simul aliis rationem reddere potest.

Competit hæc actio ordinariè loquendo in solidum contra quemlibet tutorem ex pluribus, ut ex multis juribus, & DD. probavimus tract. 1. lib. 4. cap. 10. n. 78. & tractat. 3. lib. 6. cap. 5. cap. 21. & cap. 38. ubi per tota habes, quæ hic dicere potuimus Manz. de tutel. 2. p. 3. tit. à n. 70. Montan. de tutel. cap. 38. à n. 88. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. num. 38. Gratian. cap. 641. Menoch. de arbitr. cas. 209. n. 31. Gutt. de tutel. 4. p. cap. 1.

n. 3. Roland. lib. 1. conf. 81. n. 36. Ric. collect. 734. & coram uno Judice omnes tutores conveniri debent, licet diversi fori sint, sicut eorum hæredes, l. omnes 5. cod. arbitr. tutel. Gratian. sup. n. 11. Escob. de ratioc. cap. 10. n. 26. Thom. dict. n. 38. ita ut, si cum uno actum sit, non liberantur cæteri ex l. qui tutor in fin. ff. de admin. tutor. l. convento ff. de tutel. ration. distrab. Thom. de tutorib. tit. 36. cap. 1. n. 4. Montan. de tutel. cap. 39. n. 70. & 71. etiam si tutor conventus fuerit absolutus, vel per dolum, vel quia nulliter actum fuerit l. Lucius §. tutelam ff. de administr. tutor. l. nisi ff. de tutel. rationib. distrab. Montan. sup. n. 72. Thom. n. 5. vel cum altero tutorum tranlegisset, etiam dolo communi transactione inita, alteri enim hujusmodi transactio minimè proderit ex d. l. qui tutor, l. si ex duobus ff. tutel. ration. distrab. Montan. sup. n. 74. Thom. n. 6. nisi quando actum, vel transactum, totumque solutum fuisset, quia tunc tutor alter in totum liberatur dict. l. qui tutor, dict. l. si ex duobus, Montan. sup. n. 75. Thom. sup. n. 7. Surd. conf. 170. n. 11. vel nisi pupillus pubes effectus, alterum ex tutoribus autoritate curatoris liberaverit: quia tunc alterum convenire non potest l. si pupil. ff. de admin. tut. Montan. sup. n. 76. Thom. sup. n. 8. vel nisi tutela sit divisa à testatore, vel à lege, aut Judice, ut latè diximus lib. 6. cap. 38. per tot. tract. 3.

Quando pater nomine filij familias tutoris convenitur, tunc enim non, nisi de peculio, sive de peculio tenus, vel de in rem verso tenetur l. filiusfamil. 11. ff. tutel. ration. distrab. l. Lucius 21. l. tutorem 37. §. 2. ff. de admin. & pericul. tutor. l. 7. ff. de tutel. quia de jure civili pater non tenetur ex contractu, vel delicto filij l. tam ex contractib. 57. ff. de judic. de jure prætorio, de peculio tenus, vel de in rem verso l. 57. ff. de peculio; nisi pater tutelam filii agnoverit, vel viva voce, vel scripto, vel gestione, quia tunc in solidum tenetur ex l. si filiusfamil. ff. de tutel.

- 12 Filius emancipatus tutelæ actione conventus de eo, quod ante emancipationem gessit, tantum in id, quod facere potest, tenetur; de eo vero, quod post emancipationem gessit in solidum *l. tutore 37. §. inde ff. de admin. & pericul. tutor. dict. l. si filius 11.* quia etiam in aliis casibus, & negotiis filiusfamilias emancipatus convenitur ex contractu celebrato tempore, quo erat in patria potestate, sed tamen potest uti beneficio competentiam, ut non teneatur in solidum, sed in id tantum, quod facere potest *ex l. 2. ff. quodcum eo, l. 2. §. 8. cod. eodem, l. si dubitet 10. §. filiusfamil. ff. de fideius. & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 11. à n. 13.*
- 13 Id, quod servus pupilli percepit, vel ad eum pervenit, vel per ipsum stetit, quominus perveniret, minuit hujus actionis condemnationem *ex l. sine hærede 32. §. idem respondit, l. tutores 39. §. fin. ff. de admin. & pericul. tutor.*
- 14 Minuit etiam hujus actionis condemnationem, expensas honestas, quas Judex in hoc judicio tutelæ cognoscit, admittere debet *ex l. 2. ff. ubi pupillus morari, ve educari debeat; quia tunc meritò admittitur compensatio, cum enim tutori, si quæ in rem pupilli impendit, detur actio ex §. tutores Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. multò magis dabitur exceptio arg. tx. in cap. qui ad agendum de reg. jur. in 6.*
- 15 Non semper unusquisque ex pluribus tutoribus tenetur in solidum: nam aliquando tenentur in solidum, aliquando pro parte tantum, secundum distinctiones, quas fecimus tract. 3. lib. 6. cap. 38. per tot. quod lege, & habe pro hujus capitis parte *Salgad. de reg. protect. 4. p. n. 117.* ubi quod tutores plures simpliciter condemnati ad reddendam rationem tutelæ intelligitur pro rata in solidum; neque finita tutela potest unus ex tutoribus rationem reddere, sed infimul omnes reddere debent *Bald. in l. penultim. cod. de cõdition. insert. Thom. Grammat. conf. 137. n. 2.*

CAPUT III.

Utrum tutor ventris actione tutelæ conveniri possit?

SUMMARIUM.

- 1 *Actione tutela tenetur, etiam testamento datus tutor posthumo, non solum pro gestis antequam natus esset, sed etiam postquam natus; & n. 3.*
- 2 *Si posthumus natus non fuerit, negotiorum gestorum actione à substituto, vel legitimo hærede agendum erit.*
- 4 *Si tutor, antequam posthumus nascatur, remotus fuerit, non tutela, sed negotiorum gestorum actio dabitur.*
- 5 *Non videtur posthumi, vel pupilli tutor esse, qui statim post ejus natiuitatem remotus est.*
- 6 *De curatore ventris remissivè.*

ETIAM hac actione tenetur, qui testamento datus fuit tutor posthumo, & quædam gessit, antequam natus esset, & quædam postquam fuit natus; utrumque enim tempus in hanc actionem venit *l. cum pater 29. ff. de negot. gestis: ratio; quia licet tunc, si natus non fuerit posthumus, cum tutore non tutelæ, sed uti negotiorum gestorum actione à legitimo, vel à substituto hærede sit agendum ex dict. l. cum pater 29. l. si nemo 19. §. fin. ff. de testament. tutel. l. posthumo 24. ff. tutel. ration. distrab. tamen, si quid gessit post editum partum, de eo quoque, quod ante gessit, tutelæ judicio tenebitur, & omnis administratio ante natum posthumum, & post eum natum in hac actione veniet ex dict. §. fin. propter connexitatem, & ne sit necesse ex uno judicio plura facere *Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 86. Altimar. de nullitat. rub. 11. q. 257. per tot. si tamen tutor, priusquam quidquam nato posthumo gesserit, remotus**

motus fuerit, tunc non tutelæ, sed iterum negotiorum gestorum actio dabitur *ex dict. l. 19. §. fin.* quia non videtur posthumi, vel pupilli tutor fuisse, qui statim post ejus nativitatem remotus est *arg. tw. in l. quidquid 48. ff. de reg. jur. Manz. sup. n. 87.* latè de curatore ventris consanguineus meus Episcopus *Alphonsus Alvares Guerreiro in speculo juris Pontificii cap. 25.*

CAPUT IV.

Utrum tutor post pubertatem administrans actione tutelæ quo ad postea gesta conveniri possit?

SUMMARIUM.

- 1 Si tutor post pubertatem pupilli negotia administravit, in iudicium tutelæ tantum venit id, sine quo administratio tutelæ expediri nequit.
- 2 Unde emptiones, & venditiones post pubertatem factas in iudicium tutelæ non veniunt, sed actione negotiorum gestorum expediri debet.
- 3 Connexa, & non separata in actionem tutelæ veniunt.
- 4 Sed prædicta de consuetudine locum non habent, quia tutela non finitur nisi rationibus redditis.
- 5 Unde etiam de gestis post pubertatem pupilli, actione tutelæ tutores tenentur.
- 6 Et etiam fideiussor tutoris tenetur de gestis post pubertatem secundum illam consuetudinem, licet de jure esset contrarium.
- 7 Licet tutor de rigore juris non teneatur, nisi de gestis, tutela durante, etiam si cum eo pupillus toto tempore pubertatis habitasset.
- 8 Si gestor voluntarius est, & nihil gessit, finit tutela, rationem reddere non tenetur, nisi de gestis in pupillari ætate, vel eo tempore gerendis, quo tutela duravit.
- 9 Tamen si aliqua administrasse consti-

terit, & ex ea adultus damnificatus sit, tam tutor, quam negotiorum gestor de lata, & levi culpa tenentur.

- 10 Donec rationes reddat, & bona minorum restituat, alimenta præstare debent, licet minor moverit litem super administratione, & restitutione aliorum bonorum.

Quando tutor post pubertatem pupilli negotia administravit, in iudicium tutelæ venit id tantum, sine quo administratio tutelæ expediri non potest: si itaque post pubertatem pupilli, is, qui tutor fuerat, fundos ejus vendit, mancipia, & prædia comparavit, neque venditionis, nec emptionis hujus ratio in iudicio tutelæ habebitur, sed eo nomine actione negotiorum gestorum experiri debet *ex l. si tutor 13. ff. tutel. rationib. distrab.* quia ea, quæ connexa sunt, veniunt in tutelæ actionem, non quæ separata *l. tutor cod. arbitr. tutel. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 89. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. n. 163. Gutt. de tut. 2. p. cap. 19.*

Attamen cum de consuetudine ubique recepta, dum rationes non reddiderunt, & continuant administrationem rerum pupillarum habeantur ac si tutores essent, prout notat *Fab. in suo cod. lib. 5. tit. 29. diffin. 1. 2. & 3. Cancer. 1. var. cap. 7. n. 145. & 3. var. cap. 1. n. 234.* dicentes, quod, licet tutela finiatur pubertate, officium tamen tutoris non finitur, nisi redditis rationibus, *ex l. 5. §. post completum ff. de admin. & pericul. tutor. Gail. lib. 2. obs. 96. per tot. Seraph. dec. 82. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 86. Cancer. dict. cap. 7. n. 145. & dict. cap. 1. n. 234. & diximus tract. 3. lib. 4. cap. 2. n. 6. ubi multos citavimus, & lib. 8. cap. 6. n. 6. & n. 7. ubi etiam alios citamus: de gestis etiam post pubertatem pupilli actione hac tenentur, ut iudicatum tradit *Cancer. dict. cap. 7. n. 145. in fin. Thom. de tutor. tit. 36. cap. 1. n. 163. & ita in Portuensi Senatu cum Senatoribus**

CAPUT V.

Utrum tutor possit excipere de remissione sibi facta, ut contra eum actio tutelæ moveri non possit?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutela semel remissa amplius non competit, & agenti obstat exceptio remissionis.
- 2 Remissio in testamento fieri potest, vel per conventionem partium.
- 3 Obligatus reddere rationes, eas reddere tenetur, licet tutor, vel curator à testatore eum dante in testamento à tali obligatione liberetur.
- 4 Etiam si testator omne legasset, in quo condemnari contigisset; quo casu solum de neglectis, & dolo præsumpto non tenetur.
- 5 Multò minus dicta remissio non tenet, quando de reddenda ratione legitimæ debitæ, tutor, seu curator à testatore liberatur; cum hoc sit gravamen, & nihil onerosum circa legitimam ascendentes imponere possunt.
- 6 Prædicta remissio nunquam comprehendit dolum, & reliquorum restitutionem.
- 7 Unde ex legato totius ejus, in quo tutor, vel curator fuerit condemnatus, dolus futurus, nec restitutio reliquorum remissus censetur.
- 8 Nec remissio comprehendit restitutionem reliquorum existentium, licet reliqua expressè remissa reperiantur, quia de consumptis intelligitur.
- 9 Nec comprehendit gesta ante inventarium, & administrationem decretam.
- 10 Per verba non vexetur, moleste- tur, aut inquietetur, redditio rationis remissiva non censetur.
- 11 Obligatus rationem reddere, non liberatur in præjudicium successoris, non heredis, quanvis testator,

sen

bus meis collegis læpè judicavimus
Gutt. de tutel. 2. p. cap. 19. n. 12. Valenç.
conf. 148. n. 23.

6 Qua consuetudine attentata, licet de jure fideiussor tutoris non teneatur ad ea, quæ tutor gessit, tutelæ pubertate finita ex l. Lucius S. quaesitum, & S. Paulus ff. de admin. & pericul. tutor. Thom. sup. n. 167. de consuetudine tenetur ex Cancr. 1. var. cap. 7. n. 146. ubi sic judicatum refert: quare fideiussor, attentata dicta consuetudine, pro tota dicta administratione sumitur, & ipse pro ea censetur se fideiubere Cancr. dict. n. 146. in fin. Vide lib. 4. cap. 8. n. 18. & 19. Luc. de tutor. discurs. 15. n. 8.

7 Licet tutor de rigore juris non teneatur, nisi de gestis, tutela durante, etiam si cum tutore pupillus toto tempore pubertatis habitasset, ut tenent Thom. de tutor. tit. 18. cap. 12. n. 235. Corn. lib. 1. conf. 252. ubi tradunt, quod si gestor voluntarius est, & nihil gessit, finita tutela, rationem reddere non tenetur, nisi de gestis in pupillari ætate, vel eo tempore gerendis, quo tutela duravit.

9 Tamen, si aliqua administrasse constiterit, de lata, & levi culpa conveniri potest, si ex ea adultus damnificatus sit: quia negotiorum gestor de lata, & levi culpa tenetur ex l. tutor. cod. de negot. gest. & donec reddeat rationes, & bona minori restituat, tenetur ei alimenta, sicut antea, præstare, quia tantum post restitutionem bonorum cessat obligatio præstandi alimenta Salgad. in labyrint. creditor. 3. p. cap. 9. à n. 1. ad 9. Cov. præct. cap. 6. n. 6. ibi Faria; etiam si minor moverit litem super administratione, & restitutione aliorum bonorum l. Imperatores ff. tutel. & ration. distrabend. Escob. de ratioc. cap. 4. sub n. 26. Salgad. sup. n. 2.

- seu moriens confiteatur sibi redditam fuisse rationem fideliter à gerente, & attestetur se benè informatum esse de ejus legalitate, ac probitate; & judicatum refertur.
- 12 Prædicta remissione non obstante, tutor propter dolum suspectus postulari potest.
- 13 Et contra eum in litem juratur.
- 14 Liberatus à reddenda ratione per pactum, & conventionem, nihilominus rationem reddere, & reliqua restituere tenetur, & solum ab exactissima, anxia, & stricta redditione liberatus intelligitur.
- 15 Et per dictam remissionem dolus præsumptus remissus censetur, non dolus verus, qui nec tacitè, nec expressè futurus remitti potest; & infra n. 19.
- 16 Licet minor cum auctoritate curatoris, decreto Judicis, & cum juramento affirmet rationem à tutore sibi esse redditam, & eum liberaverit, adhuc tutor reddere tenetur, nisi illas verè redditas fuisse ostenderit.
- 17 Administrator nullo pacto à reddendis rationibus liberari potest.
- 18 Quavis minor liberaverit suum tutorem ab administratione tutelæ, dicens quod à suo tutore non petatur ratio tutelæ, eo quod eum vult ab omni cura liberare, adhuc pro ratione reddenda, & reliquis restituendis conveniri potest.
- 19 Remissio sive per ultimam voluntatem, sive per contractum dolum præsumptum non comprehendit.
- 20 Dolus in qualibet liberali dispositione exceptus intelligitur.
- 21 Præcipuè quando aliquid adest, vel adesse præsumitur penes eum, cui remittitur.
- 22 Remittere donare est, & donationis semper conjectura excluditur, ubi alia capi potest.
- 23 Remissio non comprehendit, quod tutor exegit, accepit, & antea habuit.
- 24 Et quod testatoris nomine credit, remissum non censetur.
- 25 Nec à restitutione libri liberatus censetur.
- 26 Nec à reliquorum restitutione, licet testator legasset omne, in quo condemnatus veniret, nisi hæc liberatio à filio patri, matri, socero, aut patruo relicta esset.
- 27 Liberatione simpliciter legata matri utrici filiorum, non censetur remissa restitutio reliquorum, quia non restituere reliqua, est dolus verus in committendo.
- 28 Non censetur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, quia ejus arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contingantur.
- 29 Non censeatur à dolo legata liberatio, sed scrupulosa rationis redditio verbis amplissimis sit concepta: ut v. g. si dicat: Volo administratorem non posse cogi ad rationes, nec quovis modo vexari, aut inquietari permitto.
- 30 Nihil operetur remissio, quando re ipsa ob enormissam læsionem dolus commissus fuit.
- 31 Nec etiam tutori facta quietatio operatur, si dolus adsit, vel culpa lata.
- 32 Etiam si legata sit liberatio à dolo sa gestione; adhuc enim de dolo, & lata culpa tenetur.
- 33 Liberatio, seu remissio non operatur quo ad hæredes tutoris, nisi fuerit in liberatione expressum.
- 34 Nec teneat etiam remissio quoad ea, quæ tutor in inventario ponere omisit.
- 35 Tutor, curator, socius, vel alius quicumque administrator, cui fuit facta remissio, liberatio à rationibus reddendis eas reddere teneatur, si ipse nihilominus ad eas, vel pacto se adstrinxit.
- 36 Quod procedit quando se tacitè obligavit, ut puta, conficiendo librum rationis, quia per confectionem libri

36 *bri rationis se voluit obligare, & si protestetur, quod non intendit venire contra liberationem.*

37 *Remissio, seu liberatio facta à reddendis rationibus, sive per ultimam voluntatem, sive per contractum, non comprehendit omnia ea, ad quæ actio reivindicationis competit.*

38 *Secus quando liberatio fuit relicta in testamento ab adulto de reddenda ratione tutelæ, quia tunc tutor illam reddere non tenetur.*

39 *Non tenetur tutor, quando fuerit præscripta obligatio reddendæ rationis.*

40 *Nec etiam quando testator gravavit heredem restituere tutori, quidquid ipse tutor restituere cogatur, & eum à redditione rationis liberare: quia tunc ipse heres extra dolum verum solvere tenetur omne, in quo fuerit tutor condemnatus.*

41 *Nec quando remissio respicit administrationem præteritam, quia tunc, si expressè sit remissa, etiam dolosa administratio, benè procedit prædicta remissio.*

42 *Nec etiam tutor, vel curator, qui à reddendis rationibus fuit liberatus, teneatur ad usuras pupillares, quia pecunias ociosas habuit, nec ad ea, quæ omisit, vel neglexit ex culpa levi.*

43 *Nec quando testator legavit tutori, seu administratori omne illud, in quo fuerit reliquatus, maximè si administrator sit mater, socer, aut patrinus, quia etiam tunc dolus remissus censetur.*

44 *Administrator, qui fuit liberatus à redditione rationis cum libera facultate disponendi de fructibus, & privatione contra heredes in casu molestiarum, non tenetur, nisi tali facultate usus non fuisset; ubi iudicatum refert.*

45 *Nec quando pupillus factus maior, vel dominus administrationis obli-*

gationem reddenda rationis per donationem remisit, ubi quæ solemnitates ad ejus validitatem requirantur.

46 *Nisi pactum liberatorium, seu de non molestando personale sit.*

47 *Si creditor sine protestatione sortem principalem recipiat, usuras, interesse, & penas, cæteraque accessoria remittere censetur.*

48 *Nisi usuræ, & prædicta debita sint sine actione.*

49 *Si creditor instrumenta debiti debitori tradat, debitum remissum censetur.*

50 *Vel quando invenitur instrumentum penes debitorem non familiarem, vel non domesticum, seu aliter non suspectum.*

51 *Concurrente conjunctione sanguinis, diuturnitate temporis, & sæpè facta calculatione, debitum solutum censetur, neque habet locum rationum redditio.*

Actio tutelæ, si semel remissa sit, amplius non competit, & agenti obstat exceptio remissionis ex l. ita 5. §. Julianus 7. l. qui plures 41. ff. de admin. tutor. l. tutores 39. §. ab eo ff. eodem, Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 96. sed quia remissio, vel fieri potest in ultima voluntate, quia tutorem in testamento, eum ab obligatione reddendæ rationis liberavit, ex dict. l. ita l. qui plures dicta, l. tutores, vel ex conventionem partium ex dict. l. tutores Manz. dict. n. 96. videndum est, an, & quando ex remissione facta in testamento reddendæ rationis, vel ex conventionem obligatus ad rationes reddendas liberetur; & ita de remissione agit lallè Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. à n. 1. ad n. 156.

Regula est, quod obligatus reddere rationes, eas reddere tenetur, etiam si tutor, vel curator à testatore, à quo fuit datus in testamento, à tali obligatione liberetur, ut ex multis probavimus tract. 1. lib. 4. cap. 6. à n.

307. *Gutt. de tutel. 4. p. cap. 1. Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. à n. 46. Escob. de ratioc. cap. 5. per tot. Rebuf. in l. bov. ff. de verbor. significat.*

4 Ampliatur primo, ut procedat, si testator omne legasset, in quo condemnari contigisset, & solum de neglectis, & de dolo præsumpto tunc non tenetur *Thom. sup. dict. n. 46. Menoch. conf. 21. n. 5. § 6. Alb. conf. 369. num. 2. Gom. 1. var. tit. de legat. n. 81. ibi Ayl. Cov. 2. var. cap. 14. Piag. de tutel. q. 19. n. 1. Galgan. de tutel. lib. 3. q. 59. Escob. de ratioc. cap. 5. n. 17. Heef. de ration. redd. loc. 1. à n. 100. Altimar. de nullitat. contract. rub. 1. p. 1. q. 11. n. 314. § 315. Rebuf. in l. boves ff. de verborum significatione.*

5 Ampliatur secundo, ut multò minus prædicta remissio teneat, quando de reddenda ratione legitimæ debitæ tutor, seu curator à testatore liberatur, quia legitima omne gravamen respuit, ut latè probavimus *tract. 2. lib. 5. cap. 1. § 4. per tot. & circa legitimam filiorum, seu aliorum descendentium ascendens nihil onerosum disponere potest Escob. dict. cap. 5. n. 22. Rebuf. sup. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. à n. 20.*

6 Ampliatur tertio, ut prædicta remissio non comprehendat dolum, & restitutionem reliquorum *Thom. sup. n. 46. Bart. in l. Aurelio §. Cayus ff. leg. 2. n. 7. Cov. dict. cap. 14. ibi Faria, Padilh. in l. cum necessitatem cod. de fideicom. n. 2. § 7. ubi probat, quod ex legato totius ejus, in quo tutor, vel curator fuerit condemnatus, non censi remissus dolus futurus, nec restitutio reliquorum; quanvis stricta, exacta, & exactissima rationum redditio remissa censeatur Escob. de ratioc. cap. 5. n. 15. § 19. Cyriac. contr. 412. n. 20. Altimar. sup. n. 315. cum sequentib. Rebuf. sup.*

8 Ampliatur quarto, ut prædicta remissio non comprehendat restitutionem reliquorum existentium, licèt reliqua expressè remissa reperiantur,

quia debent intelligi de reliquis consumptis, & non de reliquis extantibus *Bart. in dict. l. Aurel. §. Cayus num. 37. Thom. dict. n. 46. Cov. dict. cap. 14. n. 3. Padilh. sup. Escob. dict. cap. 5. n. 19. Heef. dict. loc. 1. n. 102. Rebuf. in l. boves ff. de verb. significat. Altimar. sup. à n. 50.*

Ampliatur quinto, ut remissio reddendæ rationis non comprehendat gesta ante inventarium, & decretam administrationem *Ruyn. conf. 70. n. 7. Thom. sup. n. 46. Montan. de tutel. cap. 38. n. 33. Rebuf. sup. Altimar. d. q. 46. à n. 70. ubi multos.*

Ampliatur sexto, ut redditio rationis non censeatur remissa, si testator dicat, quod tutor, curator, seu administrator non vexetur, molestetur, aut inquietetur: quia intelligendus est de injusta vexatione *Escob. de ratioc. cap. 5. n. 13 Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 46. Menoch. lib. 4. præsump. 164. à n. 1. Heef. dict. loc. 1. à n. 100. Rebuf. sup. Altimar. d. q. 46. à n. 80.*

Ampliatur septimo, ut non liberetur à reddenda ratione, obligatus illam reddere in præjudicium successoris non hæredis, quanvis testator, seu moriens dicat, & confessus sit, sibi redditam esse rationem fideliter à gerente, & attestetur se benè informatum esse de legalitate, ac probitate gerentis *Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 57. Alex. lib. 2. conf. 170. n. 8. § 9. Riminald. Junior, conf. 338. à n. 55. Berthasan. conf. 381. per tot. & ita vidi judicatum contra Canonicum Eborensem Andream de Sande, Æconomum maximum Illustrissimi Archiepiscopi D. Fr. Domini à Gusmaõ, ad favorem Illustrissimi Archiepiscopi D. Fr. Ludovici à Soula, ejus successoris, non obtâte, quod probatum fuit, quod prædictus dominus D. Fr. Dominicus à Gusmaõ tempore mortis confessus fuit rationes sibi redditas esse à prædicto Æconomio maximo, & nihil sibi ex illis debere *Alto grad. lib. 2. conf. 57. per tot.**

Ampliatur octavo, ut non obstant

te prædicta remissione, tutor propter dolum potest suspectus postulari *l. non solū S. si hæres, l. Lucius ff. de liberat. legat. l. Aurelio 20. S. fin. ff. eodem, Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 47. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 20. n. 14.* & contra eum in litem juratur *Thom. sup. dict. num. 47.* ubi citat *Farinacium, Rebus. in l. boves ff. de verbor. significat.*

Ampliaturo nono, ut liberatus à reddenda ratione per pactum, & conventionem, nihilominus rationem reddere, & reliqua restituere tenetur, & solum liberatus intelligitur ab exactissima, anxia, & stricta rationum redditione *Felic. de sciēt. cap. 37. n. 36. Escob. de ratioc. cap. 5. n. 13. Cras. de success. S. legatum q. 40. à n. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 164. à n. 1. Cov. 2. var. cap. 14. à n. 3. l. auxilio S. cujus ff. de liberat. legata;* & dici non potest, quod reliqua restituere non tenetur, quia ex dicta remissione redditionis rationum dolus remissus censeatur: nam de dolo vero hic non est dicendum, quia nec tacite, nec expresse dolus futurus remitti potest *l. si unus 27. S. illud 3. ff. de pactis, Hees. sup. n. 102. Rebus. sup. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. à n. 100. cum seqq.*

Ampliaturo decimo, ut quavis minor cum autoritate curatoris tutorem ab administratione tutelæ præteritæ liberavit, accedente Judicis decreto, affirmando cum juramento rationem à tutore sibi esse redditam, & ob id quietationem fecerit, adhuc, juramento non obstante, tutor pro reddendis rationibus potest conveniri, nisi illas verè redditas fuisse ostenderit *Escob. dict. cap. 5. n. 10. Baeza de decim. tutor. cap. 2. num. 163. Menoch. lib. 4. præsumpt. 163.* qui dicunt administratorem nullo pacto ab obligatione reddendæ rationis liberari, cum multis *Altimar. d. q. 46. à n. 80. usq. ad n. 120.*

Ampliaturo undecimo, ut quavis minor liberaverit suum tutorem ab administratione tutelæ præteritæ, dicens, quod à suo tutore non petatur

ratio tutelæ, eò quod eum vult ab omni cura liberare, adhuc prædicta liberatione non obstante, pro ratione reddenda, & reliquis restituendis conveniri potest *l. Aurelius S. Mævio ff. de liber. legat. Escob. dict. cap. 5. n. 10.* ubi conciliat dictam legem cum *l. creditor S. Titia ff. de liberat. legat.* quæ videntur contraria.

Ampliaturo duodecimo, ut remissio, sive per ultimam voluntatem, sive per contractum, non comprehendat dolum præsumptum, quia doli etiam præsumpti remissio est inverosimilis *Felic. dict. cap. 37. n. 38.* & dolus in qualibet liberali dispositione intelligitur exceptus *ex l. Pomponius scribit S. sed superius ff. de negot. gest. l. tres fratres ff. de pact. & diximus tract. 1. lib. 2. cap. 1. n. 22.* præcipue, quâdo aliquid adest, vel adesse præsumitur penes eum, cui remittitur *Felic. sup. n. 49.* quia remittere est donare *Felic. n. 50.* & diximus *tract. 1. lib. 3. cap. 11. n. 26. § 27. l. in ædibus ff. donationib. & donatio semper conjectura excluditur, ubi alia capi potest Felic. dict. n. 50. & nos dict. cap. 11. n. 28. Rebus. in l. boves ff. de verbor. significat.*

Ampliaturo decimotertio, ut remissio non comprehendat quod tutor exegit, accepit, & antea habuit *ex dict. l. Aurelio S. fin. l. Aurelius S. Mævio Escob. sup. n. 6. Thom. sup. n. 49. Gutt. de juram. confirm. 1. p. cap. 40. num. 25. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 20. n. 14. § 13. Rebus. sup.*

Ampliaturo decimoquarto, ut non censeatur remissum quod testatoris nomine credit *l. procurator 23. ff. de liber. legat. Thom. sup. n. 50. Galgan. sup. n. 15.*

Ampliaturo decimoquinto, ut non censeatur tutor à restitutione libri liberatus *l. creditor 31. S. inter cetera ff. de liber. legat. Galgan. dict. n. 15. Thom. n. 51.* nec à reliquorum restitutione, ut post *Menoch. conf. 2.* probat *Galgan. lib. 3. q. 58. à n. 16.* ubi ait, reliqua restituenda esse, etiam si testator legasset om-

- ne illud, in quo condemnatus veniret, nisi hæc liberatio à filio patri relicta fuisset *Cov. dict. cap. 14. à n. 1.* idem probantes in matre, focero, & patruo *Gutt. dict. cap. 49. à n. 18. Thom. dict. n. 51. Escob. dict. cap. 5. n. 14.* ubi tenet, quod ex liberatione simpliciter legata matri tutrici filiorum, non censetur remissa restitutio reliquorum, quia non restituere reliqua est dolus verus in committendo *Cov. dict. cap. 14. Felic. de societ. cap. 37. n. 39.* probantes *ex l. 1. cod. de in litem jurand. l. qui restituere 68. § l. ultim. ff. de reivendic. Hees. de rationib. reddend. loc. 1. à num. 100. Rebus. sup.*
- 27 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- 28 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- 29 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- 30 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- 31 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- 32 *Ampliat*ur decimosexto, ut ea non censeantur remissa, quæ Judex non fuisse remissa arbitratus sit, ejus enim arbitrio relinquitur, quæ in liberatione prædicta contineantur *ex l. Aurel. § Titius testamento ff. de liberat. legat. Galg. dict. tit. 20. n. 16. Escob. dict. cap. 5. n. 21. § 22. Thom. de tutor. tit. 34. c. 1. n. 52. vide Lucam de legat. discurs. 47. per tot.*
- dict. tit. 34. cap. 1. à n. 54.* *Ampliat*ur vigesimoprimum, quod liberatio, seu remissio non operatur quo ad hæredes tutoris, nisi fuerit liberatione expressum *Thom. sup. num. 58. Durant. de tutor. cautel. 2. n. 4.*
- Ampliat*ur vigesimosecundo, ut non teneat remissio quo ad ea, quæ tutor in inventario ponere omisit *Rot. Rom. dec. 762. n. 8. p. 2. Thom. sup. n. 59.*
- Ampliat*ur vigesimotertio, ut tutor, curator, socius, vel alius quicumque administrator, cui facta fuit remissio, & liberatio à reddendis rationibus, eas reddere teneatur, si ipse nihilominus ad reddendas rationes, vel pacto se adstrinxit, ut tenet *Escob. de ratioc. cap. 5. n. 24. ex l. in l. 4. §. fin. ff. si quis cautionib. vel tacitè se obligavit, puta, conficiendo librum rationis, quia liberationem non acceptare à redditione rationum dicitur ille, qui confecit librum rationis, & si utetur eo, cum protestatione, quod non intendit venire contra liberationem Felic. de societ. cap. 37. n. 53. § 54. Riminald. Senior lib. 2. conf. 309. n. 31.*
- Ampliat*ur vigesimoquarto, ut remissio, seu liberatio facta à reddendis rationibus, sive per ultimam voluntatem, sive per contractum non comprehendat omnia ea, ad quæ actio reivendicationis competit *Escob. dict. cap. 5. n. 19. Thom. cum multis num. 46. cum multis Altimar. de nullitat. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. n. 93.*
- Limitatur* primo, quando liberatio fuit relicta in testamento ab adulto de reddenda ratione tutelæ, quia tunc tutor illam reddere non tenetur *Gusmam in veritatib. jur. veritat. 13. per tot. ubi vide, & apud alios allegatos lib. 1. cap. 1. n. 12. & citandis infra in sequenti cap. Cyriac. contr. 412. n. 20. cum multis Altimar. sup. d. q. 46. à n. 110. ad n. 120.*
- Limitatur* secundo, quãdo præscripta fuerit obligatio reddendæ rationis, de quo diximus *lib. 2. cap. 6. per tot. § Felic. de societ. cap. 37. n. 59. & ejus Addition.*

Addition. ad n. 56. Ritterh. de different. jur. Civil. & Canon. lib. 4. cap. 15.

40 Limitatur tertio, quando testator gravavit hæredem restituere tutori, quidquid ipse tutor restituere cogatur, & eum à redditione rationis liberare: quia tunc omne, in quo tutor fuerit condemnatus, extradolum verum ipse hæres solvere tenetur *Thom. de tutor. tit. 34. cap. 1. n. 46. & 55. Galganet. d. q. 58. n. 21. Cov. dict. cap. 14. n. 5. & 6. Escob. dict. c. 5. à n. 7.*

41 Limitatur quarto, quando remissio respicit administrationem præteritam, quia tunc, si expressè sit remissa etiam dolosa administratio, benè procedit prædicta remissio *Escob. dict. cap. 5. n. 18. Felic. de societ. cap. 37. n. 42. quoad dolum præsumptum, secùs quoad verum, ut declarat Felic. dict. cap. 37. n. 42. Thom. sup. dict. num. 46. Heef. sup. à n. 103.*

42 Limitatur quinto, ut tutor, vel curator, qui à reddendis rationibus fuit liberatus, non teneatur ad usuras pupillares, ex eo, quia pecunias pupillares ociosas habuit, nec ad ea, quæ omisit, vel neglexit ex culpa levi *Escob. sup. n. 7. excepta administratione legitima, super qua testator nihil facere potest, ut diximus sup. n. 5. Cov. dict. cap. 14. n. 4. Cancer. sup. n. 87. Thom. sup. n. 60. Cravet. conf. 193. n. 9. Durand. de art. testand. tit. 7. cap. 2. n. 13. Borgn. de tutorib. n. 125. Roland. lib. 1. conf. 49. n. 34. nisi prædictum onus aliter compentetur ex his, quæ diximus tract. 2. lib. 5. cap. 1. & 4.*

43 Limitatur sexto, quando testator legavit tutori, seu administratori omnè illud, in quo fuerit reliquatus *Escob. sup. n. 23. præcipuè, si administrator sit mater, focer, aut patruus: quia tunc etiam dolus remissus censetur; Escob. dict. n. 23. Thom. dict. n. 46. Piag. de tutor. q. 19. Galgan. dict. q. 58. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. à n. 110. ad n. 120.*

44 Limitatur septimo, quando administrator liberatus est à redditione

rationis cum libera facultate disponendi de fructibus, & privatione contra hæredes in casu molestiarum, nisi administrator tali facultate usus non fuisset; qui quidem usus ex institutione hæredis non probatur, ut judicatum tradit *Farin. tom. 1. dec. 377. n. 1. & 2. cum multis Altimar. sup. d. q. 46. à num. 115.*

45 Limitatur octavo, quando pupillus factus maior, vel dominus administrationis obligationem reddendæ rationis per donationem remisit, ad cuius validitatem requiruntur solemnitates, quæ ad alias desiderantur, & eisdem regulis talis donatio subicitur, nisi pactum liberatorium, seu de non molestando sit personale; *l. qui in futurum §. 1. ff. de pactis, Luc. de alienat. discurs. 46. per tot. Ering. de fidei ius. cap. 10. n. 34. & 28. à n. 6. Ansal. de commerc. discurs. 34. per tot. & maximè n. 34. cum infinitis Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. à n. ...*

47 Limitatur nono, quando creditor sine protestatione recepit sortem principalem, quia videtur remittere usuras, interesse, & pænas, cæteraque accessoria *Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. n. 122. & q. 47. à n. 440. l. centum caput ff. de eo, quod certo loco, Menoch. lib. 6. præsumpt. 115. Magon. dec. Florent. 42. n. 12. Gratian. cap. 136. n. 33. Sabel. verbo solutio n. 16. Maur. de solutionib. cap. 12. & cap. 4. n. 12. nisi sint debitæ sine actione Gratian. cap. 857. n. 5. & 130. n. 37. Magon. dec. Flor. 83. & alii relati ab Altimar. d. n. 122. & ita me conjudice judicavit Senatus; & diximus tract. 2. lib. 8. cap. 6. n. 43.*

49 Limitatur decimo, quando instrumentum debiti traditur à creditore debitori, quia tunc censetur debitum remissum *l. 2. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de liberatione legata, l. creditoricem, & de remissione pignor. cum multis Parex. de instrumentor. ediction. lib. 1. resolut. 3. §. 5. à n. 2. Castil. lib. 2. cap. 23. Salgad. in labyrinth. 1. p. cap. 29. à n. 9. Menoch.*

noch. lib. 3. præsumpt. 140. à n. 2. cum infinitis *Altimar. d. q. 46. num. 15. cum plurib. sequentib. late ampliat, & limitat, & extendit, quando duo sunt debitores in eodem instrumento, cum distinctione, de qua ibi n. 21. Menoch. sup. Olear. tit. 1. q. 30. à n. 3. Mendonç. de pactis lib. 2. cap. 2. n. 5. vel quando invenitur penes debitorem non familiarem, vel domesticum, seu aliter non suspectum *Altim. sup. à n. 32. Menoch. lib. 3. præsumpt. 141. à n. 10. Gratian. cap. 393. n. 27.**

51 Limitatur undecimo, quando concurrit conjunctio sanguinis, diurnitas temporis, & sæpè facta calculatio *ex l. procerta ff. de probationibus cum infinitis Altimar. d. q. 46. à n. 131. ad n. 156. Barbof. in l. quæ dotis ff. soluto n. 42. Escob. de ratiocin. cap. 37. à n. 5. Menoch. cas. 88. à n. 11. Mascard. conclus. 554. Pirrus Maur. de solutionib. c. 18. n. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 135. & diximustract. 2. lib. 8. cap. 6. n. 58.*

CAPUT VI.

An, & quando tutor, seu curator excipere valeat liberationis exceptione?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor, & quilibet alius administrator post revisas, & calculatas rationes reliqua restituens, & liberationem, seu quietationem consequens, exceptione liberationis se defendere potest, si denud in ratiocinium reddendum vocetur.
- 2 Et si ille, qui solus gessit, liberatus fuerit, cæteri, qui non gesserunt, liberati censentur, cum liberanti exceptio cedendarum obstat.
- 3 Quid si liberatio facta fuerit ei, qui non gessit.
- 4 Liberatio alteri tutori, per acceptilationem facta cæteris prodest, & quando liberatus in solidum tenebatur, præcipuè, si gratuitò facta fuit, non ex causa onerosa.

- 5 Liberatio facta uni correorum debendi cæteris prodest, quando aliter liberatio inutilis esset, de quo affertur exemplum.
- 6 Pactum liberatorium in favorem eorum, qui regressum habere possunt contra liberatum, extenditur: tutores correi censentur, & in solidum tenentur.
- 7 Regula procedit in liberationibus, & quietationibus, in ratiociniis inter parietes factis à partibus subscriptis, & judicialiter recognitis, cujus recognitionis judicialis virtute rationes, & liberationes habentur, tanquam per publicum instrumentum factæ.
- 8 Recognitio habet vim cognitionis, & confessio extrajudicialis in judicialem transformata, uti publicum instrumentum executionem habet.
- 9 Confessio judicialis probationum Regina dicitur.
- 10 Ut ratio extrajudicialis executioni demandetur, Judicis sententia calculum approbans requiritur.
- 11 Quæ sententia proferri nequit, nisi prius terminus partibus ad dicendum contra calculum assignetur.
- 12 Et si partes contra rationes insurgant, interim executio suspendi debet.
- 13 Facta divisione rerum societatis, & ejus lucrorum, sociis per decennium tacentibus, liberatio præsumitur, & rationes redditæ censentur, nisi contrarium probetur.
- 14 Si tutor plenam liberationem à minore consequatur absque Judicis, & curatoris interventu probando extare apud minorem ab eo soluta, vel versa in ejus utilitatem fuisse, ope exceptionis liberatur: liberatio debitoribus Regiis qua forma facienda, remissivè.
- 15 Agitur de liberatione pleniori, quæ sit, & ejus effectus.
- 16 Agitur de plenissima liberatione, & ejus effectibus.

- 17 *Agitur de liberatione apud acta coram Judice in scriptis, vel per publicum Tabelionem facta, qua forma facienda, & de ejus effectu.*
- 18 *Tutor, curator, seu quilibet alius administrator solvens ratione administrationis debitæ, cogere potest dominum administrationis Judicem, ut liberationem legitimè factam præstet.*
- 19 *Non erit tamen cogendus ad liberationem, seu quietationem generalem præstandam, cum hujusmodi liberatio captiosa, deceptoria, periculis, ac difficultatibus subiecta.*
- 20 *Sed nulla obstante liberatione etiam jurata, & interventu Judicis data, tutor, curator, seu alius quicumque administrator tenetur reddere rationem illius, quod ipsi adest, & domino administrationis deest; maximè si insidia, & importunitates adsint.*
- 21 *Liberatio dolo extorta, etiam cum juramento, & Judicis decreto iniqua est, & minimè servanda.*
- 22 *Licet in ea reliqua non extare dicatur.*
- 23 *Et clausulam, sponte, & ex certa scientia, habeat.*
- 24 *Quæ liberatio per actionem de dolo, vel conditionem sine causa annullari potest.*
- 25 *Dolus non censetur remissus maximè ei, cui aliquid commodi ex dolo accedit, nisi expressè de dolo mentio fiat.*
- 26 *Dolus cum causa permanente, scilicet, cum doli lucro, per liberationem purgari nequit.*
- 27 *Liberatio generalis, etiam jurata, & Judicis decreta, revisionem rationis, & reliqua dolo se retenta non tollit.*
- 28 *Liberatio non liberat, quando constat de asseveratione falsi, aut retentione boni.*
- 29 *Quando de retentione reliquorum constat dolo se quietatio extorta*
- censebitur, & liberatio rescindenda venit.*
- 30 *Nisi ratio reddita apparuerit, qualiscunque liberatio non liberat, neque sufficit confessio redditæ rationis.*
- 31 *Liberatio non liberat quando constat quod tutor, curator ve pecunias sui pupilli in suam utilitatem conversus, tunc dolus commissus censetur, & ipse tutor fraudulentus.*
- 32 *Liberatio quo ad bona penes tutorem, vel curatorem existentia, nec ad non scripta in inventario extenditur; nec ignorata liberatio generalis comprehendit.*
- 33 *Dolo, fraude, vel errore interveniente, liberatio non prodest, nisi de dolo cognitum sit in rationibus.*
- 34 *Neque quando ratio legitimè reddita non sit.*
- 35 *Aut nulliter reddita.*
- 36 *Liberatio respectu unius pupilli facta non operatur quo ad tutelam fratris, cujus liberans hæres extitit.*
- 37 *Liberatio generalis, & quibuscunque verbis ad administrationes, de quibus actum non fuit, non extenditur.*
- 38 *In dubio semper ad causam ventilatam, & non ad causam propositam, respectus habitus censetur.*
- 39 *Generalitas sequens declaratur secundum præcedentia, ac restringitur.*
- 40 *Liberationis verba generalia ex mente, & intentione partium restringuntur, & limitantur.*
- 41 *Verba ad casum cogitatum restringuntur, & ultra intentionem agentium non operantur.*
- 42 *Quæ scientia sufficiat, ut quietatio, & liberatio liberet, satis explicatur.*
- 43 *Liberatio sicut ad ignorata, ita ad dubitata non extenditur.*
- 44 *Liberatio in plena forma ad bona pupilli, quæ supersunt, non extenditur.*
- 45 *Liberatio ad tempus, post tempus effectum non sortitur, cum limita-*

- ta causa limitatum producat effectum.
- 46 Tempore induciarum finito non videtur orta nova libelli incipiendi occasio, sed primum intermissum.
- 47 Sententia ad tempus suspensa post tempus renovatione non indiget; & interdictum ad tempus suspensum post illud reassumit vires; licentia capiendi debitorem ad tempus suspensa, eo transacto, reformatione non indiget.
- 48 Lesione enormissima interveniente, liberatio non liberat, cum re ipsa dolus detur.
- 49 Sicut quietatio dolosam administrationem non roborat, ita ejus ratificatio.
- 50 Quietatio non liberat, si adversus eam minor in integrum restituatur.
- 51 Minor adversus liberationes suis debitoribus factas restituitur.
- 52 Quam petere possunt, & de nullitate docere.
- 53 Ex duobus liberationibus diversis temporibus factis ejusdem summae, bis praesumitur solutio facta, & una per liberatum repeti potest.
- 54 Non tamen creditor bonam solutionem accepisse praesumitur; & aliqua in puncto notantur.
- 55 Liberatio contingit, si in instrumento creditor recepisse centum pro residuo, vulgò por rehto, fassus sit, quo casu solutio praesumptivè probatur, si de contrario non doceatur.
- 56 Liberatio generalis ad debitum nondum quaesitum non extenditur.
- 57 Liberatio generalis ad ea, quae revindicari possunt, non extenditur, imò tutor possidens rem pupilli, quietatione non obstante, ut quilibet extraneus conveniri potest.
- 58 Confessio secundi tutoris, seu curatoris antecedentem liberans, eum à reddenda ratione non liberat.
- 59 Quietatio generalis debitum ignoratum, vel nondum plenè quaesitum non comprehendit.
- 60 Liberatio facta tutori, curatori ve

à novitio, seu novitia facta sine solemnitatibus Concilii Trident. nulla erit; sed contrarium verius.

- 61 Actus prohibitus à jure, de voluntario, & non de necessario intelligitur.
- 62 Concilium Trident. Sess. 25. de Regularib. cap. 16. tantum in contractibus, seu actibus voluntariis, & lucrativis locum habet, non in necessariis, & onerosis.
- 63 Novitius solemnitatibus Concil. non indiget ad donationem remuneratoriam faciendam intra vires meritorum.
- 64 Nec ad faciendam remunerationem onerosam, nec ad testandum, codicilandum, vel donandum causa mortis.

S I tutor, curator, socius, vel quilibet alius administrator post revisam, & calculatam rationem reliqua restituit, & liberationem, seu quietationem fuit consequutus, denuò in judicium vocetur ad reddendas rationes, potest exceptione liberationis se defendere: quia solutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio ex princip. Inst. quibus mod. tollit. obligat. & diximus latè tract. 2. lib. 8. cap. 6. per tot. & in terminis docet Barth. Thom. de tutor. tit. 35. à n. 1. Escob. de ratioc. cap. 40. per tot. & plures, quos citavimus tract. 3. lib. 8. cap. 9. à n. 73. Dander. in patroc. pupil. in tit. de tutor. & curator. liberat. cap. 1. & 2. per tot. Peg. forens. cap. 3. n. 760. Heef. de ration. reddend. loc. 12. à n. 74. cum plurib. seqq. Vel. disert. 8. per tot. Castilb. lib. 4. cap. 41. à n. 72. & cap. 42. à n. 2. & lib. 5. cap. 116. por tot. Fov. de solemnitatib. in contract. minorum glos. 19. §. 3. n. 61.

Ampliatum primo, ut, si ille, qui solus gessit, liberatus fuerit, ceteri alij, qui non gesserunt, liberati censentur: quia liberanti obstat cederarum exceptio, sive per contractum, vel legatum liberatio emanaverit, l. si pupillus, ibi glos. ff. de admin. tutor. Gratian.

tian. cap. 86. n. 35. Thom. sup. n. 2. Surd. conf. 170. n. 15. Valeron. de transact. tit. 5. q. 3. n. 9. cum multis Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 46. à n. 108.

Ampliaturo secundo, ut procedat, etiam si liberatio facta sit ei, qui non gessit: quia licet ordinis, seu excussionis beneficium cessaret, non tamen cessionis; quocirca, si minor cedere non possit, quia transigendo eum liberavit, contra quem cessio fieri debeat, ab agendo repellitur *l. mulier ff. qui potiores in pignore, Thom. sup. n. 3. Surd. dict. n. 15. latè Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 46. a n. 80.*

Ampliaturo tertio, ut liberatio alteri tutori per acceptilationem facta, cæteris profit, quoniam vim solutionis habet *l. si ex plurib. ff. de acceptilat. & quando liberatus in solidum tenebatur præcipue, si gratuito facta fuit, non ex causa onerosa Surd. dec. 170. n. 20. Thom. sup. n. 7. Altimar. cum multis d. q. 46. à n. 80. ad 120.*

Ampliaturo quarto, ut uni correorum debendi facta liberatio, cæteris profit, quando aliter liberatio esset inutilis *l. liberationis S. nunc de effectu ff. de liberat. legat. ubi glos. magna tradit, quod ubicumque correus possit contra correum habere regressum, semper liberatio cæteris correis prodest pro ea parte, pro qua regressum habere potest Barth. ibi n. 6. quod in pacto etiam procedit: quoniam ad eum extenditur, qui regressum habere possit adversus eum, qui pacto liberatus fuit Barth. in dict. l. ex duob. num. 22. Surd. dict. conf. 170. n. 25. ubi etiam tutores correos cenferi, & in solidum teneri probat Thom. sup. n. 8. Heef. sup. à n. 88. latè Sabel. in summa tractatum, verbo liberatio, & quietatio.*

Ampliaturo quinto, ut procedat si liberatio, & quietatio procedat ex ratiociniis inter privatos parietes sine strepitu iudicij dispunctis, à partibus subscriptis, & judicialiter recognitis: quia virtute recognitionis judicialis habentur rationes, & liberationes, tam

quam factæ per publicum instrumentum *Valenz. conf. 112. n. 2. Vel. disert. 21. n. 26. Quesad. contr. forens. cap. 6. n. 11. docentes, recognitionem habere vim confessionis, quæ confessio extrajudicialis in computis virtute recognitionis in judicialem transformata, ut publicum instrumentum executionem post se exposcit Amay. in l. 2. cod. de jur. fisc. n. 3. Quesad. sup. n. 15. maxime accedente confessione judiciali, quæ in sphaera probationis dicitur regina probationum ex Valenz. conf. 171. n. 97. Francisc. Maria Prato forens. tom. 1. c. 22. n. 21. Quesad. sup. n. 16. ex l. cum te cod. de transact. & præcedente Judicis sententia, approbante calculum, & rationes, sine qua executioni non possunt mandari Quesad. sup. n. 21. 22. 23. & 24. Salgad. de regia protect. p. 2. cap. 6. n. 37. Valens. conf. 97. n. 169. & hæc sententia non potest proferri, nisi prius assignato termino partibus ad dicendum contra calculum; DD. sup. citati, Gutt. lib. 1. practicar. q. 37. n. 3. & si adversus rationes inter privatos parietes dispunctas insurgant, vel novas parcelas affigendo, vel de errore increpando, vel eis alio modo non acquiescendo, interim debet ejus executio suspendi; Quesad. d. c. 6. per tot. à n. 1. ad 53. Peg. forens. cap. 3. à n. 749. cum seqq. Vide lib. 6. cap. 1. in fin. & lib. 8. cap. 3.*

Ampliaturo sexto, ut procedat, quando facta divisione rerum societatis, & lucrorum ejus, socij per decennium tacuerunt; quia tunc liberatio præsumitur, & rationes redditæ censentur, nisi socij contrarium probent *Felic. de societ. cap. 37. n. 57. prout de divisione diximus tract. 2. lib. 1. cap. 1. à n. 4. cum plurib. seqq. & lib. 8. cap. 13. per tot. ubi multos dedimus de materia agentes, de quo lib. 8. cap. 3. per tot. & maxime n. 18. latè Altimar. d. q. 46. à n. 131. ad 156.*

Ampliaturo septimo, ut procedat in plena liberatione, quæ illa est, quando tutor minori reliqua solvit absque interventu curatoris, & Judicis; quia

Tutor,

8

9

10

11

12

13

14

tutor, licet tunc non ipso jure liberetur, ope exceptionis liberatur probando extare apud minorem, quæ illi solvit, vel verum fuisse in ejus utilitatem *Escob. de ratioc. cap. 40. n. 1. & diximus tract. 3. lib. 6. cap. 7. n. 16. § cap. 22. Vide cap. 68. 69. § 70. regimin. rationum*, in quibus datur forma, qua est facienda liberatio debitoribus regiis.

15 Ampliatur octavo, ut procedat in pleniori deliberatione, quæ illa dicitur, quando minori solvitur interventu curatoris, saltem ad litem dati: quia tutor, seu curator ipso jure liberatur, & tantum minor restitui potest, si non habeat pecuniam salvam, vel tantundem per subrogationem alterius rei *ex §. fin. Inst. quib. alienar. licet*, ibi *Harp. Gutt. de tutel. lib. 2. cap. 22. à n. 1. & diximus tract. 3. lib. 6. cap. 22. à n. 18. cum seqq. Escob. sup. n. 1. cum multis Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. n. 80.*

16 Ampliatur nono, ut magis procedat in plenissima liberatione, quæ illa dicitur, quando tutor reliqua solvit, interveniente Judicis autoritate; quia tunc ipso jure liberatur sine obligatione probationis, vel existentiae, vel versio- nis, nec metu restitutionis *l. sancimus cod. de administ. tutor. ibi Barb. §. fin. Inst. quibus alienar. licet*, ibi *Harp. Escob. sup. dict. cap. 40. n. 1. Molin. disp. 562. in fin. & diximus dict. cap. 22. à n. 20. Altimar. cum multis d. q. 46. à n. 81. § 2.*

17 Ampliatur decimo, ut magis procedat, quando apud acta coram Judice in scriptis, vel per publicum Tabellionem in libro, quem vocamus *das Notas*, facta est liberatio per publicum instrumentum, in quo confessus sit adultus, & ejus curator, vel maior recepisse à suo tutore, vel curatore omnia immobilia, & mobilia, & omnia bona primæ, secundæ, & tertiæ speciei, quæ scripta fuerunt in inventario, & quæ postea accreverunt, vel fructus redditus, sine diminutione, & eum nihil fecisse, quod facere non potuisset, non omis-

se, quod facere debuisset, ob quam causam ei plenam, liberamque liberationem præstabat omni meliori juris modo, quo poterat; *Escob. dict. cap. 40. n. 3. 4. § 5. Damboud. in patroc. pupil. tit. de tutor. § curator. liberat. c. 1. n. 12. Vide Valer. de transact. tit. 1. q. 6. n. 10. Altimar. d. q. 56. à n. 8.*

Ampliatur undecimo, ut adeo vera sit, quod tutor, curator, seu quilibet alius administrator, qui omnia solvit, quæ ratione administrationis debebat, adeundo Judicem, potest cogere dominum administrationis, ut ei liberationem legitimo modo factam præstet, & ad id est à Judice compellendus; *Escob. de ratioc. cap. 40. n. 4. l. plures apochæ cod. de fide instrument. Damboud. in tit. de tutor. § curator. liberat. cap. 1. n. 7. § n. 9. Roland. lib. 1. cons. 49. Decius cons. 99. circa finem; non tamen cogi potest ad liberationes apochas, seu quietationes generales præstandas, quia sunt captiosæ, deceptorix, milleque periculis, ac difficultatibus subjectæ: imò quod manifestam iniquitatem in se contineant, docent *Bart. in l. cum Aquiliana ff. de transact. & probatur in l. unde si Nerua ff. pro socio, Escob. dict. cap. 4. num. 10. Damboud. dict. cap. 1. n. 9. Peg. forens. cap. 3. n. 760. Heef. de ration. reddend. loc. 12. n. 101. Valer. sup. Sabel. in summa §. liberatio, Altimar. sup. à n. 92.**

Limitatur primo, ut non obstante liberatione, quacunque verborum figura composita, etiam jurata, & cum remissione, teneatur tutor, curator, seu alius quicumque administrator reddere rationem illius, quod ipsi adest, & domino administrationis deest, maxime, si per corruptionem, insidias, & importunitates sit confecta, *Escob. dict. cap. 4. n. 13. § 14. Avendanb. de exequend. mandat. 2. p. cap. 10. num. 4. Gutt. de juram. confirmat. 1. p. cap. 40. n. 25. Roland. dict. cons. 49. n. 57. Corneus lib. 4. consult. 258. § 265. Cravet. cons. 221. n. 41. Damboud. sup. The saur. dec. 74. à n. 1. etiam si Judicis decretum inter-*

inter-

interveniat, ut tenent suprà citati *Berart. in specul. visitat. cap. 23. à n. 176. Heef. dict. loc. 12. à n. 103. Vide quæ diximus tract. 1. lib. 4. cap. 1. n. 19. & 20. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 160. à n. 9. Sabel. sup.*

21 Limitatur secundo, ut non procedat in liberatione per dolum extorta: quia est iniqua, & minimè servenda, etiam si facta sit cum juramento, & Judicis decreto *Damboud. in patroc. pupillor. in tit. de tutor. & curator. liberat. cap. 2. n. 3. & à n. 10. cum seqq. Escob. dict. cap. 40. n. 5. Gutt. sup. à n. 7.*
 22 etiam si in ea fuisset dictum reliqua non extare *Felic. de societ. cap. 38. n. 75. Roland. dict. cons. 49. n. 60. Cravet. lib. 1. cons. 142. n. 13. Reminald. Junior lib. 3. cons. 338. n. 65. vel ad sit clausula spontè, & ex certa scientia Felic. dict. cap. 38. n. 86. & potest prædicta liberatio annihilari, vel per actionem de dolo, vel per conditionem sine causa *Damboud. dict. cap. 2. n. 34. & 35. l. invitus, ff. de reg. jur. l. si cum te ff. de pactis, l. si obligatio cod. de solutionib. quia dulus non censetur remissus, ut in cap. antecedenti abundè diximus, & docet *Damboud. dict. cap. 2. à n. 10. maximè quando committitur ab eo, cui aliquid ex dolo accedit commodi, nisi expressè doli illius commissi mentio facta sit l. Lucius, l. Aurelio §. Gayus ff. de liberat. legat. *Damboud. dict. cap. 2. n. 12. quoniam dulus cum causa permanente, scilicet, cum lucro doli, per liberationem purgari non potest; *Damboud. dict. c. 2. n. 17. Bald. in l. sub pretextu 2. cod. de transact. Berart. dict. cap. 23. n. 176. 177. & 178. Heef. n. 121. Peg. sup. à n. 9. usq. ad 19. Altimar. sup. q. 46. à n. ...*****

27 Limitatur tertio, ut liberatio, seu quietatio generalis tametsi cum juramento, & decreto Judicis non tolit revisionem rationis, & reliqua dolosè retenta, ut cum *Paul. de Castr. Jason. Anchar. docet *Damboud. dict. cap. 2. n. 48. Castilb. lib. 4. c. 92. per tot. Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. per tot. Valer. de totis actionib. lib. 1. q. 6. n. 10.**

Limitatur quarto, ut non procedat, quando constat de asseveratione falsi, aut retentione boni; quia tunc invalida est liberatio *glos. in l. 3. §. 1. ff. de contrar. & util. act. tutel. *Damboud. dict. cap. 2. n. 4. Berart. cap. 23. à n. 143. Altimar. de nullitat. contr. rub. 1. p. 1. q. 9. sect. 1. à n. 72. ad n. 82. & q. 46. à n. 100.**

Limitatur quinto, quando constat de reliquorum retentione; tunc enim dolosè extorta censetur omninò liberatio *Bart. in l. Aurel. §. Gayus ff. de liberat. legat. l. dulus ff. mandati; ubi ob suum dolum in dicta liberatione commissum, ipsa liberatio meritò venit rescindenda ex dict. l. sub pretext. l. si servus servitus ff. legat. 1. *Damboud. dict. cap. 2. n. 5. Berart. sup. num. 142. & 143. Sabel. sup. à n. 4.**

Limitatur sexto, ut nihil profit liberatio quibuscunque clausulis liberatoriis absoluta, nisi ratio reddita apparuerit *Escob. de ratioc. cap. 4. n. 16. Berart. dict. cap. 23. à n. 166. Heef. de ration. redd. loc. 15. n. 171. Ozascus cons. 63. n. 37. ubi quod confessio redditæ rationis non sufficit *Gutterres de juramento confirmat. 2. p. cap. 40. per tot.**

Limitatur septimo, ut non procedat, quando constat, quod tutor, aut curator pecunias sui pupilli in suam utilitatem conversus est; ex eo enim dulus non mediocris censetur commissus, & ipse talis fraudulentus tutor; *Damboud. dict. cap. 2. n. 6. cum infinitis *Gutterres d. cap. 40. per tot.**

Limitatur octavo, ut non procedat quoad bona penes tutorem, vel curatorem existentia, nec ad non scripta in inventario *Cov. 2. var. cap. 14. & in cap. officij de testament. n. 8. Roland. lib. 1. cons. 49. n. 54. Borgn. de tutor. n. 203. Franc. Marc. lib. 2. dec. 608. Thom. de tutor. tit. 35. cap. 1. n. 26. Heef. de ration. redd. loc. 12. n. 118. Vela disertatione 8. ubi per tot. quod liberatio generalis non comprehendit ignorata.*

Limitatur nono, dolo, fraude, vel errore interveniente *l. quid ergo §. contrarium ff. de contra. tabulas, Ozasc. dec.*

- dec. 58. n. 35. *Borgn. dict. n. 203. Thom. sup. n. 22. Paris. lib. 1. conf. 89. n. 23. Ruin. lib. 1. conf. 135. n. 7. Roland. sup. n. 49. Hondend. conf. 66. n. 69. nisi de dolo cognitum sit in rationibus Escob. sup. n. 17. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 160. à n. 9. ad n. 20.*
- 34 Limitatur decimo, ut non procedat, quando per tutorem, vel curatorem, aut administratorem ratio non fuisset legitime reddita: tunc enim liberatio à redditione rationū non valeret *l. non omni cod. de administr. tutor. l. pactum curatoris cod. de pactis, Ozasc. sup. Thom. cum aliis sup. n. 29.* aut nulliter reddita, quia tunc similiter liberatio nihil valet *Gratian. cap. 761. n. 1. Ruin. conf. 95. n. 7. Socin. lib. 4. conf. 79. Rot. Roman. dec. 110. p. 2. diversorum, Thom. sup. n. 48. Berart. dict. cap. 23. n. 172. Gutter. de juramento confirmator. 2. p. c. 40. ferè per tot.*
- 35 Limitatur undecimo, ut liberatio facta respectu unius pupilli, non operetur quoad tutelam fratris, cujus liberans extitit hæres *l. cum tutorib. 9. ff. de transact. Thom. sup. n. 52. Hees. de rationib. reddend. loc. 15. n. 178. § loc. 12. à n. 133. l. ex pluribus ff. de solutionib. l. emptor §. Lucius ff. de pact. Castilb. lib. 4. cap. 92. Altimar. d. q. 46. à n. 63.*
- 36 Limitatur duodecimo, ut quietatio facta in favorem tutoris, curatoris, seu alterius administratoris, remittendo ei omne jus, & quamcunque rem, quæ ratione administrationis ab eo exigi potuisset, non extendatur ad administrationes, de quibus in illa ratione actum non est; *Escob. de ratioc. cap. 40. n. 20.* tum quia in dubio semper censetur habitus respectus ad causam, quæ ventilatur, & non ad causam, quæ non fuit proposita; *Escob. sup. n. 21. Socin. lib. 3. conf. 103. n. 4. Cravet. conf. 221. n. 8. Mascard. conclus. 253. n. 4.* tum quia generalitas sequens debet declarari, & restringi secundum præcedentia *l. non est novum ff. de leg. Afflict. dec. 319. n. 1. Cravet. sup. n. 17. Escob. sup. n. 23.* tum quia, & si verba quietatio-
- num sint generalia, debent restringi, & limitari ex mente, & intentione partium *ext. in l. emptor §. Lucius ff. de pactis, l. in fideicommiss. §. cum polidius ff. de usuris, l. si is, qui animo ff. de acquir. posses. Escob. sup. n. 24.* tum quia verba debent restringi ad casum cogitatum *l. si ita quis ff. de testam. tutel. nec debent operari ultra intentionem agentium l. non omnis ff. si certum petatur,* ideò liberationis forma, ut cognita, & incognita, cogitata, & non cogitata comprehendat, non est tuta, nec ad jura, quæ liberans sibi competere ignorat, extenditur, quando ignorantia est in genere, & in specie; secus, quando est in specie, & non in genere: quia tunc sufficit scientia generalis *Angel. in l. tres fratres ff. de pactis, Dambond. in patroc. pupil. in tit. de tutor. § curator. liberat. cap. 1. n. 12. 13. § 14. qui n. 17. docet,* quod liberatio, sicut ad ignorata non extenditur, ita ad dubitata non extenditur; *§ cap. 2. n. 47. asseverat,* quod liberatio in plena forma non extenditur ad bona pupilli, quæ supersunt, latè *Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. per tot. Hees. sup. à n. 133. Altimar. de nullitatib. contract. rub. 1. p. 1. q. 9. n. 71. § sect. 1. n. 54. § n. 82. Sabel. in summa tract. verbo liberatio n. 1. § 4.*
- 37 Limitatur decimotertio, ut liberatio ad tempus non sortiatur effectum post tempus *ex l. si unus §. si cum reo ff. de pactis,* quia limitata causa limitatū producit effectum *l. in agris ff. de acquir. rer. domin. l. age cod. de transact. & tempore induciarum finito, non videtur orta nova libelli incipiendi occasio, sed primum intermissum l. post §. post induciæ ff. de capturis, & sententia suspensa ad tempus non indiget renovatione post tempus, & interdictum suspensivum ad tempus, elapso tempore reasumit vires, & licentia capiendi debitorem ad tempus suspensa, transacto tempore, reformatione non indiget *Dambond. dict. cap. 2. n. 42. 43. 44. § 45. plures citans Harp. in §. si debitori**

13. *Inst. de legat. à n. 1. ad n. 7.*

48 Limitatur decimoquarto, ut non procedat interveniente læsione enormissima; quia datur dolus re ipsa, ut diximus *lib. 2. cap. 12. n. 9.* nisi de dolo in rationibus cognitum fuit; quia tunc purgatur, & eliditur virtute quietationis generalis *Escob. de ratioc. cap. 40. n. 17.* ubi alios refert *Berart. sup. n. 186. Sabel. in summa tractat. §. liberatio à n. 8. latè Castilb. lib. 4. cap. 92. per tot.*

49 Limitatur decimoquinto, ut non obstante ratificatione liberationis agi possit, quando ratificatio cadit super quietationem administrationis dolosæ: quia sicut liberatio non roborat dolosam administrationem, ita nec ejusdem liberationis ratificatio, quæ semper intelligitur de licitis, & non de dolosis, aut ignoratis *Damboud. dict. cap. 2. n. 31. §. 32.* ubi varios citat latè *Vela disert. 8. Cancer. 2. var. cap. 6. Castej. in alphabetic. juris verbo liberatio.*

50 Limitatur decimosexto, ut non procedat, si minor restituatur in integrum adversus liberationem tutori, vel curatori factam *l. cum minor ff. de minorib. Mauric. de restitut. in integr. cap. 134. per tot. Thom. de tutor. tit. 35. cap. 1. n. 37.* quia minor restituatur adversus quamlibet liberationem suis debitoribus factam *l. patre §. pen. ff. de minor. Odd. de restitut. in integrum q. 85. art. 2. Gratian. cap. 761. n. 27.* quam etiam hæredes minorum petere possunt, & de nullitate docere *Thom. sup. n. 37. Paris. lib. 1. conf. 89. n. 28.* vide plures apud *Sabel. §. Castej. verbo liberatio.*

53 Ex duabus liberationibus diversis temporibus factis ejusdem summæ, bis præsumitur facta solutio, & una per liberatum repeti potest; *glos. in l. ne causa cod. de discussionib. lib. 12. Surd. conf. 8017. Thom. de tutorib. tit. 35. cap. 1. n. 53. Escob. de ratioc. cap. 40. n. 25.*

54 non tamen creditor binam solutionem accepisse præsumitur *Mascard. concl. 1250. aliàs 1255. Escob. dict. n. 25.* nisi patri administratori una, & filio administratoris, mortuo patre, alia, *Thom.*

dict. n. 53. Escob. dict. n. 25. Rot. decis. 709. p. 1. recentiorum, §. 746. Seraphin. dec. 1093. Thom. sup. n. 51. ubi quod à parentibus duabus solutionibus diversarum summarum, vel ejusdem diverso tempore factis inter eandem personas diversæ censeantur; & vide ibi, & apud *Cancer. 2. var. cap. 6. n. 2. Heef. dict. loc. 12. à n. 158. ad n. 197. Vide lib. 8. c. 16.*

55 Liberatio consequitur, quando in instrumento liberationis confessus est creditor recepisse centum v. g. pro residuo, quod vocamus *resto*; quia licet prædicta confessio non probet per veram probationem totum debitum esse solutum, probat tamen præsumptivè, ita ut in contrarium transeat obligatio probandi totum debitum non fuisse solutum, *Escob. de ratioc. c. 37. n. 3. §. cap. 30. n. 26. Surd. dec. 8. n. 33. Reminald. conf. 406. n. 2. Mascard. de probat. concl. 1319. n. 28. Senatus Genuensis dec. 26. num. 20. Calcan. conf. 22. Bursat. lib. 1. conf. 104. n. 15. Cæpol. cautel. 1. Roman. singular. 706. Corneus lib. 2. conf. 33. num. 24. glos. Alex. Dec. in l. ex plurib. ff. de solut. & diximus tract. 2. lib. 8. cap. 6. n. 45. Cancer. 2. var. cap. 6. n. 4. §. 5. Salgad. dec. 118. n. 1. Rot. Genuens. dec. 60. per tot. latè Heef. de rationib. reddend. loc. 12. à n. 142. usq. ad n. 157. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 160. n. 4. §. in cap. 11. n. 2.*

56 Limitatur decimoséptimo, ut liberatio generalis ad debitum nondum quæsitum non extendatur *Vela disert. 8. n. 6. Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 1. q. 9. sect. 1. n. 37. Peg. sup. à n. 15. idem Altimar. q. 47. n. 442.*

57 Limitatur decimooctavo, ut liberatio etiam generalis non extendatur ad ea, quæ vendicari possunt: nam eo casu etiam si tutor ipse, qui liberationem quantumvis generalem habet, rem pupilli possideret, illius restitutio non contineretur sub illa quietatione, & ipse teneretur, ac si esset extraneus possessor *Altimar. d. sect. 1. n. 78. ex l.*

Aurelius S. Mavia ff. de liberatione legata, Jason in l. sub pretextu cod. de transact. ubi ait, transactionem non nocere quando res est penes alium, idem in consil. 171. n. 16. Covas var. lib. 2. cap. 14. n. 1. ubi ait, quod liberatio non comprehendit actionem, quæ posset contra quemlibet extraneum possidentem proponi Altimar. n. 79. 80. § 81. Altimar. de nullit. in contractib. q. 46. à n. 96.

58 Limitatur decimonono, ut confessio secundi tutoris, seu administratoris, qui quietavit antecedentem tutorem, seu administratorem, eum non liberet à reddenda ratione ex Ruino, conf. 69. volum. 2. Ozasc. conf. 63. num. 32. Soccin. conf. 190. ex l. non omni cod. de administrat. tutelæ, l. pactum curatoris cod. de pact.

59 Limitatur vigesimo, ut liberatio quantumcunque generalis non comprehendat debitum ignoratum, vel nondum liberanti plenè quæsitum *Vela disert. 8. ex l. tres fratres 35. l. cum emptor 47. S. Lucius ff. de pact. l. cum Aquiliana, l. cum à tutoribus 9. in principio, § S. 10. ff. de transact. l. si certa 31. cod. eod. l. mater 19. ff. de officioso l. fin. S. idem quæsitum ff. de condit. indebiti, l. Lucius 12. l. Aurelio 20. S. Gayo ff. de liberat. legat. l. qui Romæ 122. S. ultim. ff. de verbor. oblig. Vela referens infinitos sup. n. 6. ubi sic judicatum refert *Castilb. cap. 116. per tot. Vide cap. in sequenti n. 25.**

60 Limitatur vigesimo primo, ut liberatio facta tutori, vel curatori à novitio, seu novitia post formalem susceptionem habitus sine solemnitatibus Cōcili Tridentini sect. 25. de Regularib. cap. 16. nihil teneat, ac valeat *Barbos. ubi n. 6. cum Navar. Tamborin. & aliis.* Verùm hæc limitatio meritò displicuit *Botilierio de renuntiationib. successio. cap. 2. theorem. 69. n. 1. 2. § 3. Novario in Lucerna Regular. verb. renuntiation n. 4.* quia actus prohibitus à jure, intelligitur de actu voluntario, & non necessario ex l. 3. ff. de fundo dotali, l. 2. cod. eod. l. alienationes ff. familie er-

*ciscundæ, l. 4. S. siquis ff. de alienat. judicii, l. 3. S. pignori ff. de reb. eorum cū multis Botilier. sup. n. 4. neque dispositio Concilii habet locum nisi in contractibus, seu actibus merè lucrativis, & voluntariis, secus in onerosis, vel necessariis; cum multis Botilier. sup. n. 1. § 2. ideòque novitius, seu novitia non indiget solemnitatibus Cōcili ad donationem remuneratorem intra vires meritorum faciendam, ut ex multis juribus, & DD. probat Botilier. sup. theorem. 70. per tot. neque ad faciendam renuntiationem onerosam Botilier. d. theorem. 69. *Barbos. in d. cap. 16. n. 12. & ibi Luca n. 15. § de renuntiationib. discurs. 11. per tot. neque ad testandum, codicilladū, vel donandū causa mortis.**

C A P U T VII.

Tutor an, & quando exceptione transactionis se defendere possit contra actionem tutelæ adversus eum motam?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutela non procedit cum effectu, si transactum sit.
- 2 Per transactionem actio remittitur, & remittentibus actionem suam, ad eam non datur regressus.
- 3 Pactum, seu transactio ad favorem unius ex tutoribus, curatoribus, sociis, vel correis debendi facta alteris prodest.
- 4 Pro ea saltem parte, pro qua si solidum solvent, regressum haberent contra liberatum.
- 5 Quare creditor petens solidum à reliquis exceptione cedendarum repellitur pro parte, qua correns liberatus tenebatur.
- 6 Nisi recursus cesset, nempe quando correi ex causa lucrativa tenerentur.
- 7 In potestate creditoris non est liberare unum ex correis debendi, reservando jus faciendæ cessionis contra eum cæteris correis: ubi contrarium.

- 8 Et ita transactio cum uno facta cæteris prodest, quanvis ille, cum quo transactum, solvendo non sit; & infra n. 19. 20. & 21.
- 9 Licet pactum, seu transactio facta ad favorem unius ex reis debendi, cæteris non proffit, tamen non procedit in sociis, vel omnium bonorum, vel particularis societatis, quia si non proffit cæteris, liberatio commodum liberationis non sentit, cum si alter in solidum solvat, iudicio societatis liberatus partem suam solvere tenetur, liberatione non obstante, & n. 10.
- 11 Sed interveniente dolo, fraude, vel enormissima læsione, actio tutelæ per transactionem remissa non censetur.
- 12 Idem si minor læsus sit etiam intra dimidium, restitutionem in integrum petens.
- 13 Quanvis in transactione iudicis decretum interveniret.
- 14 Minor etiam adversus transactionem sententia confirmatam restituitur.
- 15 Et etiam si interveniat iuramentum, data læsione enormissima, vel enormi.
- 16 Idem si transactio ex alio capite nulla fuerit, quia tunc actio tutelæ permanet.
- 17 Pactum, seu transactio facta cum uno ex tutoribus, vel curatoribus, qui, nisi pro parte non tenebatur, cæteris prodere nequit.
- 18 Idem quando omnes pro dolo communi tenentur.
- 19 Dicta n. 8. sup. non procedunt quando uterque gessit, tunc beneficio divisionis tenentur, & liberatio uni facta cæteris, quoad portiones suas, non prodest.
- 20 Iterum dicta n. 8. suprà explicantur.
- 21 Iterumque explicantur dicta n. 8.
- 22 Transactio gratuita actionem tutelæ non remittit.
- 23 Transactio quoad unum restricta, cæteris non prodest.

24 Transactio super una specie, ad alias, de quibus transactum non fuit, non extenditur.

25 Sicut ad incognita, & ignorata non extenditur.

N Ostra actio tutelæ cum effectu non procedit, si transactum sit argum. tex. in l. tutores 39. ff. de administr. & pericul. tutor. quia transigendo actionem remittit, & remittentibus actionem suam, ad eam non est dandus regressus ex l. 14. §. 9. ff. de ædilit. ædict. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 97. & diximus latè tract. 3. lib. 7. cap. 15. per tot. quod vide, & habe pro parte præsentis capituli.

Ampliatur primo, ut procedat, quando pactum, seu transactio ad favorem unius ex tutoribus, curatoribus, sociis, vel correis debendi facta sit l. si pupillus 49. ff. de administr. & pericul. tutor. Valer. de transact. tit. 5. q. 3. n. 35. faltem pro ea parte, pro qua, si solidum solvat, regressum habituri sunt contra correum liberatum Auth. de duob. reis col. 7. l. si pro parte ff. de in rem verso, l. sed Julian. §. 1. ff. ad Macedon. Olea de ces. jur. tit. 5. q. 3. n. 2. Valer. sup. n. 33.

Unde si creditor solidum à reliquis petat exceptione cedendarum, repellitur pro ea parte, qua tenebatur correus, quem liberavit Bart. in l. ex duobus ff. de duob. reis n. 21. & in l. si stipulat. §. si ex duobus n. 5. ff. de fidei ius. Olea dict. tit. 5. q. 2. n. 38. & 43. Avendanb. de censib. cap. 94. v. 16. Felic. de censib. lib. 3. cap. 2. n. 8. Gratian. c. 86. n. 40. Casan. conf. ... à n. 22. Surd. conf. 170. n. 19. & 40. Hring. de fidei ius. cap. 20. §. 7. n. fin. & 25. n. 130. Valer. sup. v. 34. nisi recursus cesset, ut puta, si correi ex causa lucrativa tenerentur l. in leg. Falcid. ff. ad Falcid. l. quid dictum 32. ff. de pactis, l. si videamus 4. ff. de negot. gest. l. sed & si pater 29. §. non solum ff. ad Macedonian. l. remuner. §. si passus, l. si pro 40. ff. mandat. Vela disert. 37. n. 16. Felician. de censib. lib. 3. cap. 2. n. 8. Thesaur. forens. lib.

lib. 4. q. 39. n. 8. Barb. in leg. 1. p. 4. n. 106. ff. solut. Valer. sup. n. 45.

7 Ampliatur secundo, ut adeo per transactionem, vel pactum cum uno ex tutoribus, curatoribus, & fociis, aut correis debendi ex causa onerosa liberentur alij pro ea parte, pro qua habent recursum contra correum liberatum, quod non sit in potestate creditoris unum ex correis debendi liberantis reservare jus faciendæ cessionis contra eum cæteris correis *Valer. sup. n. 49. Gratian. cap. 409. n. 39.* licet contrarium doceant *Cyriac. contr. 211. n. 5. § 16. § contr. 213. n. 10. Pir. Maur. de fideijus. sect. 9. § 14. n. 9.*

8 Ampliatur tertio, ut cum uno transactio facta, cæteris profit, quanvis ille, cum quo transactum fuit, solvendo non sit *Surd. conf. 170. n. 34. Thom. de tutor. tit. 35. cap. 1. n. 9. Cyn. Alex. Dec. Curt. Jun. & alij in l. 1. cod. de transact.*

9 Ampliatur quarto, quod licet pactum, seu transactio facta ad favorem unius ex reis debendi, cæteris non profit *ex l. fideij. 23. l. idem 25. ff. de pact. l. 1. §. si apud duos ff. deposit. Robert. lib. 4. rerum judicat. cap. 7. Valer. de transact. tit. 5. q. 3. n. 28. Urceol. de transact. q. 9. à n. 49. Cyriac. contr. 213. n. 6. Vm. de pact. cap. 16. n. 16. Arias de Mesa 2. var. cap. 16. n. 31. Cost. de rata q. 130. n. 12. Cassan. sup. 12. § conf. 14. n. 1. Cæphal. conf. 317. n. 19. Surd. conf. 170. à n. 2. § conf. 179. n. 19. lib. 2. § 424. n. 13. lib. 3.* tamen non procedit in lociis, vel omnium bonorum, vel particularis societatis; quia si non profit cæteris, liberatus commodum liberationis non sentit, cum si alter socius solidum solvat, iudicio societatis debeat liberatus partem suam solvere socio, perinde ac si liberatus non esset *l. 3. §. nunc de effectu ff. de liber. legat. nec in tutoribus, & curatoribus; Arias de Mesa 2. var. cap. 14. à n. 11. cum multis Valer. sup. n. 35.*

11 Limitatur primo, ut non procedat interveniente dolo, fraude, vel enormissima læsione, ut in simili probavi-

mus in capite antecedenti, & generaliter probat quo ad omnem transactionem *Urceol. de transact. q. 98. per tot. & maximè n. 17. § 18. § q. 95. à n. 19. cum plurib. seqq. Valasc. conf. 18. Lar. dec. 68. per tot. Fachin. lib. 2. contr. jur. cap. 26. per tot. Peguer. dec. 165. Cevalb. q. 72. Gail. lib. 2. obs. 70. n. 13. Cancer. 1. var. cap. 13. n. 34. & panè infiniti apud Urceol. dict. q. 95. n. 13. § 17.* qui per totam disputat, & resolvit transactionem ex capite læsionis enormis, seu enormissimæ rescindendam esse *Valer. de transact. tit. 5. q. 2. per tot.* ubi innumeros refert *num. 44. § 45. & diximus tract. 3. lib. 7. cap. 4. n. 15. & in specie docet cum multis Thom. de tutorib. tit. 35. cap. 1. n. 22.*

Limitatur secundo, ut non procedat, si minor læsus sit etiam intra dimidium, & petat restitutionem in integrum, quæ illi, probata læsione, & minoritate, non est deneganda; *ex tot. tit. cod. si adversus transact. & nos diximus tract. 3. lib. 7. cap. 15.* quanvis in transactione fuisset interpositum iudicis decretum; *Narbon. de etat. ann. 25. q. 12. n. 5. Odd. de restitut. in integrum in initio q. 66. art. 4. n. 19. Nog. alleg. 18. n. 46. Cyriac. contr. 562. num. 46. § 563. n. 3. Urceol. de transact. q. 95. per tot. & ad intentum n. 11. Valer. de transact. tit. 4. q. 1. n. 36.* ubi inquit minorem restitui adversus transactionem etiam sententia confirmatam, quod etiam docet *Nog. sup. n. 46. Narbon. sup. n. 5.* nec non adversus transactionem juramento munitam, si detur læsio enormissima, vel saltem enormis; *Olea de ces. jur. § act. tit. 2. q. 1. n. 53. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 8. p. 3. n. 31. Urceol. sup. à n. 15. Castilb. lib. 3. contr. jur. cap. 2. à n. 18. Valer. de transact. tit. 6. q. 2. n. 38.* ubi multos citat.

Limitatur tertio, quando transactio fuerit ex alio capite nulla, de quibus *Urceol. de transact. q. 100. per tot. & nos tract. 3. lib. 7. cap. 15.*

Limitatur quarto, quando transactio facta sit cum uno ex tutoribus, vel cura-

curatoribus; qui non poterat, nisi pro parte tenere, ut quia tutelæ, vel curæ administratio fuisset à testatore, vel Iudice divisa: *Fulgos. Cyn. Alex. & alij in l. 1. cod. de transact. Thom. de tutorib. tit. 35. cap. 1. n. 19. Surd. cons. 170. num. 33. qui alios referunt.*

18 Limitatur quinto, ut non procedat, quando transactio fit cum uno ex tutoribus, curatoribus, sociis, aut administratoribus, qui pro dolo communi tenentur: quia tunc transactio cum uno facta, cæteris non prodest *ex l. si ex duobus 15. ff. de tutel. rationib. distrah. Valer. de transact. tit. 5. q. 3. à n. 38. Olea tit. 5. q. 6. n. 13. cum multis Thom. dict. tit. 35. cap. 1. n. 13.*

19 Limitatur sexto, ut non procedat tertia ampliatio, quando uterque gessisset, tunc enim eorum unusquisque tenetur divisionis beneficio pro sua portione, uni facta liberatio per transactionem, cæteris quoad ipsorum portiones non prodest; *Surd. cons. 170. n. 26. cum multis Thom. sup. n. 10. idem docentes, si nullus gessisset.*

20 Limitatur septimo, quo ad eandem ampliacionem, ut non procedat, nisi respectu exceptionis, quam alteri parat uni facta transactio, non autem respectu actionis, quam alteri, cum quo facta fuit transactio, non producit transactio cum alio inita; *Thom. sup. n. 11. Surd. sup. n. 21.*

21 Limitatur octavo, quo ad eandem tertiam ampliacionem, ut non procedat, quando illi, qui gesserunt, aliorum mandato administrarunt; tunc enim, quoniam cæteri gessisse videntur, transactio cū eo, qui gessit, illis minime prodest, qui non gesserunt, vel omnes tenentur *Barth. in l. 1. n. 4. cod. de transact. ibi Salicet. n. 6. Castr. num. 3. Surd. sup. n. 28. Thom. sup. n. 12. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 46. n. 10. § II. ubi quod transactio restringitur ad limites ejusdem transactionis.*

22 Limitatur nono, ut non procedat, quando transactio fuerit gratuita; *Bald.*

in l. si unus §. illud cod. de pactis q. 3. Cachorran. dec. 58. n. 35. Thom. sup. n. 20. Altimar. d. 46. sup. à n. 12.

Limitatur decimo, quando transactio quo ad unum restricta fuisset, tunc enim cæteris non prodest *l. non solum §. tale ff. de liberat. legat. Surd. cons. 170. n. 24.*

Limitatur undecimo in transactione super una specie curatellæ, quæ non extenditur ad alias, de quibus transactum non fuit *l. 3. cod. de transact. Hiltrop. in proces. judicial. 2. p. tit. 17. de effectib. transact. n. 9. sicut non extenditur ad incognita, & ignorata, ut diximus tract. 1. lib. 1. cap. 9. n. 84. de quolâ Urceol. de transact. q. 81. per tot. à n. 1. ad 31. Valer. de transact. tit. 3. q. 4. à n. 4. Nog. alleg. 17. Grat. cap. 134. n. 34. latissimè Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 1. quæst. 9. sect. 1. ubi per tot. de renuntiatione, & transactione generali, quando extendatur ad res, & jura ignorata, dubitata, & oblita *Vela disert. 8. per tot. & in cap. antecedenti n. 59.**

CAPUT VIII.

Tutor an, & quando contra actionem tutelæ contra eum motam se defendere possit acceptilatione, vel Aquiliana stipulatione?

SUMMARIUM.

- 1 Acceptilatio duplex est, una simplex; & qualis sit, benè traditur, & ejus effectus.
- 2 Altera comixta stipulatione Aquiliana, & ejus effectus.
- 3 Quæ ista acceptilatio sit, definitur.
- 4 Quæ verba ad ejus sufficiant.
- 5 Tutor, curator, socius, seu quilibet alius administrator per stipulationem, & acceptilationem Aquilianam legitime factam liberatur à quacunque obligatione, sive ex verbis, literis, re, consensu oriatur, cum omnes obligationes in stipulatione Aquiliana deduci possunt,

quod est hujus capituli regula.

- 6 Stipulatio Aquiliana operatur effectum liberationis generalis etiam eorum respectu, pro quibus rei vendicatio competit, non obstante, quod propriè loquendo debitor non sit.
- 7 Adversus Aquilianam stipulationem exceptio non numeratæ pecuniæ locum non habet.
- 8 Renuntiatio per stipulationem Aquilianam facta, omnem spem renuntianti aufert.
- 9 Si stipulatio Aquiliana inutilis sit, in pactum resolvitur; & valeat quo modo valere potest.
- 10 Liberatio facta cum clausula omni meliori modo, per stipulationem Aquilianam facta censetur.
- 11 Stipulatione Aquiliana interveniente in transactione debitori facta, fideiussor ipso jure liberatur; aliter exceptione liberationem consequitur.
- 12 Liberatio per acceptilationem hanc, facta ab uno ex sociis, communem debitorem liberat, etiam respectu actionis alterius socii, quando illa in contractu interponitur.
- 13 Sicut facit una, & integralis solutio, facta per communem debitorem uni ex sociis, vel correis credendi.
- 14 Per solutionem factam ab uno ex correis debendi tota obligatio perimitur, & acceptilatione unius omnes correi liberantur.
- 15 Liberatio realis collata in persona fideiussoris, principali prodest; sed si duo correi non sint, tunc acceptilatio facta ab uno, alteri non prodest, quanvis ad unum, & idem obligati sint.
- 16 Liberatio per viam solutionis facta uni ex correis debendi, alterum liberat, secus si per viam transactionis.
- 17 Quæ personæ rogare acceptum, & quæ acceptum ferre possint, narrantur; & quod speciale mandatum requiratur.
- 18 Per hanc acceptilationem incogitata non veniunt.

- 19 Ignorantis nullus consensus est.
- 20 Neque etiam per generalissimam stipulationem hanc incogitata veniunt, cum captiosa semper excludatur.
- 21 Nisi verba tam aperta essent, quæ salva ratione certi sermonis non solum ad specificata referri possint, sed ultra specificata denotarent, de quo exempla afferuntur n. 22. sequenti.
- 23 Sed interveniente dolo, resultante ex enormissima lesione, stipulatio non tenet, vel errore, vel falsa causa, vel ignorantia juris, vel facti intervenientibus.
- 24 Etiam cum maiori transactio facta per stipulationem Aquilianam, stante dolo, effectum non producit.
- 25 Et fortius cum pupillo, vel minore, in quorum contractibus stipulatio Aquiliana nihil operatur.

TRACTATU 2. lib. 8. cap. 8. per totum regimus de materia acceptilationis, quam de uno hic alluimus, non ut dicta repetamus, sed ut, quæ defuerunt, restituamus; & ita acceptilatio duplex est, alia simplex, quæ tolluntur, & perimuntur actiones, quæ verborum obligationibus tantum contractæ fuerunt, ut actio ex stipulatu, actio ex dictione dotis, actio exjurejurando, quo libertus juravit se patrono munus, operasque daturum, quæ simplici, & vulgari acceptilatione tolluntur l. 1. ff. de acceptilat. alia comixta cum stipulatione Aquiliana, quæ tolluntur, & perimuntur actiones, quæ re, literis, aut consensu contractæ fuerunt, Urceol. de transact. q. 9. à n. 1. ad 56. quæ diffinitur à Modestino in l. 1. ff. de acceptilationib. Ut sit liberatio per mutuam interrogationem, quæ utriusque contingit ab eodem nexu liberatio; cujus formula habetur in §. 1. Inst. quib. modis tollit. obligat. in qua licet multa verba exprimantur, non tamen opus est omninò ea referre, sed satis est, quod antecedit interrogatio de

de sua obligatione, etiam absque expressione, & nomine Aquilianæ stipulationis ex *Pichard. in §. 1. n. 8. Urceol. de in fact. q. 9. n. 15.* & succedat responsio omne acceptū ferens *Valer. de transact. tit. 1. q. 5. per tot. latè cū multis Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 42. à n. 1. § à n. 13.*

Sit igitur præsentis capituli regula, quod tutor, curator, socius, seu quicumque alius administrator liberatur per stipulationem, & acceptilationem Aquilianam, legitimè factam à quacunque obligatione, sive ex verbis, sive ex re, sive ex literis, sive ex consensu oriatur: quia omnes obligationes cujuscunque generis possunt in Aquiliana stipulatione deduci *Valer. de transact. tit. 1. q. 5. n. 6. tx. singular. in materia in leg. pupillis debitor 96. §. 1. ff. de solut. Urceol. de transact. q. n. 12. l. ex uno 18. §. 1. ff. de acceptil. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 42. n. 14. § 15.*

Ampliatur primo, ut adeò vera sit, quod stipulatio Aquiliana operetur effectum liberationis generalis etiam respectu eorum, pro quibus competit reivindicatio, non obstante, quod debitor propriè, & verè loquendo non dicatur, qui reivindicacione tenetur, *Urceol. sup. n. 17. Castr. in prax. conventionali 1. p. ad interpretat. rub. de verbor. obligat. à n. 19. plenè cum aliis Altimar. d. q. 42. n. 16. § 17.*

Ampliatur secundo, ut adeò vera sit, quod adversus Aquilianam stipulationem non datur exceptio non numeratæ pecuniæ: quia inventa fuit ad solemnizandum, & validandum actum, ideòque utile est cum confessione de recepto apponere etiam acceptilationem, sed quando intervenerit vera satisfactio, non est bonum facere liberationem per acceptilationem; sed tunc demùm, quando est simplex confessio de recepto; & ita docent *Urceol. sup. n. 18. § 19. Barth. in l. si ex plurib. ff. de solution. Leotard. de usur. q. 26. n. 8. ex l. si accepto latum §. 1. ff. de acceptilat.*

Altimar. cum multis d. q. 42. n. 18. vel non de transactioib. tit. 1. q. 5. Leotard. de usuris q. 26. n. 8.

Ampliatur tertio, ut adeò vera sit, ut si fiat renuntiatio per Aquilianam stipulationem, auferat omnem spem renuntianti; *Surd. cons. 308. n. 42. Urceol. q. 9. n. 22. Fab. in suo cod. lib. 2. tit. 4. de transact. definit. 12. n. 3. cum multis Altimar. sup. n. 19.*

Ampliatur quarto, quod adeò verum sit, ut si inutilis sit, resolvatur in pactum, ex regula si non valet, ut ago, valeat, ut valere potest, de qua *Urceol. dict. q. 9. n. 21. glos. in l. an inutilis ff. de acceptilat. Rom. cons. 22. n. 3. nisi adducta sit clausula omni meliori modo; quia liberatione facta per aliquem cum clausula omni meliori modo, censetur vigore hujus clausulæ liberationem fecisse, mediante Aquiliana stipulatione, Urceol. sup. n. 54. Cyriac. contr. 280. n. 11. § 12. Pereg. cons. 112. lib. 5. Altimar. sup. à n. 20. § n. 60.*

Ampliatur quinto, quod adeò vera sit, ut fideijussor per transactionem debitoris ipso jure liberetur, si stipulatio, & Aquiliana acceptilatio interveniat, alioquin per exceptionem liberationem consequitur *Faber lib. 17. conjecturar. cap. 11. § lib. 4. cap. 18. Valer. de transact. tit. 2. q. 8. n. 11. cum multis Altimar. sup. à n. 46. ad n. 51.*

Ampliatur sexto, quod adeò vera sit, ut liberatio per acceptilationem facta ab uno ex sociis, liberat communem debitorem etiam respectu actionis alterius consocij, quando illa interponitur in contractu, ut de socio tenet *glos. in l. si unus in fin. ff. de pactis: de correo l. si rem §. si duo ff. de novat. l. 2. ff. de duob. reis, l. jusjur. §. fin. ff. de acceptil. de utroque Roman. cons. 201. n. 1. Urceol. dict. q. 9. n. 40. sicut facit vera, & integralis solutio facta per comunem debitorem uni ex lociis, vel correis credendi, quæ alteri tollit, & extinguit actionem, l. si in re communi ff. de noxalib. l. si rem §. si duo ff. de novat.*

- 14 *tionibus, l. fideicommissa §. plerumque ff. de legat. 3. vel solutio facta per unum ex correis debendi, propter quam tota obligatio perimitur, & acceptilatione unius omnes correi liberantur l. 4. §. nunc de effectu ff. de liberat. legat.*
- 15 *Arias de Mesa 2. var. cap. 12. n. 17. ubi inquit, quod liberatio realis collata in persona fideijussoris prodest principali, secus, si non sint duo rei debendi, quia tunc acceptilatio facta ab uno, non prodest alteri, quanvis obligati ad unum, & idem sint Angel. in l. 2. §. si tamen ff. acquirend. pos. cum infinitis Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 42. n. 52. §. 53.*
- 16 *Ampliatur septimo, quod adeo vera sit, ut correus debendi liberatus per Aquilianam stipulationem, alter quoque manet liberatus, quando liberatio facta ad favorem unius ex correis debendi per viam solutionis, secus per viam transactionis, Urceol. dict. q. 9. n. 48. §. 49. 50. §. 51. dict. l. 5. §. nunc de effectu, Cyriac. contr. 280. n. 13. Cassan. conf. 11. à n. 8. qui loquuntur in specie de tutorib. §. curatorib. Altimar. cum multis d. n. 52.*
- 17 *Limitatur primo, quando qui rogat acceptum ferre, non est debitor, & qui acceptum fert, non est creditor, cui debetur, & sic procurator, tutor, curator, servus, filius, pater, & similes personæ alieno nomine nec rogare possunt, nec acceptum facere, nisi novata priore obligatione, & in personam rogantis transfusa obligatione, vel nisi speciale mandatum habeant, vel generale cum libera l. 5. l. an inutilis §. servus, l. species 15. l. §. per jus jurand. 13. §. tutor, l. penult. ff. acceptilat. Urceol. de transact. q. 9. à n. 6. ubi citat Azon. Bald. Pichard. Hostiens. Cost. Cujac. Wesemb. & alios cum aliis Altimar. d. q. 42. à n. 20.*
- 18 *Limitatur secundo, quod per stipulationem, & acceptilationem Aquilianam non tolluntur ea, de quibus cogitatum non fuit, quia ignorantis nullus est consensus l. tres fratres ff. de*

pactis, Urceol. sup. n. 24. §. 25. Fab. lib. tit. 5. diffinit. 12. dicentes, quod Aquiliana stipulatio, quantunvis generalissima, non extenditur ad incogitata, quoniam semper excluditur captiosa, quam interpretatio prudentum fregit l. cum Aquilian. ff. transact. Fontanel. dec. 380. per tot. Urceol. cum multis n. 26. & diximus sup. cap. 6. à n. 37. nisi verba essent tam aperta, ampla, quæ salva ratione recti sermonis non possunt referri tantummodo ad specificata, sed ultra specificata denotarent, quod de aliis omnibus quæstionibus fuit cogitatum, ut optimè exemplum ponit cum Aretino Urceol. n. 29. ut si narraretur, quod decem, quæ tibi mutuavi, reddisti mihi, & propterea generaliter ab omni eo, & toto, quod petere possem ratione dicti mutui facti, & non ex alia causa l. si de certa, l. emptor §. Lucius ff. de pactis, Hodiern. ad Sard. dec. 176. à n. 1. sed si addatur, vel ex alia quacunque causa, vel occasione cujusque alterius debiti, vel quid simile, tunc dicta verba, salva ratione recti sermonis, non possunt referri tantum ad dictum mutuum. Unde generaliter intelligitur liberatio etiam quo ad alias obligationes, & causas ex l. si ex plurib. §. 1. ff. de solutionib. l. plurib. ff. de acceptilat. dec. Fontan. 398. Cyriac. contr. 474. à n. 9. Gratian. conf. 134. à n. 34. Cancr. 2. var. cap. 6. n. 68. Valasc. conf. 39. Fontan. dec. 395. à n. 21. cum aliis Urceol. n. 30. latissimè Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 1. q. 9. sect. 1. à n. 1. ad 105. §. p. 5. q. 42. à n. 21. usq. ad n. 43.

Limitatur tertio, quando vel intervenit dolus resultans ex enormissima læsione, Urceol. sup. n. 27. §. 56. l. superstite cod. de dolo, vel error, falsa causa, ignorantia juris, vel facti Urceol. dict. n. 27. §. n. 57. etiam si transactio inita sit cum maiore, quia stante dolo, non producit effectum Aquiliana stipulatio, & fortius cum pupillo, vel minore, in quorum contractibus Aquiliana stipulatio nihil operatur; Urceol. de transact. q. 9. num. 59. Manent. conf.

241. n. 21. § n. 24. & diximus hoc libro cap. 6. n. 50. cap. 7. n. 12. *Suse, Altimar. de nullitat. contract. rub. I. p. I. q. II. à n. 1. usq. ad 363.* ubi per totum nihil dicendum relinquit, quando dolus annullat contractum, late *Altimar. d. q. 43. à n. 21. § n. 44.*

CAPUT IX.

An, & quando tutor conventus actione tutelæ se defendere valeat exceptione rei judicatæ?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutelæ cessat, si jam ex ea semel actum sit, & tutor liberatus, cum semel absolutus, amplius non molestatur, actorque per exceptionem rei judicatæ repellatur.
- 2 In exceptione rei judicatæ tria concurrere debent; & quæ sunt, narrantur.
- 3 Nomine rei intelligitur corpus, quantitas, & jus.
- 4 Appellatione corporis omnis res corporalis, quæ tangi potest, venit.
- 5 Et quantitatis omnia pondere, numero, & mensura consistentia veniunt.
- 6 Juris, omnia, quæ in jure consistunt, ut hæreditas, obligatio, & similia, veniunt.
- 7 Toties eadem res censetur, quoties idem illud petitur, quod jam in primo judicio petatum fuit.
- 8 Legatis mensis argenteis, & omni argento, si prius mensæ petantur postea, omne argentum peti potest.
- 9 Petitis legatis in testamento relictis, postea legata in codicillis peti possunt.
- 10 Petitis usuris, postea principale peti potest; & petitis ædibus, & negatis, postea cæmenta, & tigna judicio novo peti valent.
- 11 Si non vincero navem, postea tabulas novo judicio petere possum: in incidenter articulatis sententia ex-

- ceptionem rei judicatæ non producit.
- 12 Si rem, vel quantitatem, seu jus actione mandati petiero, & victus fuero, nova actione, v. g. negotiorum gestorum petere non possum; neque partem petere, si prius totum petivi, in quo pars continetur.
 - 13 Si fundum petiero, reusque absolutus fuerit, deinde partem vel pro diviso, vel pro indiviso, aut etiam ejus fundi certum locum, exceptio mihi obstat.
 - 14 Quod de toto prædicatur, de parte prædicatur: creditor sibi non præjudicat, petendo certam summam in judicio sine taxativa.
 - 15 Dicta num. 12. sup. cum seqq. aliis exemplis illustrantur.
 - 16 Quando sententia lata in principali accessoris præjudicet, remissivè.
 - 17 Quadrupliciter potest quis sibi rem deberi prætere: primo ex variis causis, & si in hoc casu rem petat, non exprimens certam causam, & succumbat, de novo litem intentare non potest.
 - 18 Nisi alia causa de novo superveniat.
 - 19 Secundo, si rem ex variis causis debitam, personali ex causa petat, & succumbat, ex alia causa iterum de novo petere potest; & traditur differentia inter petitorium reale, & personale.
 - 20 Una res potest nobis ex pluribus causis deberi, sed ex pluribus causis nostra esse non potest, sed pluribus titulis se juvare potest, & res semel nostra potest noli de novo acquiri, si prima acquisitio nulla sit, vel minus plena.
 - 21 Tertio, si plures res ex una causa debentur, una petita, & obtenta, alia ex eadem causa peti potest, cum dolus fatigandi debito rem pluribus litibus ei non obstat, quia doli replicatione submovetur. Et vid. infrà n. 24.
 - 22 Quod locum habet, si petitio specialis sit, secus si generalis, quod variis exemplis illustratur.

- 23 *Mens Judicis in sententia, & ejus verba ad persecuta referuntur, & ambigua sententia ex libello, & partium intentione declaranda venit.*
- 24 *Si scienter fiat persecutio super certis capitulis, aliis omissis animo defatigandi in novo judicio exposita rei judicate exceptione, doli replicatio actori denegatur.*
- 25 *Replicatio doli fundatur super & equitate, quæ cessat respectu litigatoris dolosi.*
- 26 *Quid si actio tutelæ generaliter, & specialiter præponatur? Designatione facta, error in prosequendo allegari nequit: succumbenti in exceptione exceptio rei judicate non obstat.*
- 27 *Quando plures res debentur ex pluribus causis exceptio rei judicate non obstat.*
- 28 *Ut exceptio obstat eadem quæstio, lis, & causa semel decisa inter easdem personas requiritur, quod reiteretur, aliter non nocet, nec prodest.*
- 29 *Quæ sit eadem persona, explicatur.*
- 30 *Etiam personis interpretativo modo eisdem exceptio obstat.*
- 31 *Eadem personæ dicuntur, quæ res in judicio deducere solent.*
- 32 *Nisi dolus, collusio, ignavia, vel negligentia detur.*
- 33 *Si tutor culpa curatoris absolutus evadet, iterum conveniri potest.*
- 34 *Sententia lata non nocet conjuncto, si à conjuncto sine mādato defendatur, nec sententia contra unum legatarium aliis nocet, nec lata in favorem hæredis alios liberat.*
- 35 *Sententia lata ad favorem unius tutoris, vel curatoris alios non liberat.*
- 36 *Imo pubes adversus alios agere potest, & integram actionem retinebit adversus curatores ex negligentia tutelam ad se non transtulentes, si à tutoribus totum consequi nequit.*
- 37 *Tutoribus conventis curatores non liberantur, & contra.*
- 38 *Tutelæ actio adversus hæredem tutoris mota, curatores, aut hæredes magistratum non liberat.*
- 39 *Ut exceptio rei judicate obstat, nequitur, quod eadem res, ab eadem persona, & ex eadem causa petatur; cum ex causa diversa in personali semper, in reali quandoque de novo agi potest.*
- 40 *Quod quis ex pluribus causis agat, prohibitum non est.*
- 41 *Diversitas causæ à diversitate actionum non venit, quando ex uno, eodemque jure variæ actiones proveniant.*
- 42 *Ex una causa, & ex eodem jure variæ actiones ad unam rem tendentes competunt, quarum una intentata, altera non datur, & exceptio rei judicate competit.*
- 43 *Eadem causa, seu eadem quæstio revocari dicitur, cum in posteriori judicio disceptandum venit, quod in priore fuit determinatum.*
- 44 *Si eadem res ex pluribus causis debeat pro singulis obligationibus, singulæ causæ moveri possunt.*
- 45 *Intervenientibus tribus requisitis exceptio procedit, sive sententia superiorum, sive inferiorum Judicum sit, cum tantum queratur an ita judicatum sit.*
- 46 *Ita ut maioribus ob instrumenta de novo reperta restitutio non concedatur.*
- 47 *Reus tamen in vim peremptorie exceptionem hanc opponere debet, nam si passus sit, iterum de meritis causæ judicate disputari, nihil ei prodest.*
- 48 *Sicut quæcumque alia exceptio non opposita non prodest, licet lex dicat, quod non audiatur, cum intelligatur exceptione opposita.*
- 49 *Minor adversus rem judicatum lesus restituitur.*

Cessat, & non procedit cum effectu actio tutelæ, si jam semel eo nomine actum est, & tutor liberatus fuit, ex l. si non 15. cod. de administr.

nistr. tutel. quia semel absolutus, non est amplius molestandus, ita ut actor per exceptionem rei judicatæ repelli possit *ex tot. tit. ff. de except. rei judic. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 90.* & tradunt infiniti apud nos *tract. 3. lib. 8. cap. 9. n. 73. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 19. Carpsov. in processu juris tit. 16. articul. 4. à n. 1. ad 77. ubi per tot. de auctoritate rei judicatæ.*

Sed ad hoc, ut huic exceptioni locus sit, oportet, quod tria concurrant. Primum, quod idem sit corpus, five quantitas eadem, aut idem jus. Secundum, quod eadem sit causa petendi. Tertium, quod sint eadem personæ, inter quas revocatur quæstio, de quibus requisitis agunt *Hiltrop. in processu judicial. 2. p. tit. 15. per tot. Zoetz. ad tit. ff. de except. rei judicatæ à n. 1. ad 15. Harp. ad §. item si in judicio Inst. de exceptionib. Azin. in prax. judic. §. 13. cap. 6. à n. 6. Langer. in tract. de except. p. 3. cap. 15. per tot. Barbos. Gonsal. & cæteri ordinarij ad tit. de sentent. & re judicat. Cancer. 3. var. cap. 17. à n. 12. Peg. for. cap. 4. à n. 76. cum plurib. seqq. ubi infinitos citat; Fontanel. dec. 126. in labyr. 1. p. cap. 24. à n. 160. §. 3. p. c. 1. à n. 68. Giurb. dec. 20. à n. 1. Cyriac. contr. 246. Pereir. dec. 22. n. 4. Castilb. lib. 5. contr. cap. 104. à n. 25. Fermosin. in cap. fin. de causa possess. & proprietatis q. unic. & in cap. in literis de restit. spoliat. n. 31. Barb. in cap. quidam de exceptionibus in 6. n. 11.*

Quo ad primum sciendum est, quod nomine rei intelligitur corpus, quantitas, & jus, *ex l. cum quæritur cum leg. sequent. ff. de except. rei judicatæ,* & quod appellatione corporis venit omnis res corporalis, quæ tangi potest, *ex l. 1. §. 1. ff. de rer. division. & appellatione quantitatis veniunt omnia ea, quæ pondere, numero, & mensura continentur, ex l. si is 49. ff. de solut. & appellatione juris intelliguntur omnia, quæ in jure consistunt, ut hæreditas, obligatio, usufructus, servitutes, & omnia, quæ tangi non possunt, l. Mæ-*

vius 66. §. fundo 6. ff. legat. 2. l. 2. l. hæc autem 6. ff. de servitutib. urbanorum, l. 3. ff. quemadmod. servitus amittat. l. 1. §. 1. ff. de rer. divis.

Quibus suppositis, quo ad hoc requisitum regula sit, quod toties eadem res censetur, quoties idem illud apud posteriorem Judicem petitur, quod fuerat apud præcedentem petitum; quæ regula probatur *ex l. si ex testamento 20. ff. de except. rei judicatæ,* ubi legatis mensis argenteis, & omni argento, petitis mensis, postea, & argentum novo judicio peti potest *l. cum argentum 21. ff. eodem;* ubi petitis legatis in testamento relictis, postea legata in codicilis relictæ peti possunt novo judicio *l. si in judicio 23. ff. eodem,* ubi petitio usurarum tantum non impedit, quin novo judicio sortem petere valeam *l. 7. §. in cæmentis ff. eodem,* ubi si petiero ædes, & victus fuerim, novo judicio cæmenta, & tigna petere possum *l. Minicius interrogatus 61. ff. de rei vend. ubi si petiero navem, & succubui, tabulas novo judicio petere possum, destructa domo, vel navi, latè Hees. de rationib. reddend. loco 12. à n. 159. Carpsov. in processu juris tit. 16. art. 4. n. 19. & melius n. 63. 64. & 65. ubi quod sententia non tribuit exceptionem rei judicatæ in punctis incidenter articulatis.*

A' contrario probatur *ex l. de eadem re 5. ff. de except. rei judic. ubi si rem, quantitatem, vel jus petiero actione mandati, v. g. & victus fuero, non possum nova actione, v. g. negotiorum gestorum eandem rem, quantitatem, vel jus petere l. si quis 7. in principio ff. eodem;* ubi si quis totum antea petiisset, partem postea petere non potest, quia pars in toto continetur *ex l. 1. §. si tibi stipulanti ff. de verbor. obligat. l. in tot. 113. ff. de reg. jur. proindeque si quis fundum petierit, reusque sententia Judicis absolutus fuerit, deinde partem petat, vel pro diviso, vel pro indiviso, aut etiam ejus fundi certum locum, dicendum erit exceptionem petenti obstare; *ex l. si quis 7. in prin-**

14 *princip. ff. de except. rei judicat.* quod etenim prædicatur de toto, idem de parte *l. que de tota ff. de reivend. l. si duo 51. ff. de admin. & pericul. tutor. Salgad. de supplicatione cap. 22. per tot. Peg. forens. cap. 4. à n. 80. Heef. sup. à n. 160. Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 46. n. 124.* ubi quod creditor non sibi præjudicat, quoad reliquum, si petat certam summam in judicio, sine taxativa.

15 Idem dicendum erit, si quis fundum petierit, & mox arbores excisas ex eodem fundo petat, aut insulam, five domum petierit, deinde aream, vel tigna, vel lapides, vel alia hujus generis adhuc domui adjuncta petat, aut fundum petierit, deinde fructus, vel ancillam petierit, deinde partus ancillæ; *Harpet. in §. item 5. Inst. de except. Zoex. ad tit. ff. de except. rei judicat. à n. 6. usq. ad 9. Hiltrop. in processu judiciali tit. 15. n. 14. p. 2. Langer. de except. cap. 15. à n. 10.* ubi latè, quando sententia lata in principali præjudicet in accessoriis; *Peg. forens. cap. 4. à n. 80. Salgad. sup. à n. 21. Heef. sup. à num. 165.*

17 Verùm, ut hæc plenius intelligantur, sciendum est, quod quatuor modis potest quis pertendere eandem rem sibi deberi. Primus, quando quis pertendit rem eandem sibi ex variis causis deberi, & in hoc casu, si rem petat, non expressa certa causa, sed quia sua, quia dominium in re habebat; tunc succumbens de novo, litem intentare non potest, quia omne jus suum in judicium deduxisse censebitur *ex t. in l. an eadem 14. §. actiones, ibi Barth. nisi alia causa de novo supervenisset; ex l. si mater 11. §. eadem ff. de except. rei judicat. Hiltrop. sup. n. 18.*

19 Secundus est, quando una res debetur ex variis causis, & in hoc casu, si personali egerit ad certum ratione mutui, & defecerit in probatione, idem debitum ex stipulatu, vel simili causa, non obstante exceptione rei judicatæ, petere potest, *ex dict. §. actiones; ubi*

Jurisconsultus talem inter reales, & personales differentiam proponit, quæ in hoc potissimum posita est, quod si in reali petitio sit generalis, persequutionis specialis succumbenti non datur regressus, & ita intelligitur *ex. in dict. l. si mater §. denique; si verò in reali petitio sit specialis, tunc, sicut in perionali, ad alias causas datur regressus, nec ulla est differentia arg. dict. leg. an eandem §. actiones, ibi DD. & in l. edita cod. de edendo, & ita intelligitur ex. in l. si mater §. si quis autem.* Ratio diversitatis est, quod una res ex pluribus causis nostra esse non potest, sed ex pluribus causis deberi *l. non ex pluribus ff. de reg. jur.* potest etenim quis se juvare ex pluribus titulis, & res semel nostra potest nobis de novo acquiri, si prima acquisitio sit nulla, vel secunda sit plenior; & hoc moderamine accipienda est *dict. l. non ex plurib. l. nemo ex his §. primo ff. de reg. jur.* ubi latè *Sande, Cravet. lib. 1. cons. 16. n. 6. Hiltrop. dict. tit. 15. n. 21. Arouc. in l. ingenuum 25. ff. de stat. homin. à n. 1. usque ad 65. cum multis Peg. forens. cap. 21. n. 75.*

Tertius est, quando plures res debentur ex una causa, & in hoc casu una repetita, & obtenta, alia peti ex eadem causa potest, prout in casu *dict. l. si ex testamento, cum similibus citatis à n. 8.* si illam sibi deberi agnoverit, ne obscientiam dolus ejus argui possit, quod debitorem suum diversis litibus fatigare voluerit; optimus casus *in l. de reb. 43. ff. de arbitris;* quod intellige, si una fuerit specialiter petita, secus verò, si petitio sit generalis, exempli gratia, peto res mihi legatas ex tali testamento, peto debitum ex stipulatione, peto mihi reddi rationem administrationis tutelæ, & negotiorum gestorum, & in processu causæ unam tantum prosequar; tum quidem mihi agenti obstat exceptio rei judicatæ, sed illa replicatione doli eliditur; & sic intelligitur *ex. in l. licet 2. cod. de judiciis, arg. l. age 3. l. si de certa 31. cod. de transact. l. Lucius 46. §. tutelæ 5. ff. de administr. tutor.*

tor. l. si ex maiori 7. cod. de except. l. 1. cod. si adversus rem judicat. l. quid tamen 21. §. plenum ff. de arbitris, nisi illa res secundo petita, esset accessoria prioris l. si cum tibi 4. cod. de judic.

Ratio tam exceptionis, quam replicationis est, quia in ista sententia consideranda sunt duo 7. C. verba sententiæ, & mens pronuntiantis, quo ad verba, sententia est generalis, ideò parit exceptionem rei judicatæ quo ad omnia capitula. Quoad mentem, sententia est specialis, quia mens Judicis præsumitur se referre ad prosequuta, non ad ea, de quibus non cognovit, ita attentam præsumptam mente Judicis contra exceptionem datur replicatio, quæ ratio iudatur in l. qua de re ff. de judic. Hees. de ration. reddend. loc. 12. à n. 117. Carpsov. in processu juris tit. 16. articul. 4. n. 72. 73. & 74. ubi quod sententia ambigua ex libello, & partium intentione venit declaranda.

Hæc vera sunt juxta Barth. Bald. Salicet. in l. 2. cod. de judic. si proposita actione generali, puta, tutelæ, ut ratio administrationis reddatur, fiat prosecutio super certis tantum capitulis per errorem, & ignorantiam; nam si scienter fiat prosecutio super certis tantum capitulis, aliis omissis animo defatigandi in novo judicio, non dabitur, opposita rei judicatæ exceptione, actori doli replicatio arg. tx. in l. de rebus 43. ff. de recept. arbitr. ratio, quia replicatio doli fundatur super æquitate, ex l. qui æquitate 12. ff. de except. doli, quæ isto casu cessat, cum æquum non sit subvenire litigatori dolo; Hees. sup. à n. 99.

Unde colligitur, quod, si super actione tutelæ, libellus duobus modis concipiatur; primo generaliter sic: redde rationem administratæ tutelæ; secundo, designatis certis capitulis, super quibus petatur reddi ratio, & in quibus malè administrasse tutorem contenditur, priori casu dict. l. 2. cod. de judic. loquitur, posteriori non item: nam facta designatione, error in prole-

quando allegari nequit; Bald. & Salicet. in dict. l. 2. Hiltrop. dict. tit. 15. n. 28. Franelus dec. 289. ibi Riccius, Amendola, Luca, firmant quod succumbenti in exceptione non obstat exceptio rei judicatæ in ordinario judicio.

Quartus est, quando plures res debentur ex pluribus causis, & in hoc casu non obstat exceptione rei judicatæ expeditum est, juxta tx. in l. si cum argentum ff. de except. rei judicat. Bart. Zas. & communiter DD. in l. an eadem §. actionis ff. eodem.

Quo ad secundum necesse est, ut hæc exceptio locum habeat, quod eadem quaestio, lis, & causa semel decisa inter eandem planè personas reiteretur, revocetur, & suscitetur, dict. l. an eadem, l. Julianus, l. judicata 29. ff. de exceptione rei judicat. facit l. 2. cod. de exceptionib. aliàs enim non nocet, nec prodest ex tot. tit. cod. quibus res judicata non nocet, Hiltrop. in process. judicial. 2. p. tit. 15. n. 30. Zoerz. ad tit. ff. de except. rei judicat. n. 10. Harpetr. in dict. §. item. 5. Inst. de except. à n. 8. Peg. forens. cap. 4. n. 76. & omnes citati n. 1. Arouc. in dict. l. ingenuum n. 6. latè Carpsov. in processu juris tit. 16. articul. 4. à n. 19.

Eadem persona, aut est naturaliter, cum idem Titius secundo, vel tertio eandem litem movet, aut est interpretativa, & civiliter juris fictione eadem, puta, administratores, veluti tutor, curator, procurator, syndicus, pater, & filius, hæres, & defunctus, emptor, & venditor, donans, & donatarius, & similes, de quibus tract. 2. lib. 8. cap. 2. à n. 52. ad 68. qui interpretativè, & juris fictione eandem personæ cententur; ex DD. allegatis dict. cap. 2. à n. 52. & ultra eos Hiltrop. sup. n. 31. Peg. forens. cap. 4. n. 79. ubi multos dat, §. n. 80. & sic eis obstat exceptio rei judicatæ ex l. si mater 11. §. hoc jure §. si quis hominem §. idem Julianus ff. de except. rei judicat. l. si à te §. fin. l. cum hæres 11. ff. de divers. §. temporalib. præscript. l. hæredem 59. ff. de reg.

- 31 *reg. jur.* & in universum omnes dicuntur eadem personæ, quæ res in iudicium deducere solent *l. res iudicat.* 4.
- 32 *ff. de except. rei iudicat.* nisi detur dolus, collusio, ignavia, vel negligentia, ut diximus *dict. cap. 2. n. 68.* & multis relatis tenet *Peg. dict. cap. 4. à n. 84. usq. ad 89.* ubi vide quomodo probetur dolus, collusio, & cætera; & probatur quo ad nostrum intentum *ex l. si minoris 5. ff. de administrat. tutel. l. alterius 20. §. ff. de tutel. rationib. distrabend.*
- 33 ubi si culpa curatorum tutor fuerit absolutus, saltem ope restitutionis potest tutor iterum conveniri *Arouc. in l. ingenuum 25. ff. de stat. homin. à n. 1. usq. ad 65.*
- 34 Sed hæc non procedunt in conjunctis personis, quæ licet sine mandato recte agunt, attamen sententia lata contra conventos eis non nocet, nec legatariis; quia sententia lata contra unum, aliis non nocet, nec sententia lata ad favorem unius ex hæredibus, cæteros liberat *ex l. sicum uno ff. de except. rei iudicat.* nec sententia prolata ad favorem unius ex pluribus tutoribus, vel curatoribus, alios liberat, *ex l. qui tutor §. 1. ff. de tutel. ration. distrabend.*
- 35 quin pubes possit adversus alios agere; ex quo sequitur primo, quod si adolescens tutores convenit, à quibus totum consequi non potest, integram actionem retinebit adversus curatores, qui ex negligentia tutelam ad se non transtulerunt *l. tutores 30. §. 15. ff. de administrat. tutor. ubi notat Gotrof. & cum eo Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 91.* quod tutoribus conventis, non liberantur curatores; & è contra;
- 36 ratio redditur *in dict. l. tutores*: sequitur secundo, quod tutelæ actio adversus hæredem tutoris mota, curatores, aut hæredes magistratuum non liberat *l. convento 25. ff. de tutel. rationib. distrab. Peg. sup. n. 79.*
- 37 Quo ad tertium necesse est, ut hæc exceptio locum habeat, quod eadem res ab eadem persona ex eadem causa petatur; *Jura, & DD. n. 2. &*

n. 28. dict. l. si mater §. si eadem, dict. l. an eadem, l. 3. ff. de except. rei iudicat. l. si deposita 4. cod. depositi; nam ex causa diversa in personali semper, in reali quandoque de integro agere concessum est, ut diximus supra, & probat *Peg. forens. cap. 4. n. 81. Zoz. sup. n. 11.* non enim prohibitum est, quominus quis agere possit ex pluribus causis, modo eas probet, & si quis ex pluribus causis copulativè, & una ex his probata concludat, ad intentionem actoris sufficit, & illa copulativa resolvitur in alternativam; *Craver. cons. 16. n. 17. Hiltrop. sup. n. 37.* diversitas autem causæ non æstimatur à diversitate actionum, *Peg. sup. num. 81.* referens multos; quia ex uno, eodemque jure variæ quandoque actiones competunt *l. de eodem 5. ff. de exceptione rei iudicat.* quodocunque igitur ex una, eademque causa, & jure variæ actiones ad eandem rem tendentes competunt, tunc una intentata, ad alteram non datur regressus, sed obstat rei iudicatæ exceptio, quia licet sint diversæ ad eandem rem, tamen dantur, & ex eadem causa procedunt *dict. l. de eadem.* Eadem autem causa, seu eadem quæstio revocari dicetur, cum in posteriori iudicio disceptandum venit, quod in primo iudicio per sententiam fuit determinatum *dict. l. si quis 7. §. de fructibus*; sed si eadem res ex pluribus causis debeatur *ex l. non est novum ff. de actionib. empt.* tunc singulas obligationes singulæ causæ sequuntur *Zoz. dict. n. 11.* id est pro singulis obligationibus singulæ causæ moveri possunt, non obstante exceptione, quia actor aliam suæ intentionis causam exprimit latè, *Franelus dec. 289 ibi Riccius, Amendola, Luca, Peg. forens. cap. 21. n. 75.*

His tribus requisitis concurrentibus, secundo agenti obstat exceptio rei iudicatæ, sive sententia, quæ in rem iudicatam transivit, sit superiorum, sive inferiorum iudicium, ut advertit *Peg. forens. cap. 4. n. 82. Cabed. 1. p. dec. 23.* & amplius non quæritur, an bene iudica-

judicatum fuisset, sed an fuisset judicatum, & in rem judicatam transactum, quod in tantum verum est, ut etiam non concedatur restitutio maioribus ex instrumentis de novo repertis, ut referendo plures in contrarium, in hanc descendit sententiam cum aliis *Harpetr. in §. item 5. Instit. de except. à n. 15. Frachin. lib. 2. contr. cap. 51. pertot.*

Dummodo reus opponat exceptionem rei judicatæ in vim peremptoriæ: nam si eam non opponat, & falsus sit, iterum de meritis causæ judicatæ cognoscere, nihil ei prodest res judicata *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 15. & tit. 50. Phabus dec. 120. à n. 41. Cancer. 3. var. cap. 17. à n. 9. Themudo dec. 41. n. 6. Gamma dec. 354. n. 2. Caldas, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 43. glos. 46. n. 7.* sicut non prodest quæcunque alia exceptio non opposita, licet lex dicat quod actio non datur, vel quod pars non audiat, quia intelligitur opposita exceptio *Pegus cum multis d. n. 7. & diximus tract. 2. lib. 8. cap. 13. à n. 38. Barthol. in l. nam postea §. si condemnatus ff. judejurando Fusc. lit. S. conclus. 142. n. 1. 36. & 37. Surd. cons. 160. n. 51. & decis. 185. num. 20. Gabriel commu. lib. 2. tit. de exceptionibus rei judicatæ conclus. 1. n. 24. Cyriacus contr. 416. n. 42. Scaccia de appellationib. q. 11. n. 196.*

Verum contra rem judicatam potest minor læsus petere restitutionem in integrum, quæ ei est concedenda ex his, quæ diximus *tract. 3. lib. 5. cap. 11.*

CAPUT X.

An, & quando tutor conventus actione tutelæ, se defendere possit exceptione jurisjurandi?

SUMMARIUM.

1 Per juramentum ritè datum, ac præstitum tam judiciale, quàm extrajudiciale exceptio juramenti acquiritur, & actio tutelæ repellitur.

- 2 Reus juramentum decisorium, seu in animam subens, amplius molestandus non est.
- 3 Juramentum hujusmodi vim rei judicatæ, transactionis, & litis finitæ habet, ut litis ingressum impediat.
- 4 In vim peremptoriæ exceptionis, etiam post litem contestatam opponi potest.
- 5 Per reum actori offerri potest, quanvis onus probandi assumpsisset.
- 6 Elapso ad probandum termino, & publicato processu, deferri potest.
- 7 Exclusus à probando, à delatione juramenti non excluditur.
- 8 In initio judicii, nullis probationibus propositis, deferri potest.
- 9 Actor nec semiplenè probans, nec pro se præsumptionem habens, reum ad jurandum cogere potest.
- 10 Justa subsistente causa, deferri potest etiam reo, quem pejeraturum creditur.
- 11 In quacunque actione sive reali, sive personali, tum ex contractu descendenti, tum ex quasi, sive pro remobili sive immobili deferri potest.
- 12 Etiam circa qualitates in juramento decisivo standum est.
- 13 Dummodo qualitas concludat jurantem non esse debitorem, aliàs non creditur.
- 14 Probatio contra juramentum non admittitur.
- 15 Cum non an debeatur, sed an juratum sit, queratur.
- 16 Sed hoc intelligitur ad retardandum juramentum civiliter, secùs criminaliter ad perjurium puniendum agatur.
- 17 Vel si per aliud juramentum contrarium constet, vel si juramentum à lege, vel statuto deferatur.
- 18 Causa per juramentum decisa appellationem non admittit.
- 19 Etiam si sententia virtute juramenti relati prolata sit.
- 20 Dummodo juramentum parti à parte

- delatum sit, & non à Judice in contumaciam partis.
- 21 A sententia lata virtute juramenti relati à reo actori, qui noluit jurare, non appellatur.
- 22 Si is, cui juramentum defertur, rationabiles causas alleget, ut jurare non teneatur, & Judex eas negligens jurare jubet, vel referri, tunc appellari potest.
- 23 Licet quis ab aliquo actu appellare non possit, à rejectione exceptionum impredientium ne ad illum actum veniatur, appellare potest.
- 24 A sententia prolata virtute juramenti necessariò, vel auctoritate legis, vel statuti appellari potest.
- 25 Si juramentum acceptetur, revocari nequit, licet adhuc juratum non sit, nisi justa causa superveniat.
- 26 Tutor, curator hoc juramentum deferre possunt, & adultus sine curatore.
- 27 Dummodo jura pupillorum, & minorum aliter probari nequeant, aliàs datur in integrum restitutio.
- 28 Tutori, & curatori præstari potest, sed nec acceptare, nec referre cogi possunt.
- 29 Quid si juretur, parte non deferente.
- 30 Judei, & hæretici quomodo jurare debent.
- 31 Filio super factò patris juramentum deferri potest.
- 32 Juramentum contra juramentum valet.
- 33 Quando Judex arbitrium habens, exceptionem juramenti à parte delati rejicere potest.
- 34 Si is, cui juramentum defertur, recuset, pro delato habetur.
- 35 Quibus in causis juramentum deferatur.
- 36 In Ecclesia juramentum deferri potest tam ante litis contestationem, quam post, & post conclusum in causa, & post sententiam, & in continenti post appellationem interpositam.
- 37 Infami, muto, surdo, vili juramentum decisivum deferri potest; secùs suppletorium.
- 38 Juramentum ad fructus, & accessoria extenditur.
- 39 Super uno delatum affirmativè, super consequentibus, & relativis ex natura contractus delatum videtur; quid si negativè deferatur.
- 40 Juramentum actionem, & exceptionem parit, vim tituli habet, obligationem tollit naturalem, & executionem paratam habet.
- 41 Vim litis contestatae habet, prout aliud juramentum actionem usque ad 40. annos perpetuat.
- 42 Vim quoque confessionis habet.
- 43 Debitorem in mora constituit, & de interitu debitorem teneri facit.
- 44 Jurans fundum suum esse post completam præscriptionem, ei utilis actio competit.
- 45 Si in scriptura juramentum invenitur, omnia solemniter acta, & in continenti juratum censebitur.
- 46 Non tantum personalem, sed etiam hypothecariam actionem aufert.
- 47 Super interrogatorio non est respondendum, si causa juramento decisa sit.
- 48 Post juramentum delatum, seu præstitum compromitti, & transigi non potest, nisi cum clausula juramentum fieret.
- 49 Creditor non inveniens bona debitoris sui in executione, juramentum deferri potest debitoribus sui debitoris, & adversus confitentem procedere.
- 50 Sententia juramento voluntario decisa, per instrumenta noviter recepta non revocatur.
- 51 Nisi relatum sit à parte, vel à Judice in partis contumaciam.
- 52 Negativa per juramentum probatur.
- 53 Juramentum delatum vel est præstandum, vel referendum; & quid in cõtumacia Judex facere debeat; & ab eo quando appellare possit.
- 54 Juramentum necessarium ipso facto per nova instrumenta rescinditur.

- 55 Ex juramento præstito tres actiones oriuntur; & quæ sint.
- 56 Si pupillus, sibi delato juramento, juravit, postea deferens non poterit objicere inhabilitatem jurantis.
- 57 Juramentum unius correorum, præsertim socii ejusdem societatis, aliis correis nocet.
- 58 Quibus hujus juramenti exceptio competat.
- 59 Fidei jussoribus, mandatoribus, & pecuniæ constitutæ reis prodest.
- 60 Et patri de peculio, vel de in rem verso prodest juramentum filii, jurantis se dare non oportere.
- 61 Eodem modo juramentum procuratoris, aut defensoris domino prodest.
- 62 Nisi Judex juramentum approbet, pars invicta, cui defertur, jurare non tenetur.
- 63 Qui juramentum revocavit ob probationes supervenientes, iterum ad dilationem juramenti convolare nequit.
- 64 Heres, cui legatarius, vel fideicommissarius juramentum defert, referre eis nequit.
- 65 Licet minor curatore carens, juramentum deferre possit, non tamen si curatorem habeat.
- 66 Post oblatum juramentum, per procuratorem generalem revocari potest.
- 67 Justa causa stante recusationis aliquis jurare non cogitur.
- 68 Vel quando ex præsentis statu periculum perjurii subest.
- 69 Vel quando super factò alieno juramentum defertur ignorantis.
- 70 Vel quando post sententiam defertur.
- 71 Per procuratorem sine speciali mandato nec deferri, nec referri juramentum potest.
- 72 Terminum petenti ad deliberandum à Judice concedi debet.
- 73 Citatus ad animam usque ad primam audientiam spectandus est.
- 74 Voluntarium juramentum nemo præstare cogitur.
- 75 Hæres illius, cui delatum fuit juramentum, jurare non potest, nisi informatus sit.
- 76 Juramentum, si deferatur in loco, ubi reus conveniri nequit, recusari potest.
- 77 Coram Judice, quem citatus recusat, juramentum subire non cogitur.
- 78 Ob rerum, vel personarum diversitatem juramentum non præstitum recusari potest.
- 79 Ut circa factum alienum.
- 80 Vel circa factum prædecessoris, nisi informatus, vel factò interfuit; sed scientia per famam non sufficit.
- 81 Vel factum proprium ultra decennium transactum, cum oblivio præsumatur.
- 82 Ut prima conclusio in principio hujus cap. procedat, requisita, de quibus hic, intervenire debent.
- 83 Jurare non tenetur qui exceptionem declinatoriam habet.
- 84 Nec quando probatio fieri nequit, nisi per instrumentum.
- 85 Juramentum referre reus non tenetur ei, qui in eadem causa, vel simili perjurus fuit.
- 86 Nec ei, qui contra se præsumptionem habet.
- 87 Non defertur infami, qui nec jurare, nec referre potest.
- 88 Juramentum decisivum confessione jurantis retractatur.
- 89 Qui per testes probavit, neque juramentum præstare, neque referre tenetur.
- 90 Per prodigum sine curatoris auctoritate, nec deferre, nec referri potest.
- 91 Idem de procuratore, defensore, & inhabili ad iudicium dicendum est.
- 92 Nec quando alio agente perjurium detegi potest, quod ibi exemplificatur.
- 93 Quando juramentum à correo credendi delatum, non socio, vel socio proffit, vel noceat.

- 94 Minor restituitur adversus juramentum delatum parti adverse, non adversus delatū sibi ab adverso.
- 95 Si unus ex heredibus sine aliis juramentum deferat, recusari potest, nē, altero adveniente, perjurium detegatur.
- 96 Nemine deferente juramentum, ut juranti noceat, & non profit nisi pars adversa juramento uti velit.
- 97 In una causa præstitum, non extenditur ad aliam, nisi correllativa sint.
- 98 Non quoad jurantem, sed quoad eius heredes, sententia declaratoria indigit.
- 99 Semel tantum juratur, nisi causa mutetur.
- 100 Non potest deferri, ubi exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non possit.
- 101 Nec ab eo fundatam suam intentionem habente, jurare tenetur, nec referre.
- 102 Idem in actione, quæ intentari nequit.
- 103 Idem in emptore, actionem de evictione habente.
- 104 Per evidentiam facti, vel ex testamento noviter reperto juramentum prolatum revocari potest.
- 105 Non defertur in causis spirituales, nec in matrimonio dissolvendo, vel pro ejus validitate, nec in causis magnis, qualitate personarum inspecta.
- 106 Curator sine mandato minoris juramentum deferre nequit.
- 107 Heres non tenetur jurare ex facto defuncti.
- 108 Heres probabilem ignorantiam gestorum à defuncto habere censetur.
- 109 Sed jurare tenetur se ignorantiam habere: cum ignorantia juramento probetur.
- 110 Similiter de credulitate sua jurare tenetur.
- 111 In tenebris ambulamus quando explicanda est voluntas defuncti.

SI pubes maior factus, vel minor cum autoritate sui curatoris, vel quia necessariis destituitur probationibus, vel quia forensium molestiarum pertæsus, litem definiri cupiens, deferat tutori suo juramentum five extra judicium, five in judicio, ut juret, quod petita ab eo, ei non debet, quod contenta in libello petitorio vera non sunt, & tutor acceptaverit, & se nihil debere juraverit, ex hoc juramento sibi quæritur exceptio jurisjurandi, qua actionem repellere potest; *ex S. si quis postulante II. Inst. de actionibus, ubi Harpetr. & S. æquè si debitor 4. Inst. de exceptionib. quia reus, cui fuit delatum juramentum decisorium, seu in animam, amplius molestandus non est; ex juribus proximè allegatis, & ex Ord. lib. 1. tit. 49. §. 1. lib. 3. tit. 59. §. 5. & tit. 53. §. 13. Peg. forens. cap. 2. per tot. Ord. lib. 3. tit. 52. §. 3. Harpetr. in dict. S. æquæ, l. posteaquam §. 1. ff. de jur. jurand. Pereir. in promptuar. jur. verbo juramentum à n. 933. Cabed. 1. p. dec. 14. & 34. per tot. Hiltrop. in proces. judicial. 2. p. tit. 16. à n. 1. usque ad 25. l. manifestè ff. de jur. jurand. Thom. de tutorib. tit. 19. à n. 2750. usque ad 2929. Zoz. ad titul. ff. de jur. jurand. Morant. de ordin. judicior. p. 6. art. 9. n. 11. Marc. dec. 166. n. 3. Mansin. de juramento 2. p. artic. 5. à n. 1. Valasc. de jur. emphyteut. q. 7. n. 26. Caros. de jurament. decisivo q. 9. Mesinger. centur. 1. obs. 39. per tot. Ric. collect. 2413. latè Berlich. conclusion. juris 1. p. concl. 32. & 33. per tot. Carpsöv. de proces. juris tit. 11. ubi articul. 1. cum sequentib.*

Ampliatum primo, ut vim rei iudicatæ, transactionis, & litis finitæ habeat ita, ut litis ingressum impediatur; *l. 2. ff. de jur. jurand. Cabed. dict. decis. 34. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 80. 82. & 102. Caros. de jurament. decisivo q. 1. Ruginel. practicar. cap. 11. Leo in theatro fori Ecclesiastici c. 7. p. 3. n. 25. Hiltrop. sup. dict. tit. 16. n. 20. ubi quod in vim peremptoriæ exceptionis, etiam post litis contestationem opponi*

opponi *Minsinger. centur. 4. observ. 14. Carpsov. sup. lib. 11. articul. 7. n. 36.*

5 Ampliatur secundo, ut per reum actori offerri possit, quanvis onus probandi allumpset, *Caros. de obligationibus q. 10. n. 82. Menoch. conf. 861.*

6 Ampliatur tertio, ut lapsa termino ad probandum, & publicato processu, deferri possit *Caros. de juram. decisivo q. 5. Cravet. conf. 207.*

7 Ampliatur quarto, ut exclusus à probando, non videatur exclusus à delatione juramenti; *Gutt. practicar. lib. 1. q. 117. n. 4. Chacher. dec. 97. n. 7.*

8 Ampliatur quinto, ut in initio Judicis, nullis probationibus propositis, deferri possit; *Rip. in l. admonend. ff. de jur. jurand. Chacher. sup. n. 10.*

9 Ampliatur sexto, ut si actor, nec semiplenè probavit, nec aliquam præsumptionem pro se habeat, reum ad jurandum cogere possit *Guil. Benedict. in cap. Raynutius de testament. verbo, si absque liberis, Menoch. lib. 1. q. 81. contrarium affirmat.*

10 Ampliatur septimo, ut justa causa subsistente, deferri possit etiam reo, quem pejeraturum creditur *Bonacin. in moralibus tom. 2. disp. 4. p. 11. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2765.*

11 Ampliatur octavo, ut deferri possit in quacunque actione, sive reali, sive personali, tam ex contractu, quam ex quasi contractu agatur, sive pro re mobili, aut immobili judicium moveatur *l. S. quacunque actione ff. de jur. jur. Caros. sup. q. 17. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2771. l. cum de indebito 25. ff. de probat. l. cum proponas 6. cod. de reb. credit. Hiltrop. in proces. judicial. 2. p. tit. 16. n. 7. Cravet. conf. 196. Zoz. ad tit. ff. de jur. jurand. à n. 33. Carpsov. de proces. juris tit. 11. à n. 1. à n. 53.*

12 Ampliatur nono, ut etiam circa qualitates juramento decisivo standum sit: qua de re *Cabed. dec. 34. per totam, Pereir. in promptuar. juris verbo juramentum à n. 933. Pereir. dec. 68. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2766. plures apud nos in tract. de recusat. lib. 5. cap. 5. n.*

21. dummodo qualitas concludat jurantem non esse debitorem, aliàs qualitati non creditur; *Cabed. Pereir. Thom. sup. Ord. lib. 4. tit. 52. ubi Barb. multos citat Nogueir. allegat. 33. n. 32.*

Ampliatur decimo, ut probatio in contrarium non admittatur *l. 2. l. non erit S. dato ff. de jur. jurand. l. 1. cod. de reb. credit. Thesaur. forens. lib. 4. quest. 81. Bursat. conf. 123. n. 6. Thom. sup. n. 2756. & post juramentum amplius non quæritur, an debeat, sed an juratum sit, l. 5. S. 2. ff. de jur. jurand. Zoz. ad eundem tit. n. 49. l. 1. cod. de reb. credit. l. quod si deferente 21. ff. de dolo, S. item si quis 11. Inst. de actionib. ibi Harpetr. n. 13. Peres, Zoz. ad rub. cod. de jur. jurand. quod intellige ad hoc, ut agatur ad retardandum juramentum civiliter, secus verò, si agatur criminaliter ad puniendum perjurium; *Thom. sup. n. 2757. & omnes supra citati: vel si constet contrarium per aliud juramentum, vel si juramentum non sit delatum à parte parti, sed à lege, vel statuto; Thom. sup. à n. 2758. Caros. sup. q. 9. n. 11. S. 21. Tiraq. de retract. S. 4. glos. 1. fusè Berlich. pract. conclus. 1. p. concl. 35. per tot. Carpsov. d. tit. 11. art. 7. n. 31. Ord. lib. 3. tit. 52. S. 3. S. 4. ibi cum aliis Barb.**

14

15

16

17

18

Ampliatur undecimo, ut causa per juramentum in anima decisa non admittat appellationem, ut probatur *ex Ord. lib. 3. tit. 53. S. 3. l. non erit 5. S. dato ff. de jur. jurand. & docet cum pluribus Peg. forens. cap. 15. n. 126. Altimar. de nullitatib. rubric. 5. q. 107. per tot. Ruginel. de appellat. S. 2. cap. 3. verbo juramentum n. 512. Salgad. de protection. 2. p. cap. 1. num. 165. Seraphin. de privileg. jurament. privil. 102. n. 1 Marant. de ordine judiciorum p. 6. att. 2. princ. in verbo quandoque appellatur n. 332. Menoch. conf. 217. à n. 7. cum multis Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2820. Caros. de juramento decisivo q. 47. Chacher. dec. 61. per tot. Zoz. ad tit. ff. de jurejurand. n. 37. quod procedit etiam, si sententia sit prolata virtute juramenti relati *Marant. sup. n. 332. Salgad. dict. cap.**

19

cap.

cap.

cap.

- cap. 1. n. 167. *Scaccia de appellat. q. 17. limitat. 35. Altimar. dict. q. 107. n. 2. 3.*
- 20 § 4. dummodo juramentum sit relatum à parte, & non à Judice in contumaciam partis, ut declarant optimè *Seraphin. Altimar. sup. citati*, & in hoc casu sunt intelligendi *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 69. n. 9. § in cap. cum cessante de appellationib. n. 11. § Arest. Senatus, de quo Peg. forens. cap. 15. n. 127. Peg. ad*
- 21 *Ord. lib. 3. tit. 1. §. 5. n. 37.* & sententia lata virtute juramenti, relati à reo Actori, qui noluit jurare, *Menoch. sup. n. 19. Ruginel. sup. n. 515. Altimar. sup.*
- 22 *n. 8. nisi is, cui defertur juramentum, alleget rationabiles causas, & exceptiones, quare non teneatur jurare, & Judex, iis rejectis, præcepit jurare, vel referri: quia tunc is potest appellare ab illo præcepto, & à rejectione exceptionum, ex l. generaliter 12. §.*
- 23 *sed juramento ff. de reb. credit. nam licet quis non possit appellare ab aliquo actu, tamen, si alleget exceptiones legitimas, ne deveniatur ad illum actum, potest appellare Scac. sup. dict. q. 17. limit. 10. n. 34. Salgad. de protect. p. 8. cap. 1. n. 168. Altimar. sup.*
- 24 *n. 9. vel nisi juramentum deferatur virtute juramenti necessarii, vel auctoritate legis, aut statuti, Menoch. sup. n. 25. Altimar. n. 14. § 15. Seraph. sup. n. 15. Caren. resol. 12. Barb. in Trident. ses. 24. de reformatione cap. 20. num. 6. Fach. lib. 1. contr. cap. 23. Berlich. dict. concl. 35. à n. 15. Peg. ad Ord. lib. 3. tit. 1. §. 1. n. 37. ubi sic tradit judicatum.*
- 25 Ampliatur duodecimo, ut si pars acceptaverit, revocari minimè possit, etiam si nondum juratum fuerit, nisi superveniat justa causa, puta inimicitiae, *Cephal. conf. 65. Caros. de jurament. decisivo q. 7. Thom. sup. n. 2770.*
- 26 Ampliatur decimotertio, ut etiam tutor, vel curator, hujusmodi juramentum deferre possit, & adultus sine curatore, si eo careat; *Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2773. Caros. de jurament. decisivo q. 13. dummodo jura pupillorum, & minorum non possint aliter*

probari, *Caros. sup. q. 7. § 13. Thom. n. 2774. Gratian. cap. 91. num. 5. Surd. con. 190. n. 7. l. tutor 35. ff. de jurejurand. aliàs pupillis, & minoribus datur rethutio in integrum, ex l. nam postea quam 9. §. si minor ff. de jurejurand. Cal. in l. si curatorem, verbo adversarij dolo n. 18. cod. de restitut. in integrum, Langer. de except. p. 3. cap. 16. à n. 4. Harpetr. in §. 4. Inst. de except. n. 7. & omnes supra citati Berlich. 1. p. conclus. 34. à n. 30. Carpsov. d. tit. 11. art. 7. n. 7.*

Ampliatur decimoquarto, ut tutori, & curatori præstari possit, sed nec acceptare, nec referre cogi possunt, *Mansin. de juram. 2. p. art. 5. n. 7. Thom. sup. n. 2776. Carpan. super statutum Mediolanum cap. 100. n. 9. Berlich. 1. p. concl. 32. n. 19. Berlich. sup. à n. 30. cum sequentibus.*

Ampliatur decimoquinto, ut jurans, parte non deferente, licet parti juramentum non obsit, tamen juramentum illud contra eum probat, *Jaf. in §. si quis postulante 11. de action. num. 18. Carpan. dict. p. 100. n. 7. Thom. sup. n. 1775.*

Ampliatur decimosexto, ut Judæis, & hæreticis deferatur secundum eorum ritus, nisi Christiano deferatur, quia tunc jurabit per Sancta Dei Evangelia; *Caros. de juram. decisivo q. 11. n. 4. Menoch. de arbitr. cas. 189. n. 6. Carpan. dict. cap. 100. num. 12. Cov. in cap. quanvis pactum de pact. in 6. §. 1. n. 10. Thom. sup. n. 2777.*

Ampliatur decimosextimo, ut filio deferri possit super facto patris *ex Socin. conf. 264. n. 9. Carpan. sup. n. 53. Thom. sup. n. 2778.* & juramentum contra juramentum valeat; *Carpan. n. 62. Thom. n. 2779.* & exceptionem juramenti delati à parte non rejiciet Judex arbitrium habens, nisi causa commissa sit à Principe post juramentum *Menoch. de arbitr. q. 50. Carpan. n. 63. Caros. q. 42. § 43. Thom. n. 2780. § 2781.*

Ampliatur decimo octavo, ut, si is, cui defertur, sine justa causa recuset, pro delato habeatur, sive totius causæ,

vel partis delatum fit; *ex l. generaliter* ibi Bart. *cod. de reb. creditis*, Carpan. *super statutum Mediolanum cap. 100. num. 82. § 103. Thom. sup. n. 2782. § 2813. l. manifeste ff. de jurejurand. Oza sc. dec. 11. n. 4. Sard. conf. 136. n. 32. Carpsov. de processu juris tit. 11. art. 4. à n. 1.*

35 Ampliatur decimonono, ut deferri possit in actione depositi *l. in aepositi cod. de jurejurand.* in petitione hereditatis *l. sed § si possessori §. fin. ff. de jurejurand.* in actione de constituta pecunia, *l. illud §. 1. ff. de constitut. pecunia super decimis*, & in causa decimali, *Peregrin. lib. 2. conf. 21. in causa matrimoniali*, & monachatione, & non è contrà, *Caros. de jurament. decisivo q. 9. § q. 15. Thom. n. 2790. Hiltrop. in proces. judiciali 2. p. tit. 16. à n. 8. ad 15. in causa civili, & criminali, l. eum, qui §. in pupillaribus ff. de jur. jurand. Carpan. dict. cap. 100. n. 2. Hiltropius sup. n. 16. § 17. § 18. ubi quod reo purgationis defertur, Thom. n. 2772. Carps. 4. tit. 11. art. 2. à n. 60.*

36 Ampliatur vigesimo, ut deferri possit in Ecclesia, & tam ante, quàm post litis contestationem, tam post conclusum in causa, quàm post sententiam, & in continenti interposita appellatione, *l. generaliter §. omne cod. de rebus creditis*, ibi Bart. *Soar. in l. post rem judicatam ff. de re judicat. n. 12. Caros. sup. q. 5. n. 2785. Cravet. conf. 202. n. 8.*

37 Ampliatur vigesimo primo, ut infami, & vili, muto, ver furdo possit à parte deferri juramentum, *Caros. q. 7. § q. 11. § q. 13. Thom. n. 2786. 2787. secus in suppletorio ex Ord. lib. 3. tit. 52. §. 2. ubi Barb.*

38 Ampliatur vigesimo secundo, ut ad accessoria, & fructus extendatur, *ex l. sed si possessori ff. de jure jur. Caros. sup. q. 16. Thom. n. 2792. & super uno prætitto affirmativè, super consequentibus, & relativis delatum videatur ex natura contractus venientibus, ex l. si duo §. si quis juraverit ff. de jure jurand. negativè autem, si super una*

39 *juratum sit ex eodem contractu, procedentibus pluribus super cæteris juratum censebitur, secus si ex diversis causis, seu contractibus procedant, l. duobus §. exceptio ff. de jurejurand. nisi altera esset accessoria l. si aëtori ff. eodem, Thom. n. 2793.*

Ampliatur vigesimotertio, ut actionem, & exceptionem pareat, vim tituli habeat, obligationem tollat naturalem, & non civilem, executionem paratam habeat, *Thom. de tutorib. tit. 19. à n. 2794. usq. ad 2805. ubi varias limitationes præstat, quas non damus, quia inutiles, Caros. sup. q. 19. § 20. § 18. Asin. de executione sententia §. 9. cap. 172.*

40 Ampliatur vigesimoquarto, ut vim litis contestatæ habeat, prout omne aliud juramentum, actionem usque ad quadraginta annos perpetuet *l. nam § postea §. si is, qui temporariè ff. de jurejurand. Caros. q. 22. Barerius de virib. juramenti effect. 51. Seraphim. de privileg. jurament. privileg. 50. per tot. Thom. n. 2805. vim quoque confessionis habeat, l. cum, qui, l. qui jurasse ff. de jurejurando, Oza sc. decis. 8. n. 8. Mascard. conclus. 958. à n. 1. debitorem in mora constituat, & de interitu debitorem tenere faciat, Thom. n. 2806. Soccin. reg. 269. falent. 7.*

41 Ampliatur vigesimoquinto, ut qui juravit fundum suum esse post completam præscriptionem, ei utilem actionem competere resolvit *in l. si duo §. idem ait ff. de jurejurand. Caros. de juram. decisivo q. 24. Thom. n. 2808.*

42 Ampliatur vigesimosexto, ut si in scriptura juramentum inveniatur omnia solemniter acta, & in continenti juratum censebitur *Barth. in l. ait Prætor 1. §. 1. ff. de jurejurand. Caros. sup. q. 36. Thom. n. 2814.*

43 Ampliatur vigesimosextimo, quod per hoc juramentum non tantum personalis, sed etiam hypothecaria actio tollatur, *l. si deferente ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, l. solvitur §. fin. ff. eodem, l. jusjurandum ult.*

44 Ampliatur vigesimosextimo, quod per hoc juramentum non tantum personalis, sed etiam hypothecaria actio tollatur, *l. si deferente ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, l. solvitur §. fin. ff. eodem, l. jusjurandum ult.*

45 Ampliatur vigesimosextimo, quod per hoc juramentum non tantum personalis, sed etiam hypothecaria actio tollatur, *l. si deferente ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, l. solvitur §. fin. ff. eodem, l. jusjurandum ult.*

ff. de jurejurand. l. eos cod. de usur. Negusant. de pignorib. 2. p. 6. princ. n. 10.

47 Ampliatur vigesimo octavo, quod interrogatorio non sit respondendum super causa juramento decisa, *l. qui jurasse §. si pater ff. de jurejurand. l. si à te ff. de except. rei judicat. Ruginel. praticar. 1. q. cap. 9. n. 23.*

48 Ampliatur vigesimo nono, quod post præstitum, seu relatam juramentum compromitti, & transigi non possit, cum rei judicatæ vim habeat, nisi cum clausula fieret juramentum *Thom. sup. n. 2838. Caros. de juram. decisivo q. 52. Carpan. ad statutum Mediolanum cap. 115. n. 278. Urceol. de transact. q. 2. n. 91. q. 4. à n. 67. q. 7. n. 43. q. 10. n. 8. cum sequentib. q. 28. à n. 40. q. 47. à n. 36. q. 62. à n. 2. q. 70. à n. 93. q. 93. à n. 6. q. 94. à n. 4. q. 95. à n. 14. q. 96. à n. 17. q. 98. à n. 34.*

49 Ampliatur trigesimo, quod sicreditor, facta excussione in bonis debitoris mobilibus, vel immobilibus, vel se moventibus, nihil reperierit, agere possit ad nomina debitorum eorum, qui medio juramento litis decisorio confessi sunt, qui malitiose negat, & contra eos executio fiet, *Thom. sup. n. 2831. Caros. sup. q. 49. qui alios referunt.*

50 Ampliatur trigesimo primo, ut sententia prolata ex juramento voluntario non retractetur per instrumenta noviter reperta, ut de magis communitestantur *Jaz. in l. admonendi n. 3. ff. de jurejurand. Oddo de restitut. in integrum in initio q. 74. n. 21. cum seqq. Thom. sup. n. 2838. Urceol. de transact. q. 93. n. 8. & diximus in nostris decisionibus Portuens. decis. n. 1. ubi multos citavimus, nisi sit relatam vel à Judice in partis contumaciam Thom. Odd. & alij sup. Carpsov. de proces. juris tit. 11. art. 7. rem. 42. Ord. lib. 3. tit. 52. §. 3. ibi Barb.*

52 Ampliatur trigesimo secundo, ut negativa per juramentum decisorium probetur; *Thom. sup. à n. 2832. ubi varijs modis limitat.*

Ampliatur trigesimo tertio, ut juramentum delatum vel sit præstandum, vel referendum, ita ut, si ille, cui defertur, nollit jurare, debet referre; & si is, cui refertur, nolit jurare, Judex in eum quasi contententem sententiam ferret, à qua tamen appellare licet, quia posset eise justa recusatio propter probabilem ignorantiam, *ex l. 34. ff. de jurejurand. qualis est hæredis circa factum defuncti, ex l. qui in alterius ff. de reg. jur. Zoes. ad tit. ff. de jurejurand. n. 43. qui n. 53. docet, quod juramentum necessarium ipso facto rescinditur per nova instrumenta.*

Ampliatur trigesimo quarto, ut ex hoc juramento præstito tres actiones orientur, utilis ex contractu, in factum ex juramento, & in factum ex sententia *Harpetr. & Aretin. in §. item si quis Inst. de actionib. Caros. de juram. decisivo q. 18. n. 5. Thom. sup. n. 2838. Zoes. sup. n. 59.*

Ampliatur trigesimo quinto, quod si pupillus, sibi delato juramento, juraverit, non poterit postea deferens objicere inhabilitatem jurantis *Caros. de juram. decisivo q. 10. n. 4. & q. 13. Thom. sup. n. 2838. Berlich. 1. p. conclus. 34. à n. 30. cum seqq.*

Ampliatur trigesimo sexto, ut unius correorum, præsertim focii ejusdem societatis, aliis correis noceat, *Bursat. conf. 99. n. 11. Thom. sup. n. 2838.* daturque exceptio non solum ei, qui juravit, & ad quem ea res pertinet, hoc est, ad quem ejus litis, de qua juratum est, commodum, vel incommodum spectat, sed omnibus, quorum interest, principalem obligationem, & actionem esse sublatam; sive illi sint hæredes, & successores universales, sive particulares, sive singulares, *l. ait Prætor 7. cum leg. seq. ff. de jurejurand. Harpetr. in §. æquè si debitor 4. Inst. de except. n. 6. cui consequens est, exceptionem hanc prodesse quoque fideiussoribus, mandatoribus, & pecuniæ, constitutæ reis l. in duobus 28. §. 1. ff. de jurejurand. l. ultim. cod. de constituta pe*

60 ta pecunia, sed & patri de peculio, vel de in rem verio convento prodest juramentum filii, si filius juraverit se dare non oportere arg. l. acquirent 18. l. cum legibus seqq. ff. de pact. l. qui jurasse 26. §. 1. ff. de jurejurand. eodem modo juramentum prodest domino procuratoris, aut defensoris, si ii juraverint, se, vel dominum dare non oportere, arg. l. posteaquam 9. §. ultim. l. ultim. §. ultim. ff. eodem Harpetr. sup. dict. n. 6.

62 Limitatur primo, nisi Judex approbet juramentum, pars invicta, cui defertur, jurare non tenetur, Carpan. ad statutum Mediolanum cap. 160. n. 11. Ozasc. decis. 61. n. 9. Cravet. conf. 196. n. 2. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 2839. Menoch. de arbitr. cas. 190.

63 Limitatur secundo, non licere ei, qui ab initio juramentum detulens, supervenientibus probationibus, illud revocavit, iterum ad delationem juramenti convolare Thom. sup. n. 2840. Ozasc. dec. 97. n. 11. Caros. de jurament. decisivo, q. 10. §. q. 32.

64 Limitatur tertio, in hærede, cui à legatario, vel fideicommissario defertur juramentum, qui non potest deferenti referre Thom. n. 2841. Mend. in prax. 1. p. lib. 3. cap. 21.

65 Limitatur quarto, quod licet adultus curatore carens possit deferre juramentum, non tamen, si curatorem habeat, illud deferre potest, Thom. sup. n. 2845. Gutt. in Auth. Sacramenta puberum cod. si adversus venditionem num. 108. Mend. sup. 57. l. 1. §. 1. ff. quarum verum actio.

66 Limitatur quinto, quod post oblatum possit revocari per procuratorem generalem ex l. si quis judicum cod. de reb. cred. Thom. sup. 2845. Ozasc. dec. 8. n. 4. Thesaur. forens. lib. 1. q. 16. Caros. sup. q. 10. §. 11.

67 Limitatur sexto, quod non cogatur aliquis jurare, stante justa causa recusationis, Thom. de tutorib. tit. 34. c. 1. n. 2849. Caros. de juram. decisivo q. 2. n. 7. Zoz. ad tit. ff. de jurejurand. à n.

34. §. 35. prout quando ex præfenti statu subesset periculum per jurii, Thom. sup. Gratian. cap. 92. n. 37. vel quando factum alienum defertur ignorantia Thom. n. 2859. Cravet. conf. 203. Nata conf. 35. Roland. lib. 2. conf. 82. n. 25. Caros. de juram. decisivo q. 12.

Limitatur septimo, quando post sententiam defertur; Ruginel. practicar. cap. 9. n. 18. Thom. sup. n. 2860. Ric. collect. 858.

Limitatur octavo, quod nec peti, nec præstari per procuratorem possit sine speciali mandato Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 2862. Carpan. dict. c. 100. n. 4. Caros. q. 6. §. q. 13. Altimar. de nullitatib. rub. Berlich. practicar. conclus. 1. p. conclus. 34. per tot. à n. 1. usq. ad 30.

Limitatur nono, quod terminus ad deliberandum fit concedendus ei, cui defertur eum petenti; Carpan. dict. cap. 100. n. 26. Caros. de juram. decisivo q. 6. Thom. de tutorib. tit. 19. cap. 1. n. 2866. Mascard. concl. 958. n. 12. judicatum tradit Peg. forens. cap. 15. n. 126. pagina mihi 1035. column. 2. & citatus ad animam est spectandus usque ad primam audientiam, ut etiam judicatum tradit Peg. dict. n. 126. pag. 1034. column. 2. ex deliberatione, quam ibi refert.

Limitatur decimo, quod voluntarium, quod à parte parti defertur, non cogitur quis præstare Carpan. dict. cap. 100. n. 2. Thom. n. 2863.

Limitatur undecimo, quod hæres ejus, cui delatum fuit, jurare non possit; Menoch. de arbitr. q. 68. Thom. n. 2868. nisi hæres sit informatus, Caros. de juram. decisivo q. 6. §. q. 9. Thom. sup. n. 2869.

Limitatur duodecimo, quod recusari possit delatum in loco, ubi reus conveniri nequit; Caros. de juram. decisivo q. 23. Carpan. sup. n. 48. Thom. sup. n. 2873. l. tutor §. fin. ff. de jurejurand. & diximus in tract. de privileg. familiar. official. que Sanct. Inquisit. c. 18. n. 73. & in nostris decisionib. Portuensib. decis. 23.

- 77 vel coram Judice, quem recusat ad animam citatus, ut videre est in *dict. dec. 23.*
- 78 Limitatur decimotertio, quando recusatur ob rerum, vel personarum diversitatem, *l. jusjurandum §. ait Praetor ff. de jurejur. Menoch. de arbitr. cas. 189.* ubi exempla, puta, factum alienum; *ex l. Marcel. §. qui rerum ff. de in litem jurand., Caros. de juram. q. 12.*
- 79 vel circa factum prædecessoris, nisi informato, & scientiam ab eis habenti, qui facto interfuerunt, nec sufficere scientiam per famam; *Menoch. cas. 190.*
- 80 *Carpan. dict. cap. 100. n. 54.* vel circa factum proprium ultra decennium tractatum, quia præsumitur oblivio *Carpan. sup. n. 57. Thom. sup. n. 2877. & diximus tract. 1. lib. 1. cap. 9. à n. 51.*
- 81 Limitatur decimoquarto, quod non procedat nostra conclusio in principio posita, nisi concurrant sequentia requisita. Primum, quod res in dubio sit, nec veritas aliter haberi possit. Secundum, judicis approbatio. Tertium, præsentia partis. Quartum, quod à principali deferatur principali, non à procuratore, sine speciali mandato. Quintum, quod in termino probatorio deferatur. Sextum, quod tangantur Sacra Evangelia. Septimum, quod deferatur habenti certam notitiam. Octavum, quod deferens de calumnia juret. Nonum, quod sit delatum sine conditione, & involucro, de quibus *Ozasc. dec. 10. §. dec. 97. Francisc. Marcus dec. 687. latè Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 2928.*
- 82 Limitatur decimoquinto, quod jurare non teneatur, qui fori declinatoriam habet, ut diximus *sup. num. 75. Mascard. concl. 300. à n. 1. Caros. de juram. decis. q. 25. §. 34. Thom. sup. num. 2919.*
- 83 Limitatur decimosexto, quando probatio fieri non potest, nisi per instrumenta, ut apud nos in casibus, de quibus *Ord. lib. 3. tit. 29. §. 59.* quia tunc reus non tenetur jurare, nec referre, *Bald. in Anth. sed novo jure cod. si cer-*
- tum petatur n. 12. Caros. sup. q. 32. Thom. sup. cum aliis n. 2924.*
- Limitatur decimosextimo, quod reus non teneatur referre juramentum ei, qui in eadem causa, vel simili tuit perjurus; *Rip. in l. admonendi de jurejur. n. 56. §. Jazon. n. 117. Surd. conf. 68. n. 24.* nec ei, qui habet præsumptionem contra se; *Bursat. conf. 95. n. 10. §. 109. n. 10. Surd. conf. 135. n. 81.*
- Limitatur decimo octavo, quod non deferatur infami, qui nec jurare, nec referre potest, *Ric. collect. decis. 858. Mansin. de juram. p. 7. n. 5. Ord. lib. 3. tit. 525. §. 2.*
- Limitatur decimonono, quod juramentum decisivum retractetur confessione jurantis; *Caros. de jurament. decisiv. q. 10. glos. in l. qui jurasse ff. de jurejur. ibi Castr. n. 7. Alex. n. 2. Jazon. n. 8.*
- Limitatur vigesimo, in eo, qui per testes probavit, quia nec tenetur præstare, nec referre; *Ozasc. dec. 11. per tot. Boer. dec. 95. per tot. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2928. limitat. 77.*
- Limitatur vigesimo primo, quod non possit deferri, & referri per prodigum, *l. tutor §. prodigus ff. de jurejur. Mansin. de juram. p. 2. art. 5. n. 6.* nisi autoritate curatoris; *Thom. dict. tit. 19. n. 2928. limitat. 85.*
- Limitatur vigesimosecundo, in procuratore, & defensore, qui jurare compelli non potest, *ex l. jusjurandum §. pupillo ff. de jurejur. Mansin. dict. art. 5. n. 7. Thom. dict. n. 2928. limitat. 86.* idem dicentes de inhabili ad iudicium.
- Limitatur vigesimotertio, quando alio agente perjurium detegi potest, puta super re subjecta restitutioni; *Ozasc. dec. 11. n. 3. Fachin. lib. 1. contr. cap. 22. Thesaur. dec. 91.*
- Limitatur vigesimoquarto, quod à correo credendi non socio delatum, prout acceptilatio debitorem non liberet à correo, licet in focis secus sit, quia juramentum, & acceptilatio vim solutionis habet, quæ correo socio facta

Et ab omnibus liberat glos. in si unus cod. de pactis, Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2928. limitat. 107.

94 Limitatur vigesimoquinto, nam minor restituitur aduersus iuramentum delatum parti aduersæ, licet non restituatur à delato sibi per partem aduersam; Odd. de restit. in integ. q. 66. Thom. sup. tit. 19. limit. 106. Vide tract. 3. lib. 5. cap. 11.

95 Limitatur vigesimo sexto, nam unus ex hæredibus non defert iuramentum, & si deterat, recusari potest, ne, altero adueniente, perjurium detegatur; Caros. de juram. decisiv. q. 6. § q. 13. Thom. de tutorib. tit. 19. num. 1928. limit. 93.

96 Limitatur vigesimo septimo, quod ut nemine deserente iuramentum juranti, noceat, & non profit, nisi parti aduersæ, si iuramento uti velit; Mascard. de probat. q. 9. n. 60. Thom. sup. n. 2928. limit. 108.

97 Limitatur vigesimo octavo, ut in una causa præstitum, non extendatur ad aliam, nisi sint correlativæ Caros. de juram. decisiv. q. 1. § 16. Thom. sup. limit. 95.

98 Limitatur vigesimo nono, quod sententiam declaratoriam requirat iuramentum, non quo adjurantem, sed quo ad hæredes, quia ex hac finita confessione conveniri non possunt sine declaratoria; Barth. in l. manifeste de jurejurand. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2928.

99 Limitatur trigésimo, quod semel tantum juretur, nisi causa mutetur; Carpan. ad statutum Mediolanum cap. 100. Thom. sup. n. 2885.

100 Limitatur trigésimo primo, quod non possit deferri, nec referri, ubi exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non possit Menoch. conf. 47. n. 7. Carpan. dict. cap. 100. n. 4. Duëñ. reg. 261. Thom. n. 2870.

101 Limitatur trigésimo secundo, quod non teneatur jurare, nec referre, qui fundatam habet suam intentionem cap. 2. de probat. Socin. reg. 205. Ozasc. dec.

11. n. 3. Thom. dict. tit. 19. n. 281: ubi multos citat.

Limitatur trigésimo tertio in actione, quæ nequit intentari; l. si patronus de jurejur. Carpan. sup. n. 48. Thom. n. 2874. & in emptore actionem de evictione habente, qui nec deferre, nec referre cogi potest, ne sibi præjudicium fiat Bart. in dict. l. manifeste n. 6. Carpan. sup. n. 50. Thom. n. 2875.

Limitatur trigésimo quarto, quod iuramentum prolatum revocari valeat, vel per evidentiam facti, vel ex testamento noviter reperto; Caros. de juram. decisiv. q. 2. § 9. Thom. de tutorib. tit. 19. n. 2902

Limitatur trigésimo quinto, quod non deferatur in causis spiritualibus, & in matrimonio dissolvendo, licet detur pro ejus validitate, nec in causis magnis, inspecta qualitate personarum; Thom. sup. n. 2883. § 2884. Vide Berlich. 1. p. practic. conclus. conclus. 32. 33. § 34. per tot.

Limitatur trigésimo sexto, ut curator sine mandato minoris non possit deferre iuramentum Carpsov. in processu juris tit. 11. art. 1. n. 146.

Limitatur trigésimo septimo, in hærede, cui deferre non potest ex facto defuncti ex l. Marcel. 11. §. jurare autē ff. rerū amotarū, l. videamus 4. ff. de in litē jurādo l. 34. §. 3. ff. de jurejurando: liquidem hæres probabilem ignorantiam rerum à defuncto gestarum habere censetur,

l. generaliter 12. ff. de jurejurando l. qui in alterius 42. ff. de regulis juris, l. sisterialis 11. §. 1. ff. de actionib. empti, Carpsov. sup. art. 6. num. 3. 4 § 5. & sufficit quod hæres juret quod facti defuncti ignorantiam habet: quia ignorantia est ex numero rerum, quæ iuramento probantur Barth. in l. inter omnes 46. §. recte ff. de furtis, Gail. lib. 2. obs. 48. n. 24. Carpsov. sup. n. 21. bene tamen cogi potest hæres de credulitate jurare sua, & non aliena Carpsov. sup. siquidem in tenebris ambulamus quando explicanda est voluntas defuncti Carps. sup. n. 62. Castil. c. 4. n. 58. § 59. Menoch. conf. 195. n. 16.

CA-

CAPUT XI.

Tutor conventus actione tutelæ quando exceptione solutionis se defendere possit?

SUMMARIUM.

- 1 Per exceptionem solutionis factæ ab uno ex tutoribus alter liberatus, pupillum, seu minorem actione tutelæ agentes repellit.
- 2 Etiam quando per testes, per confessionem probatur adultum maiorem factum, vel minorem cum curatore recepisse decem ad complementum totius summæ, vel pro reſta, vel reſiduo.
- 3 Remiſſum ſe facit Author.
- 4 An ſolutio nuntio miſſo à tutore, vel curatore, vel ab ipſo adulto, facta, tutorem ſolventem liberet? Reſolvitur in ſequentibus.
- 5 Debitor mittens creditori rem debitam in ſpecie, per nuntium ipſius debitoris idoneum, & bonæ opinionis, liberatur, licet res creditori tradita non ſit.
- 6 Niſi debitor in ſe periculum caſus fortuiti ſuſcepit, vel nuntius ignotus, aut malæ famæ ſit.
- 7 Si expreſſè, vel tacite inter creditorem, & debitorem actum eſt, quod ipſe debitor creditori debitum, vel rem debitam tradat mittens debitor per nuntium quavis fidelem, non liberatur.
- 8 Secluſo etiam prædicto pacto quando debitum eſt in genere, vel quantitate mittens non liberatur, licet per nuntium fideliffimum mittat.
- 9 Quando res debita in ſpecie, per nuntium creditoris, mittitur, ad hunc effectum deſtinatum liberatur debitor.
- 10 Sed ſi mittat per nuntium creditoris ad hoc non deſtinatum, & tunc non liberatur, ſi res tradita non ſit.
- 11 Quando ſpeciei debitor, eam tradit nuntio ſoluto mitti, vel quando ei dictum fuit, quod petenti ejus nomine daret, liberatur.
- 12 Si debitor generis, ſeu quantitatis, illam tradat nuntio, non oſtenſo mandato, quanvis ſolutus ſit mitti, vel creator dixerat, ſolves illi, quæ meo nomine petierit, non liberatur.
- 13 Quando conventum eſt, ut afferenti tale ſignum ſolvatur, vel reſtradatur, per ſolutum ſic afferenti ſignum debitor liberatur.
- 14 Solvens Judicii aut apparitori per executionem, liberatur.
- 15 Creditor, cui ducenta debentur, centum ſibi deberi dicens, non præjudicat, niſi taxativa tantum unus ſit.
- 16 Creditor conſentiens debitori dicenti: ecce centum, quæ tibi debeo, & recipiens, ſibi non præjudicat.
- 17 Nuntio epistolam trahenti ſolvi nequit, niſi in ea declaretur, quod ipſi tradatur vel perſona ſit fide digna ſit.

Circa materiam propositam in hoc capite, vide quæ latè diximus tract. 2. lib. 8. cap. 6. per tot. & quo ad noſtrum intentum eam proſequendo, aſſeveramus, quod ſi ab uno ex tutoribus ſolutum ſit, actio tutelæ adverſus alterum amplius non datur, adeoque ſi conventus alter præſtitiffet aliquid, tunc id, quod præſtitit, proficiet etiam ei, qui conventus non eſt, adeoque obſtat agenti exceptio ſolutionis ex l. ſi ex duobus 15. ff. tutel. action. diſtrah. licet enim ambo rei ſint, ſufficit unum ſatiſfacere; quoniam nihil amplius pupillo abeſt: ſi quid ergo amplius peteret, de præda magis, quàm de damno ſolicitus eſſet; l. ſi minor 25. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 95. etiam ſi vel per confessionem, vel per testes probetur adultum maiorem factum, vel minorem cum curatore recepisse decem ad complementum totius summæ, vel pro reſta, vel reſiduo, ut

ut ex multis probavimus *sup. cap. 6. n. 55.* & probat cum aliis *Cancer. 2. var. cap. 6. n. 5.* cum multis *Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 5. q. 47. n. 442.* ubi à n. 247. usq. ad 605. omnia tradit, ex quibus solutio probatur.

3 Ferè omnia, quæ hic dicenda offerebantur, jam tradita sunt *tract. 2. lib. 8. cap. 6.* & *tract. 3. lib. 6. cap. 22. per tot.* & in nostris *Portuensib. decisionib. q. 17.* & 18. à n. 446. ubi vide, & apud *Cancer. 2. var. cap. 6. per tot.* & *Escob. de ratioc. cap. 37. per tot.* sed, quia sæpè contingit, ut quis non solvat ipsi creditori, sed nuntio ab eo missio, videndum est, an tutor liberetur, probando solvisse debitum nuntio missio à tutore, seu curatore, vel ab ipso adulto, maiori jam factio? Quod dubium solvimus per sequentes conclusiones collectas ab *Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. 2. p. q. 21. à n. 306. usq. ad n. 382.* & p. 5. q. 47. à n. 248.

5 Prima est, quando debitor misit creditori rem debitam in specie, ut depositam, commodatam, vel pignori datam, per nuntium ipsius debitoris idoneum, & bonæ opinionis, liberatur debitor, si res quocunque modo creditori non sit tradita *ex l. argentum ff. commodati, l. apud S. fin. ff. præscriptis verbis,* nisi debitor in se susceperit periculum casus fortuiti *ex l. si is, cui, cod. de furtis,* vel nisi nuntius sit ignotus, aut malæ famæ; *Sous. in S. actionum 28. Inst. de act. n. 66. Escob. de ratioc. cap. 19. à n. 50. Ansald. de comerc. discurs. 24. n. 18.* & *lib. 6. cap. 8. n. 67. latè Farinac. de furt. q. 168. à n. 117. cum plurib. sequentib.*

7 Secunda est, quando expressè, vel tacitè inter creditorem, & debitorem actum est, quod ipse debitor traderet creditori debitum, vel in quantitate, vel in specie consistens, & tunc debitor minimè liberatur, mittendo per nuntium quantumcunque fidelem; *glos. in l. si idoneum ff. comodat. Sous. sup. n. 67.*

8 Tertia est, quando nihil inter eos

actum est, & debitum consistebat in genere, vel quantitate, & tunc similiter debitor non liberatur, etiam mittendo per nuntium fidelissimum *Bart. in l. ex procurat. ff. de condition. causa data Sous. in S. actionum, Inst. de actionib. n. 68.* & nos *lib. 6. cap. 8. à n. 67.*

9 Quarta est, quando res debita in specie mittitur per nuntium creditoris ad hunc effectum destinatum, & tunc liberatur debitor; *ex l. si mea causa ff. commodat. Sousa sup. cum Bart. & aliis n. 69. Ansald. de comerc. discurs. 24. n. 18.*

10 Quinta est, quando missio debiti sit per nuntium creditoris ad hoc non destinatum, & tunc non liberatur debitor, si res non sit tradita; *Barth. in l. si procuratori falso 14. ff. de conditione causa data, Sousa sup. n. 69.* & 70.

11 Sexta est, quando debitor speciei eam tradit nuntio solito mitti, vel dictum fuit sibi, quod petenti ejus nomine daret, liberatur, *Bart. in l. cum fundus S. servum tuum ff. si certum petatur, Sous. n. 71. Olea de ces. jur. & act. tit. 5. q. 9. à n. 14.*

12 Septima est, quando debitor generis, seu quantitatis illam tradit nuntio, non ostenso mandato, quanvis solutus sit mitti, vel creditor dixisset, solves illi, qui meo nomine petierit; quia tunc non liberatur; *glos. in l. si quis uxorem ff. de furtis, Sous. sup. n. 72. Luc. de credit. discurs. 68. à n. 26.*

13 Octava est, quando conventum est, quod afferenti certum signum solvatur pecunia, vel tradatur res: quia tunc solvendo, vel tradendo ei, qui signum affert, liberatur, ut ex multis probat *Sous. n. 73. Cancer. 1. var. cap. 22. à n. 24.*

14 Nona, solvens Judici, aut apparitori, liberatur *Cancer. 2. var. cap. 6. n. 216. Fab. in cod. lib. 1. tit. 29. def. n. 48. dummodo sint in executione, Ansald. dict. n. 18.*

15 Creditor, cui debentur ducenta, si dixerit deberi sibi centum, non sibi præjudicat, nisi usus fuisset taxativa

tantum;

- 16 *tantum. Barbof. in l. si cum dotem n. 2. ff. solut. Cancer. 2. var. cap. 6. n. 37. ubi etiam subdit, quod, si debitor dixit creditori: ecce centum, quæ tibi debeo; & creditor illa accepit, non ex hoc reus habeat intentionem suam fundatam, quod non nisi centū illi debeat; de Luca in prax. judicial. cap. 27. n. 8. Escob. de ratiociniis cap. 41. n. fin. Heef. de rationib. reddend. loco 12. à n. 39. usq. ad n. 87. de questionib. à n. 5. usq. ad 14.*
- 17 *ubi n. 50. docet, quod non potest solvi nuntio trahenti epistulam, nisi in ea declaretur, quod ipsi tradatur, vel sit persona fidedigna.*

CAPUT XII.

Tutor conventus actione tutelæ, quando exceptione novationis se defendere queat?

SUMMARIUM.

- 1 *Tutelæ actio cessat, si novatio facta sit cum per novationem prior obligatio tollitur.*
- 2 *Quid si pupillus sine tutoris auctoritate rem salvam fore animo novandi stipulatus sit? Si pubes factus ratum non habeat, actio tutelæ non tollitur.*
- 3 *Pupillus absque tutore debitorem suum liberare nequit, nec obligationem remittere; obligationem tamen querere potest.*
- 4 *Unde tam actionem tutelæ, quam ex stipulatu minor habet, sed tutor non aliter condemnari potest in actione tutelæ, quam si ex stipulatu liberatio fiat.*
- 5 *Si tamen pupillus pubes factus stipulationem habuerit novandi cau-*

sa, actio tutelæ tollitur.

- 6 *Impubes pubes factus ratificare potest id, quod intra impubertatem fecit, ut efficax fiat.*

Tutelæ actio ampliùs locum non habet, si stipulatio rem pupilli salvam fore novandæ actionis causa fuerit interposita *arg. l. 9. in princip. ff. de novationib.* ita ut obftet exceptio novationis, de qua latè agimus *tract. 2. lib. 8. cap. 9. per tot. & ad intentum n. 10. ratio est; quia novatio priorem obligationem tollit, & in aliam transfundit l. 1. ff. de novationib. & nos dict. cap. 9. Manz. de tutel. 2. p. 3. tit. n. 99. latissimè Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 4. q. 40. n. 1. ubi à n. 1. usq. ad n. 127. integram materiam novationis habes.*

Quid, si autem pupillus sine tutoris auctoritate rem salvam fore stipulatus sit animo novandi? Ad hoc respondet *Ulpian. in l. 9. ff. de novationib.* quod si pubes factus non habuerit ratum, non tollit actionem, quia pupillus absque tutoris auctoritate non potest debitorem suum liberare, vel obligationem remittere, sed benè obligationem querere. Itaque in hoc casu habet actionem tutelæ, & actionem ex stipulatu; sed quia utraque ad eundem finem tendit, bis idem præstari non debet, ideò Judex tutorem in actione tutelæ non aliter condemnare debet, quàm si ex stipulatu liberatio fiat; *dicta leg. 9.* si autem pupillus pubes factus ratam stipulationem habuerit novandi causa, tollitur tutelæ actio *dict. l.* quia impubes factus ratificare potest id, quod intra impubertatem gessit ad hoc, ut suam efficaciam habeat; *Manz. dict. tit. 3. n. 100.*

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

An tutor conventus actione tutelæ possit desiderare, quod pro gestis ab institoribus, & factoribus ab eo destinatis contra eum non agatur, sed contra prædictos lis agitur?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor, curator, socius, vel quicumque alius administrator institores, factoresque proponens, pro eis rationem reddere tenetur, & n. 4.
- 2 Proponens, seu deputans institores, exercitores, seu factores pro contractibus, & gestis nomine proponentis, tenetur, & conveniri potest.
- 3 De dolo, & culpa ipsorum etiam tenetur.
- 5 Per communem factorem societas administrata fuit, ipse socius rationem reddere obligatus est.
- 6 Tutor, vel curator se defendere nequit petendo, quod à factoribus, & institoribus ratio petatur, sed aliquando hæc petere potest, ut ibid. explicatur.
- 7 Sed nunquam à reddenda ratione pro eo liberatur, nisi cum pecuniis pupillaribus aufugerit, de istis namque non est onerandus tutor.
- 8 Pupillus tamen, seu adultus, aut alius administrationis dominus ipsos factores, & institores ad rationem reddendam sibi cogere possunt. Vide infra n. 30.
- 9 Ille etiam, qui eos deputavit, eos cogere potest ut sibi rationes reddant.
- 10 Quando socius tacite, vel expresse ex consensu omnium sociorum factorem deputavit, ad nihil tenetur.
- 11 Etiam si ex suasionibus unius ex sociis deputatus sit.
- 12 Et quilibet ex sociis potest à factore petere rationes administrationis, & si partem suam consecutus fuit, & factor aliis solvendus non sit, socius ille partem suam consecutam aliis communicare tenetur: sed socius non proponens, non tenetur stare libris factoris ab alio propositi.
- 13 Actus à tutore gestus res pupilli respiciens tutorio nomine intelligitur: declaratur n. 22.
- 14 Limitatur quando geritur post officium tutoris depositum.
- 15 Quod sublimitatur, vel quando dolus tutoris intervenit, vel quando novatio fit.
- 16 Si plures administrationes diverse uni commissæ sint, utriusque rationem committenti rationem reddere debet.
- 17 Committensque utriusque administrationis rationem, accipere tenetur.
- 18 Si separate, & diverse sint administrationes, ratio utriusque separatim, & non conjunctim reddi debet.
- 19 Nisi ex mente contrahentium tacita, vel expressa diverse administrationis tantum unica, & in individuo commissæ sit; cum separate, & dividuæ ex mente contrahentium res individua fieri possit.
- 20 Administrationes connexæ, & correlative individua etiam in dubio judicantur.
- 21 Finita tutela, tutor de eo, quod tutorio nomine gessit, & contraxit, non tenetur.
- 22 Quod declaratur.
- 23 Iterum declaratur.
- 24 Quemadmodum mandans actione directa

- directa agere potest, licet tanquam tutor mandet circa rem pupilli, ita etiam conveniri potest actione contraria mandati; & que actio in hoc casu competat, pupillo declaratur.
- 25 Si nomine proprio tutor contraxit, etiam finita tutela tenetur.
- 26 Si duo negotia inter se diversa mandata sunt, mandatarius pro utroque in diverso libello, invito reo, agere potest.
- 27 Non ita quando una summa in contractu deprehenditur, quia separatim invito debitore in diversis libellis peti nequit separatim pars: quando autem unum tantum negotium commissum esse dicatur, hic declaratur.
- 28 Quicumque administrator dominum administrationis cogere potest, ut rationes accipiat.
- 29 Mandatarius factor, commissarius, aut institor rationem reddere non tenetur, nisi eum deputanti, neque ab alio cogi potest, nec alium cogere ad recipiendum, per rationes, de quibus ibi.
- 30 Neque dominus administrationis agere potest contra administratores à principali, sine ejus mandato.
- 31 Ubi administrator quilibet sine consensu domini administrationis administratores subalternos constituit, per eos administrare præsumitur.
- 32 Administratio personalissima est, ideo alii committi periculo domini nequit, sed periculo committentis.
- 33 Inter matrem, & filium bona diversa sunt, duplex patrimonium est, & duplex administratio, ac per consequens duplex reddendarum rationum molestia est.
- 34 Quando bona plurium indivisa administrantur, una sola administratio, unaque obligatio reddendæ rationis est: secus si bona jam divisa sint.
- 35 Tutor trium pupillorum bona indivisa habentium ab altera tutela non excusatur; secus si bona divisa, & separata patrimonialia sint.
- 36 Ex diversitate patrimoniorum creditores unius, alterius esse non possunt; totque sunt merces, tot societates sunt.
- 37 Compensatio debiti unius patrimonii, cum debito alterius non admittitur, licet ab eodem homine administraretur.
- 38 In dubio natura rei mutata non præsumitur, & quando ex mente contrahentium res dividua individua fiat.
- 39 Suscipiens onus probandi, probare tenetur.
- 40 Qui ad iudicium provocat, probare tenetur.
- 41 Nisi intentionem suam fundatam in jure habeat, quo casu onus probandi in adversarium transfertur.
- 42 Verba mentem explicant.
- 43 Cum introitus sunt diversi, & separati respectu alteriusutrius patrimonii, exitus quoque separati esse debent.
- 44 Scientia, & ignorantia præsumptionibus probatur.
- 45 Quando introitus, & exitus connexi, & correspondivi individui inter se dicantur, explicatur.
- 46 Non tantum tenetur tutor reddere rationem per factores à se propositos sine mandato, quam cum facultate generali.
- 47 Sive tacite, sive expresse eos proponat, sive eos idoneos crediderit, sive non.
- 48 Fideijussor tutoris, curatoris, seu administratoris non tenetur pro institoribus, seu factoribus ab ipsis substitutis.
- 49 Liber institorum, & factorum plenè probat contra dominum proponentem, si requisita concurrant, de quibus ibi.
- 50 Scripta in pure de institoribus, ad quoscunque alios administratores trahantur.

Regula est in materia, quod tutor, curator, focius, live quicumque alius administrator, qui institores, factoresque proposuit, teneatur pro eis rationem reddere, ut diximus *lib. 1. cap. 2. n. 31. § tract. 1. lib. 4. cap. 10. à n. 85.* ubi multa jura, multoque citavimus *DD. §. eodem ratione Inst. quod cum eo, ibi Harpet. n. 12. l. si cum vilico 16. l. institor 18. ff. de institoria action. ex regula altera satis nota, quæ asserit, quod proponens, seu deputans institores, exercitores, & factores, teneatur, & conveniri possit pro contractibus, & gestis nomine proponentis, ex l. 1. ff. de institoria actione, & quo ad tutores, curatores deponentes, seu deputantes, probat in specie *tx. in l. cuicumque §. fin. l. sed § in ipsum 6. ff. de institoria actione, Zoz. ad dict. tit. n. 1. § 2. & quoad focios deponentes, seu deputantes, tx. in l. 1. l. 2. ff. de exercit. act. l. habeat 13. cum seq. ff. de institor. act. Felic. de societ. cap. 30. n. 15. Arouc. alleg. 79. per tot. & de dolo, & culpa ipsorum deputantes, & proponentes teneantur, ex *tx. rotundo in l. de illo 23. §. 1. ff. de dolo, Faber. in suo cod. lib. 4. tit. 27. pro socio defn. 2. l. nam § servus §. fin. l. si quis mandaverit 18. ff. de negot. gestis, l. si procurator. 8. §. si quis mandaverit ff. mandati, Arouc. allegat. 79. n. 2. Escob. de ratioc. cap. 19. à n. 50. l. cum mandato ff. de minoribus; & quod teneatur reddere rationem ille, qui deputavit factorem, seu institorem, tradit *Felic. de societate cap. 37. num. 8. § 9. ex l. filie intestato 88. § ibi glos. ff. de solut. Alex. lib. 1. conf. 47. & si per communem factorem societas administrata fuit, imple fociis rationem reddere obligatus erit, Felic. dict. cap. 37. n. 9. Thom. tit. 34. n. 124. Altimar. de nullitat. contract. rub. 1. p. 2. q. 25. n. 353. § lib. 5. cap. 5. à n. 12. dicemus.****

Ex quibus rectè sequitur, quod tutor, vel curator non potest se defendere petendo, quod à factoribus, & institutoribus ratio petatur, nisi simus in

tutore, vel curatore, qui de jure potuisset eligere factorem pro expediendis negotiis administrationi rerum pupillarum concernentibus, si elegit illum, cujus operâ pater usus fuit, vel de consilio propinquorum pupilli, vel eum, qui communiter pro diligentissimo, & fidelissimo reputatus erat; *Escob. de ratioc. cap. 19. n. 50. § 51. Damhouder. in patroc. pupillar. tit. de tutor. merced. n. 49.* quia licet in isto casu non liberetur à reddenda ratione pro eo, *l. ita autem §. gessisset, l. tres tutores §. non solum ff. de administrat. tutor. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 124.* si tamen aufugerit cum pecuniis pupillaribus, de ipsis pecuniis non est onerandus tutor, seu curator; quia inter casus fortuitos numeratur; *Escob. dict. cap. 19. à n. 51. cum seqq.* ubi multos citat *Altimar. de nullitat. contract. q. 31. à num. 57. § ad conf. 44. Rov. lib. 2. Roccus de mandatis, § complementariis notabil. 5. à n. 8.*

Sed advertendum est, quod licet tutor, seu curator, non possit se defendere, petendo, ut à factoribus, seu institutoribus ab ipsis designatis rationes petantur, nec possit pupillus, seu adultus ad id cogi, tamen, si voluerit benè poterit pupillus, seu pubes, aut alius administrationis dominus cogere ipsos factores, & institores, quod sibi rationes reddant; *Escob. de ratioc. cap. 3. n. 4. § cap. 4. n. 16.* ubi etiam tradit, quod etiam ille, qui eum deputavit, potest eum cogere, quod sibi rationes reddat, *Thom. dict. n. 124. § leges allegat & supra n. 7. Luc. de regalib. discurs. 86. in fin.* ubi quod ex hoc videtur in principales cognoscere, *Escob. cap. 4. n. 16. § cap. 39. n. 16.* cum infinitis *Sabel. in summa tractatum §. institor, § §. libri.*

Præterea sciendum est, quod licet focius, qui factorem, seu institorem deputavit, teneatur de culpa ipsius institoris, seu factoris, & pro eo rationem reddere, hoc tamen non procedit, quando tacitè, vel expressè ex

consensu omnium sociorum deputatus fuit, *tx. expressus in l. planè siambo 24. ff. pro socio ibi: Communem enim periculum esse oportet, cum ambo eum proponamus. Felic. de societ. cap. 3. à n. 15. Rot. Genuensis dec. 14. n. 5. § 6. Riminald. Junior lib. 2. cons. 331. optimè Arouc. alleg. 79. n. 1. § n. 11. etiam si ex suasionibus unius ex sociis institor, vel factor sit deputatus; Arouc. alleg. 74. per tot. l. ob carmen 20. ff. de his, qui notantur infamia, Mant. de tacitis lib. 7. tit. 3. n. 17. l. 1. § Pomponius ff. depositi l. si vero §. cum quidam ff. mandati, l. fin. cod. quod cum eo, Arouc. cum multis sup. n. 5. dict. alleg. 74. & quilibet ex sociis potest ei petere rationem administrationis, & si unus ex sociis agit contra factorem, seu institorem, & suam partem consecutus fuit, & aliter non possit suam partem consequi; quia factor non est solvendo propter æquitatem, quæ inter socios servanda est, socius partem exactam cõmunicare erit obligatus, Felic. de societ. cap. 37. num. 10. Uald. de fratrib. p. 12. à n. 1. l. verum 63. §. si juratus, l. actione 65. §. si communis ff. pro socio. Vide lib. 5. c. 5. à n. 12. cum seqq. § cap. 8. à n. 35. cum seqq. § lib. 7. cap. 6. § c. 9. per tot. Anald. discurs. 80. n. 8. ubi quod socius non præponens non tenetur stare libris factoris ab alio præpositi.*

Et in facti contingentia sequentem casum habuit Senatus inter Illustrissimam Comitissam de Coculim, & Emmanuelem Jorgeum, Notario Henrique Soario Ribeiro, ubi sequentes deliberationes factæ fuerunt.

- 13 Actus à tutore gestus, res pupilli respiciens, tutorio nomine gestus intelligitur *Valensuel. cons. 154. n. 8. Thom. Grammatic. dec. 103. n. 102. ad versic. tamen licet aliàs dicatur*; mandata igitur administratio res pupilli Comitissæ reo commissa tutorio nomine præsumitur, ac per consequens cum tutricis officium sit depositum, res hæc Augustissimam actricem amplius tãge-

re non valet; cum sit certum, quod ex actu, vel contractu facto tutorio nomine, deposito officio, minimè tutores tenentur, ut juribus expressis pluribus Doctoribus probat Patronus, & ultra eos est *Zoezius commentor. jur. civilis lib. 26. de gestor. tit. 9. n. 2. ex vers. non autem contra tutorem, Boer. dec. 273. n. 5. ad versic. sed secus dicit esse in tutore, Augustin. Barbof. ad text. in l. 1. n. 2. cod. quando ex factis tutores*, resque cum sodalibus sæpè deliberavimus.

Quid ergo est, quod reus intendit cum reddendis rationibus rerum actrici pertinentiũ miscere aliam, quæ propter finitum tutoris officium, illi ipsi pertinere non potest. Scimus præfactam regulam limitari, vel propter tutoris dolum, tunc enim etiam post depositum officium tutor tenetur, quin in pupillum actio post pubertatem transferatur *extext. elegant in l. Julian. 13. §. sed cum in facto proponantur, ibi: ad versiculum, quia nec transfertur ff. act. empti, consonant, & explicant l. dolus 3. l. § sit extrinsecus 4. ff. quando ex fact. tutor. vel quando, & si dolus tutoris non detur, novatio tamen contrahitur extext. expres. in l. post mortem 5. ad versic. si modo nullam ff. prox. relato tit. totum docet Acursius ad text. in l. 1. verbo convincendos, cod. quando ex facto tutor. Verum enim verò, & novatio, & dolus evidenter excluditur per instrumentum ex fol. 17. cum seqq. quo actrix Illustrissima, & suæ liberationi cavit, & ei securitati perspexit; cum igitur non simus in exceptionibus, standum est regulæ, secundum quam actrix teneri non valet ex mandata administratione tutorio nomine post finitum tutricis officium, sicque redditio rationum administrationis hujus, tanquam impertinens respectu actricis miscenda non est cum redditione rationũ contemplativa rerum actrici attinentium. Ita placet laudata sententia, Ulyssipone 23. Januarij 1706. Noronha.*

16 Actrix præclarissima non solum suorum, sed etiam filii generosissimi bonorum administrationem reo commisit, eique mandavit utrorumque reddituum exactionem, & ideò reus illi tenetur utrorumque rationes reddere *Merlin. dec. 473. n. 9. Bich. dec. 135. n. 2. Jovius in tract. de solemn. in contract. minor. glos. 19. §. 3. n. 117. Luc. de regalib. dec. 86. n. 9.* adeò, ut bonorum filii administrationis rationem actrici tantum, non vero filio per reum reddendam esse affirmat *Scobar de ratioc. p. 4. n. 16. §. cap. 39. n. 16. Luc. dict. num. 9.*

17 unde etiam reus actricem adstringere potest, ut utrorumque ratione ab eo accipiat, *Salgad. in labyrinth. p. 3. cap. 7. n. 36. §. 37.*

18 Dubium tamen hujus processus in eo consistit, an scilicet separatim, & distinctè rationes sint accipiendæ, an verò commixtim, quin patrimonium matris respicientes separentur ab eis, quæ respiciunt bona filii? Et ego censebam potius conjunctim, & non separatim rationes omnium bonorum esse accipiendas, quanvis enim diversa sint patrimonia, unum actricis, & alterum filij, ideòque separatim rationes accipiendas esse videretur, cum separatæ administrationes commissæ, & gestæ per reum censeantur, ex traditis per *Salgad. in labyrinth. 1. cap. 9. à n. 48. cum seqq. & aliis in locis citatis per Luc. in tract. de plurit. hominis legal. cap. 7. à n. 4. §. cap. 8.*

19 Si tamen ex mente contrahentium unicam tantum, & individua administrationem reo commissam esse existimo; neque novum in jure est quod ea, quæ sunt separatæ, & dividuæ, fiant ex mente contrahentium individua, ut ex *Barth. & aliis tradit Bolon. de jure accrescendi cap. 6. q. 33. n. 10. & quod hoc passim dicitur à nostris Cyriac. contr. 181. à n. 41. §. contr. 501. à n. 102. Gratian. cap. 162. à n. 26. §. cap. 587. n. 14. §. 529. n. 20. §. cap. 752. n. 68. Passion. de locat. cap. 14. §. 7. n. 35. §. cap. 25. n. 7. & sufficit mens conje-*

curata Bursat. lib. 2. n. 176. n. 32. Polidor. Ripa in tract. de dividuis, §. dividuis. q. 2. num. 68. §. 69. ubi plures; & hoc procedit sive talis fuerit intentio utriusque contrahentis, sive alterius tantum, cum aliis Gratian. dict. cap. 529. à n. 20. usq. 23. §. cap. 968. n. 24. §. cap. 529. n. 17. quod negotium dicitur individuum, quando ratio unius non possit rectè adæquari sine revisione, & adæquatione alterius; & etiam est individuum, quando aliter quis non esset contracturus Cyriac. contr. 181. n. 42. vel quando verosimile est talem fuisse mentem contrahentium Passion. 1. cap. 25. n. 10. Decian. lib. 9. respons. 1. n. 4.

Planè actrix nulla facta separatione, reo commisit administrationem bonorum, rectè constat illum scire quænam actricis, & quænam filij essent, & ex redditibus utrorumque expensas secundum jussa actricis erogavit. Insuper neutiquam constat actricem reo mandasse separationem reddituum, ita ut certas expensas non faceret, nisi ex redditibus suis, certas verò ex redditibus filii, sed ex universa ea summa amborum patrimoniorum sumptus facere jussit.

Præterea minimè verosimile, & credibile est reum voluisse suscipere administrationem, & obsequi voluntati actricis circa expensas erga filium faciendas, si tantum è redditibus ad filium pertinentibus fieri deberent, & nequaquam esse maternis, maximè, quia actrix potius scire tenebatur expensas, quas jubebat fieri cum filio, excedere redditus ejus bonorum, & cum ipsa reo mandaret, quod eas impenderet, censetur ex redditibus ipsius actricis fieri voluisse, non verò quod reus servatis prædictis actricis redditibus, & fructibus filii ex proprio patrimonio ipsiusmet rei tam ingentes summas suppleret, neque verosimile videtur actricem velle, quod reus filio in mutuum daret, quod ipsa cum facile posset, & haberet, recusaret.

De-

- 20 Deinde licet illæ administrationes essent separatæ, tamen cum inter se sint connexæ, & correlative, eo quod ex redditibus utriusque sumptus facti sunt, & aliter expediri non possunt, hoc satis est, ut individua, *Cyriac. dict. contr. 591. 93. Bardalon. conf. 45. à n. 40.* & in dubio ita est judicandum *Bursat. conf. 540. à n. 7.* Ex his moveor ut Judicem administrationem reo committam, quanvis respiceret diversa patrimonialia, matris scilicet, & filii, esse individua, & rationes utriusque non separatim, sed conjunctim præstandas, & accipiendas esse, prout reus contendit. Neque bona fides patitur, quod bis idem exigatur, nempe quod reus solvat modo actrici, quæ jam solvit, & impendit ex mandato ipsius actricis.
- 21 Neque abest quod tutrix, finita tutela, non tenetur de eo, quod tutorio nomine gessit, & contraxit, ut præter citatos *Heesser in tract. de rationib. reddend. loco 2. à n. 105. Berlich. dec. 252. à n. 20. Merlin. dec. 202. n. 5. Scopa ad Grat. dec. 182. à n. 5.* & alii, ac perinde videtur, quod actrix non teneatur ex mandato, & administratione commissa reo, neque sit cogenda rationes conjunctim accipere.
- 22 Non enim constat, servatis juris solemnibus, actricem se in administratione bonorum filii introisse, quo casu non dicitur tutorio nomine administrationem commisisse *Bersan. de viduis q. 38. n. 13. § q. 39. n. 25.* Et quanvis juris solennitatibus servatis id fuisset, at tamen cum administratio per eam esset reo commissa, & non appareat tutorio nomine id factum fuisse, potius proprio nomine, quam tutorio commissam esse intelligitur, ex his, quæ cum aliis *Altimar. de nullitatib. tom. 4. reg. 1. p. 2. q. 25. n. 315. § 346.* maxime cum ageretur de administratione reddituum, qui pariter ad actricem, & filium poterant pertinere, quo casu etiam finita tutela tenetur *Berlich. dec. 13. n. 7. § 8. Heesser dict. loc. 2. n. 121. § 124.* ubi alios refert idem *Berlich. dec.*
14. n. 4. ex his igitur judicatum non placeat, & circa gravamen in actu processus conferam. Ulyssipone 10. Febr. anno Domini 1706. *Sardinha.*
- Illustrissima Actrix cum tutrix esset filii, negotia illius, suaque simul reo curanda mandavit: quare quemadmodum reus ipse tenetur actione mandati directa ad reddendas rationes, ita vicissim illa tenetur reo contraria, non solum quoad propria negotia, de quo nemo sanæ mentis dubitat *ex l. si mandavero 22. §. fin. l. idemque 10. §. idem Labeo ff. mandati,* sed etiam quoad filii negotia, ut in strictiori casu probat meo videri *text. expressus in l. si procuratorem 8. §. situtores 3. ff. mandati,* & ibi *Faber in rationali,* qui eleganter declarat illius textus sensum, nec non *Bald. ibidem;* mandatum nanque contractum inter tutorem, & testium etiam circa pupilli negotium, parit actionem mandati inter eos, non tamen inter pupillum, & mandatarium tutoris, sed solum actio tutelæ competit pupillo adversus mandatarium, si fortè ipse contutor esset cum tutore mandante, ut probat idem textus; non enim pupillus mandavit, sed tutor, & ideo actio mandati directa competit solum tutori, & non pupillo, contraria verò non contra pupillum, sed contra tutorem mandantem, ut explicat *Faber ibidem,* & *in §. 2. ejusdem leg. si procuratorem 8. ff. mandati.*
- Quo supposito, nihil refert an tutela finita sit, nec ne? Nam cum contraria actio mandati constitisset contra personam Illustrissimæ actricis, & non filii, non potest ab illa liberari, nisi modis, quibus dissolvuntur obligationes. Quod autem in contrarium opponitur per primum sapientissimum dominum procedere necessariò debet, quando ex negotio gesto per tutorem pupilli nomine, non tutor, sed pupillus obligatus manet, tunc enim finita tutela, conveniri non potest tutor, non tanquam administrator, quia jam talis non est, non nomine proprio,
- quia

quia nunquam fuit obligatus.

Illud tamen maiorem difficultatem habet: an scilicet Illustrissima aëtrix, ex eo, quod unico mandato sua, & filii negotia reo commisit, teneatur uno, & eodem libello reum convenire aëtrione mandati directæ pro reddendis rationibus tam sui, quàm filii patrimonij? An verò in separato libello possit, invito reo, eum convenire pro reddendis rationibus sui tantum patrimonij? Et videtur dicendum uti posse separatis libellis, ex eo enim, quod duæ res separatæ comprehensæ fuerunt in mandato simul, duplex censetur mandatum, *argum. text. in l. scire debemus 19. ff. de verbor. & in commodat. probat text. in l. in commodato 17. ff. commodat. §. duobus rebus, & in eodem mandat. text. in l. fin. §. 1. ff. de procuratorib.* & idè pro qualibet re uti poterat separato libello, vel unam petere, aliam non, prout sibi libuisset, etiam reluctante reo, ut probat expressè *d. l. in commodato 17. §. duobus rebus ff. commodat. & ibi Barth. & in d. l. scire debemus, Paul. de Castr. in l. quidem existimaverunt 21. n. 10. ff. si certum petatur*; quanvis aliud sit, quando una summa in contractu comprehenditur, non enim invito debitore potest pars separatim, ut notant DD. *in d. l. quidem existimaverunt*; quod autem hic diversæ res mandatæ fuissent, patet evidenter; mandata nanque fuerunt gerenda negotia matris, & negotia filij.

Sed non ita in est præsentem, non enim ita distinctè, & separatim reo commissa utraque gerenda negotia, ut apparet quod, & quantum, aut quale esset patrimonium utriusque, ut asseret reus, & non inficiatur Illustrissima aëtrix, sed confusè, & in involucro: malè ergo poterat reus separatim administrare. Neque contrarium evincunt testes aëtricis, dum asserunt illam quando à reo in scriptis aliquid expedire jubebat, mandare solebat, ut expressa fieret nomine filij, si ad eum spectabat, vel no-

mine suo, si ad eam attinebat: hoc enim tantum effecit, ut reus ad hanc specificationem teneretur, ut clariores redderentur rationes per aëtricem filio suo, non verò ut reus de utroque patrimonio separatim rationes redderet, nam aëtrici notum erat patrimonium suum, & filij, non verò reo, recordari viro quantum pro se, quantum pro filij expendi jubebat, non erat facile, nisi in scriptis reo comitaretur; quare præcedenti sapienti domino adhæreo. Ulyssipone 6. Martij anno 1706. *Galvao.*

In aureis deliberationibus præcedentium dominorum docto, subtilique calamo optimè perlustratis, quot verba reperuntur scripta, tot flores oblectantur sparsi ex jurisprudentiæ viridario studiosè decerpti: inexcusabilis mei muneris imperio compulsus, quod censeam invitus, in medium proferre teneor.

Doctissimus primus dominus, ac amantissimus Collega in confirmationem sententiæ deliberando omnia, quæ in exoneratione illius considerari potuissent, maximè, egregièque cumularaverit.

Peritissimi patres, ac collendissimi sodales 2. & 3. loco resolventes omnia, quæ sententiæ refragantur acutissimo, invidiosoque calamo tradiderunt. Quid ergo proferat? Sive in confirmationem, sive in revocationem deliberem, quod vepres non sit ex sparsis, & collectis non confinatum fasciculum, sed impositum offeram ramusculum omninò diversum, & separatum tam à 1. quàm à 2. & 3. domino.

Nam inspecto toto hoc processu, & ejus factò, tanta est imbecillitas ingenij, & intellectus mei, quod

Assero 1. quod Excellentissima aggravata teneatur recipere ab aggravante rationes, quas asserit utriusque patrimonij, scilicet ipsius, & Excellentissimi filii contra sententiam, & primam deliberationem.

Assero 2. quod eadem Excellentissima Domina non tenetur eas recipere

pere conjunctim, sed separatè, ac disjunctè, ita ut quod rationes propriij patrimonij non confundantur cum rationibus patrimonij filij, & ita in duas partes deliberationem divido.

PRIMA PARS.

In qua ostenditur quod Domina Excellentissima tenetur rationes recipere utriusque patrimonij.

Fatetur à prædicta Excellentissima Domina, quod commisit aggravanti administrationem utriusque patrimonij, & quod aggravans utriusque patrimonij administravit, quibus in terminis irrefragabile est teneri recipere rationes utriusque patrimonij.

28 Propriij patrimonij rationes accipere etiam invita tenetur, quia quilibet administrator, sive necessarius, seu voluntarius, sive à lege, seu ab homine datus, quocunque nomine factus, finita administratione, potest cogere dominum administrationis, ut rationes administrationis accipiat, ne semper stet in suspensio, & ne hæredes ejus maneat, ut ipse, obligati, *Scobar de ratiocin. cap. 4. à n. 12. Salgad. in labyrinth. creditor. 3. p. cap. 7. à n. 38. cū plurib. Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 1. q. 6. . . . 3. n. 65. & 66. Zozius ad tit. cod. de error. calculi in fin. l. pro officio cod. de administr. tutor. aliàs ei competunt remedia, de seqq. agunt præcitati DD. & Scob. cap. 6. & 15.*

29 Patrimonij filij quoque rationes accipere tenetur etiam invita, quia ut tutrix, & ut mater administrationem ipsius patrimonij aggravanti commisit, quod ipsa, ratione susceptæ tutelæ, administrare tenebatur, & sic aggravans non tenetur reddere rationem nisi Excellentissimæ aggravatæ, quæ eum deputavit; nam mandatarius factor, commissarius, aut institor non tenetur reddere rationem, nisi ipsi, qui eum deputavit, & ab alio cogi non potest, nec alium cogere ad

eas recipendas, *Felic. de societ. cap. 30. n. 15. & cap. 37. n. 8. Heef. de rationib. reddend. loc. 1. à n. 27. post Menoch. Fachineo, Palm. docet Ansald. de comert. discurs. 21. n. 17. Luc. de regal. discurs. 86. in fin. ratio est; quia inter mandatarium, & mandantem tantum datur contractus, & oritur actio, & obligatio, ob quam directa actio mandati datur, ut cogat mandatarium sibi reddere rationes, & utilis mandatario, ut cogat mandantem recipere à se rationes administrationis mandatæ: ita tenent omnes proximè citati *Berart. in specul. visitationis cap. 23. n. 19. & 20. & notant communiter DD. ad text. in l. se procurator. §. 1. ff. mandat. & in Clement. 2. de Religios. domib. Luc. de regalib. discurs. 86. & de credito discurs. 88. n. 12.**

Neque dominus administrationis potest agere contra administratores positos per administratorem principalem sine ejus consensu, sed ipse principalis proponens recipere debet rationes ab administratoribus à se positis, & eas tenetur dare domino administrationis non tantum de gestis, & non gestis à se, sed de gestis, & non gestis ab ipsis administratoribus, quos ipse proposuit *Luc. de tutorib. discurs. 18. n. 4. & 5. & discurs. 15. n. 14. Salgad. 1. p. cap. 13. à n. 32. Olea tit. 3. q. 5. à n. 18. Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 266. Ansald. de comert. discurs. 29. à n. 29. Cyriac. contr. 433. cum multis Arrouc. alleg. 79. per tot. Luc. d. cap. 86. & de credito discurs. 86. n. 12.*

Quibus non refragatur quod administratio fuit mandata ab Excellentissima Comitissa tamquam tutrice filiorum, & ob id, finita tutela, sicut ipsa suo nomine non poterat cogere mandatarium, ut sibi mandatæ administrationis rationes reddat, utique non poterat cogi à mandatario, ut rationes recipiat, ut primus incomparabilis vir ratiocinat, & probat.

Quia huic unico, & fortissimo fundamento meo videri concludentissime

respondent duo illa luminaria juris nostri temporis 2. & 3. loco delibentes, & ultra responsa ab eis præstita, mihi quoque aliud occurrit sensui meo genuinum, quoniam ubi administrator quilibet sine consensu domini administrationis administratores subalternos constituerit, juris consensu præsumitur, quod ipse administravit personaliter, *ex textib. rotund. in l. intestato, ubi glos. ff. de solutionib. lex contrario ff. pro socio, ibi:*

32 *Ex contrario facto quoque debet ei præstare, sicut sua, quia ipse adversus eos habet actionem.*

Et in individuo ita tenet *Ansaldo. de commerc. discurs. 29. n. 4. § 14. § discurs. 80. n. 6.* ubi plures citat; & cum administratio sit personalissima, aliis committi non potest periculo domini administrationis, sed suo periculo administrator committit, ideòque ei, & contra eum actio oritur ex dictis juribus, quod secus est, quando actus gesti tutorio nomine personaliter non coherent personæ ipsius tutoris. Eo vel maxime quia per instrumentum fol. 17. cum sequentib. Illustrissima Comitissa liberata est per transactionem initam cum Illustrissimo filio à reddenda ratione tutelæ, quibus in terminis jam cessant jura de tutela loquentia *ex l. 39. ff. de administratione tutor. Manzius de tutel. 2. p. tit. 3. n. 97.* & si aggravans non potuisset cogere Excellentissimam Comitissam ad rationes accipiendas administrationis, quam ipsi mandavit, nullus est, qui cogi possit, & ne hoc dicatur, accipiat prædicta domina rationes administrationis, quam mandavit.

SECUNDA PARS.

In qua probatur quod aggravans tenetur reddere rationes separatim utriusque patrimonii.

33 **N**Egari non debet, quod ubi bona sunt diversa inter matrem, & filium, datur duplex patrimonium, & du-

plex administratio, & consequenter duplex difficultas, seu molestia reddendarum rationum, cum id legatur *in l. 3. ff. de excusatione tutor. l. si his, qui tres, ff. eodem tit. pontualitr. Harpetr. in §. Inst. de excusatione tutor. n. 4. § 5.* in præsentem habemus bona divisa inter matrem, & filium, & duplicem administrationem, unam bonorum matris, alteram bonorum filii: ergo datur duplex obligatio reddendarum rationum.

Confirmatur hoc fundamentum, 34 quia licet quando administrantur bona plurium indivisa, una sit administratio, & una sola obligatio reddendi rationes administrationis, & una tutela, vel cura; secus est quando bona jam sunt divisa, quia tunc tot sunt patrimonia, quot sunt personæ, & tot sunt obligationes reddendi rationes separatas, quot sunt patrimonia diversa, *l. 31. ff. de excusat. tutor. §. item tria, Instit. eod. tit. Harp. ibi n. 4. § 5. Manzius in tract. de tutel. § cur. 2. p. tit. 1. n. 19. Barb. in l. unic. cod. qui numer. tutel. se excusant n. 3. ubi Per. n. 2. Zoetz. n. 4. Petr. Gregor. Syntagmatum juris 2. p. lib. 12. cap. 6. n. 6.*

Hinc venit, quod licet non sufficiat trium pupillorum habentium bona indivisa in communi, ut à tutela altera excusetur tutor, tamen tutela trium pupillorum, qui bona habent divisa, & separata patrimonia, relevat à quarta, quia difficultas rationum conficiendarum, & reddendarum est in definiendo tutelarum numerum, non autem personæ pupillorum, *DD. sup. § leg. citata.*

Inde fluit, quod ex diversitate patrimoniorum, & negotiorum creditores unius non possunt esse creditores alterius *l. procurator 5. §. si plures ff. de tribut. action. cum multis Salgad. in labyrinth. 1. p. cap. 9. n. 53.* & quod ex diversitate mercium diversa societas ita præsumatur, quod tot esse societates intelligantur, quot fuerunt mercium consignationes separata: latè cum multis *Arouc. alleg. 49. n. 19.* & quod non

34

35

36

37

admittitur compensatio de debito unius patrimonii cum debito alterius, etiam si utrunque patrimonium ab eodem homine administraretur, *Ansaldo. de comerc. discurs. 74. n. 42. & discurs. 55. n. 48.* ad evitandam confusionem *Salgad. in labyrinth. 1. p. cap. 9. n. 62. Luc. de credit. discurs. 47. n. 8. & alii infiniti.*

Si ergo aggravans administravit duo patrimonia separata, cur non est cogendus separatam rationem de utroque præstare?

Dices tamen primo, quod Illustrissima Comitissa non commisit aggravanti administrationem cum separatione duorum patrimoniorum, sed ei omnia bona indistinctè, & generaliter administratura mandavit, quibus in terminis ex mente contrahentium administratio, quæ ex natura sua erat dividua, ut secundus dominus solito de more eleganter exornat.

38 Sed respondeo primo, quod licet verum sit quod ex mente contrahentium res dividua fieri possit individua, hoc tamen procedit, quando de mente contrahentium constat, non verò quando sumus in dubio, qui in dubio non præsumitur naturam rei mutare voluisse repugnare subjæctæ materiæ à dispositione juris, *Menoch. de arbitrar. lib. 2. controvers. cas. 195. per tot. Altim. de nullitat. contract. rubr. 1. 1. p. q. 10. n. 97. & totum hoc sequitur, si ad mentem contrahentium recurrimus, ut individuum faciamus rationem diversorum patrimoniorum.*

39 Respondeo secundo, quod visis omnibus probationibus ab aggravante in hoc processu adductis, minimè probatur, quod administratio ei fuisset mandata conjunctim, & cum aggravans in suis impedimentis fol. 8. & in eorum additamento fol. 12. & in replica à fol. 48. in se suscepisset onus probandi, quod administratio ei fuit conjunctim, & sine separatione mandata, & defuisset in probatione, necessario succumbere ex *reg. text. in l. ff. de exceptionib. Cardoso. in prax. verbo exceptio cum mille aliis.*

Neque dicas, quod cum aggravata priùs ad iudicium provocasset, ei competit probare quod separatam administrationem mandavit *ex Cortiad. decis. 80. n. 26. Canc. 3. variar. cap. 1. n. 33.* quia aggravata intentionem suam fundatam habet in jure, secundum quod administratio diversorum patrimoniorum est dividua, ut abundè probatum manet in hac, & in antecedentibus deliberationibus, & cum per se præsumptionem juris habeat, transtulit onus probandi contrarium in aggravantem *ex l. sive possidetis cod. de probat. l. Quintus Mut. ff. de donation. inter l. si pactum, l. quinquaginta, l. cum de indubito §. si verò ff. de probat. latè, & eleganter Fluvius Pacian. de probat. lib. 1. cap. 8. reddendus per tot.*

Respondeo tertio, quod ex omnibus testibus Excellentissimæ aggravatæ liquet, quod ipsa duo mandata dedit aggravanti, unum ad propria bona administranda, alterum tanquam tutoris filiorum ad eorum bona administranda, & ulterius, quod ipsa quotidie per epistolas monebat aggravantem, ut receptum, & expensum fieret cum separatione patrimoniorum, quibus in terminis, quomodo possumus colligere quod administratio conjunctim, & sine separatione mandata fuit contra hanc claram probationem voluntatis perfata, & verba quotidie geminatam contra regulam, quæ nos docet, quod verba mentem explicant *ex l. ille 25. ff. de legibus Giurb. conf. 51. num. 28. Altimar. supra à num. 14. cum sequentibus.*

Aut quomodo credere possumus, quod voluisset rationes tutelæ cum propriis commiscere, quando prædicta domina non potest rationes sui patrimonii cum rationibus pupilli commiscere sine dolo, ob quem contra eam erit deferendum juramentum in litem *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 38. Scobar de rat. cap. 20. n. 75. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 2. n. 38.*

Dices secundo, quod inverisimile est

le est quòd aggravans suscipisset administrationem cum separatione, & distinctione patrimonii matris, & filii, sed respondeo, quod non invenio causam talis inverisimilitudinis, cum necessario ad exigenda bona utriusque patrimonii duo mandata subire debebat, nam ad exigendum matris ipsius mandatum erat necessarium, aliter ei non solverent debitores, ad exigendum filio tutricis mandato indigebat, aliàs ei non solverent debitores filii, & sic cum introitus sint diversi, & separati respectu alterius patrimonii, exitus quoque separari debebunt, & cum hac separatione, & distinctione tenetur aggravans exhibere libros rationis *Scob. de raticin. cap. 10. n. 60. Heeser de rat. reddend. loc. 8. à n. 15. ad n. 47.*

Dices tertio, quòd ex eo quòd administratio non fuit mandata cum specificatione utriusque patrimonii, non potest aggravans, neque tenetur scire quæ bona ad unum, quæ ad alterum pertinent, quia respondeo, quod cum aggravans teneatur facere introitum cujuslibet fructus rei, à qua eos exigebat ex libris rationis facile decerni potest, quod, & quantum à qualibet re excipit: eo vel maximè, cum iste plenam notitiam habuisset de omnibus bonis, quæ ad filium, & matrem spectabant, habita non solum ex assidua, & continua assistentia, quam ipse fateatur habere in domu aëtrici Excellentissimæ, sed ex mandatis, quæ necessario ad exigendum recepit; & hoc aperte probatur ex instrumento *fol. 23. vers. in princip. & ex testib. dominæ aëtrici, ubi quantitatem expensæ excedentem receptum ratione filii, ipsemet aggravans dedit, quod nequam fieri potuisset si integrè non sciret introitum, & exitum ad filium pertinentem, & cum scientia, & ignorantia ex præsumptionibus probetur, satis ex dictis probatur juxta tradita per *Cyriac. contr. 519. & 532. Castilb. de tert. cap. 26. Vel. disert. 16. n. 8.**

Dices quarto, quod introitus, & exitus sunt inter se connexi, & corres-

pectivi, & sic individui inter se; sed respondeo procedere ratione continentia ejusdem patrimonii, & non diversi, ut ex pluribus jam dixit, & probat *Melus ad Castilb. de aliment. cap. 36. n. 17. Menoch. cas. 93. Ansaldo. de comert. discurs. ultim. n. 150. & 151. Luc. de feud. discurs. 126. per tot. & discurs. 12. n. 4. & de hered. discurs. 3. n. 7.*

Dices quinto, quod sicut plures tutores, vel curatores non tenentur reddere rationem singuli, sed omnes ita, ut unica redditio rationis pro omnibus sufficiat, utique unica redditio rationis præstanda est ab administrante plura patrimonia; sed respondeo quo quando tutores, vel curatores habent tutelam, vel curam à jure, Judice, vel testatore divisam, vel administrant diversa patrimonia pro singuli administratione, singulis ratio est præstanda *l. 2. §. indivisim cod. de dividend. tutel. ubi cum multis Barb. Manzius de tutel. p. 1. tit. 8. q. 7. à n. 193. Heeser de ration. reddend. loc. 2. per tot.*

Denique quod pro gestis ab administratore sine consensu domini administrationis non possit conveniri à domino administrationis, neque ipsum convenire ultra citatos in principio 2. deliberationis, & in hac nostra: ita cum *Barthol. & aliis tenet Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 47.*

Ex quibus omnibus concludo quod Excellentissima aggravata tenetur accipere ab aggravante rationes utriusque patrimonii, sed cum separatione, & distinctione rationis utriusque patrimonii: sic revoco Præsidis sententiam. Ulyssipone 12. Martij anno 1706. *Guerreiro Camacho.*

Convenio cum proximo domino, Ulyssipone 20. Martij anno 1706. *Brochado.*

Cohæreo cum duobus proximis, Ulyssipone 30. Mart. anno 1706. *Moura.*

Non tantum tenetur tutor reddere rationes per factores à se propositos, quando illos proposuit sine facultate proponendi, sed quando eos proposuit

- posuit ex facultate generali *Fovius de solemnitat. in contract. minor. glos. 19.*
- 47 §. 3. n. 117. 118. & 119. sive tacite, sive expresse eos proposuisset, sive eos idoneos crediderit, sive non, dummodo sine speciali facultate eos non proposuisset *Fovius sup. n. 19. & 20. Seraphin. decis. 759. n. 2. Rota recen. decis. 421. n. 3. Bertachin. in repertorio verbo negotiorum gestor.*
- 48 Sed advertite, quod fideiussor tutoris, curatoris, sive administratoris non tenetur pro institutoribus, seu factoribus ab ipsis substitutis *Altim. de nullitatib. in contractib. rub. 1. p. 3. q. 30. n. 85. Bich. decis. 135. per tot. aut liber institutorem, & factorem plenè probat contra dominum proponentem; si verosimilia contineat, institutor ipse fecerit, quod de jure, ac consuetudine tenetur, ac manu propria scripserit* *Genoa de scriptur. privat. lib. 4. tit. de libris institutorum à n. 94. & de libris factorum, Ludovicus cum Beltran. decis. 575. Sabel. in summatract. liter. L. S. libri 15. n. 21.*
- 50 ubi cum *Genoa d. n. 94.* affirmat, quod scripta in jure de institutoribus trahuntur hodie ad factores, atque quoscunque alios administratores. Vide *lib. 5. à n. 12. & cap. 8. à n. 34. & lib. 7. cap. 9. per tot.*

CAPUT II.

Tutor conventus actione tutelæ, an, & quando exceptione ordinis se defendere possit?

SUMMARIUM.

- 1 Pluribus tutoribus, seu curatoribus constitutis, beneficium ordinis competit non gerentibus, ut gerentes prius conveniantur.
- 2 Fideiussor, nisi prius debitore excusso, non tenetur.
- 3 Hujusmodi beneficium etiam tutoribus honorariis competit.
- 4 Et administratoribus civitatis.
- 5 Et heredibus tutorum, & curatorum.

- 6 Quæ exceptio opponi potest, pacto tutorum non obstante.
- 7 Tutores, & curatores non gerentes hac exceptione se defendere possunt, licet cum juramento se obligaverint, ad fideiussorum similitudinem.
- 8 Liberatio ejus, qui gessit, operatur liberationem non gerentibus.
- 9 Nisi in suscipiendo tutelam beneficio divisionis renuntiassent, vel quando tutores sunt tales, ut illis beneficium ordinis non competat.
- 10 Omnes, qui gesserunt, prius conveniendi sunt.
- 11 Etiam hæredes gerentium, & eorum hæredes conveniendi prius sunt.
- 12 Et etiam fiscus succedens gerentibus prius conveniendus.
- 13 Si aliter Judex ad ulteriora procedit, nulliter agit.
- 14 Tutor absens reipublicæ causa hoc beneficio agit.
- 15 Habet quoque locum exceptio quoad non gesta gestis connexa.
- 16 Licet non gerens sententiam latam contra gerentem approbasset, & affectum futurum promississet.
- 17 Et etiam si omnibus gerentibus, unius tamen dolo damnum acciderit.
- 18 Quid quando aliquis alium administrare permittit.
- 19 Sed non competit, quando gerentes notoriè solvendo non sunt.
- 20 Vel quando absentes sunt à territorio illius loci, in quo judicium instituendū erat: vel quādo latitarent.
- 21 Vel quando conveniri non possunt ob impedimenta, de quibus ibi.
- 22 Vel quando omnes administrarunt, vel nullus eorum.
- 23 Sive cum dolo, vel sine illo administrassent, vel non.
- 24 Sive aliqui cum dolo, aliqui sine illo.
- 25 Sive separatim, sive conjunctim administrassent, quod ibi declaratur.
- 26 Vel quando gerens mandato non geren-

- gerentis administravit.
- 27 Nec locum habet in voluntariis administratoribus in solidum obligatis.
 - 28 Nec in neglectis, quæ gestis connexa non sunt.
 - 29 Nec quando gerens solvendo non est.
 - 30 Sicut solvendo non est bonis cedens.
 - 31 Vel quando per alium creditorem excussio facta fuit; quæ sententia rem notoriam facit.
 - 32 Neque quando non gerentes versantur in communi, vel proprio dolo.
 - 33 Nec quando renuntiarunt huic exceptioni.
 - 34 Vel quando solus gessisset, velex propria culpa convinceretur.
 - 35 Vel quando negavit se esse tutorem, curatorem, seu administratorem, & de mendatio convinceretur.
 - 36 Neque quando novatio fuit facta.
 - 37 Vel quando gerentibus successerunt.
 - 38 Vel bona gerentium apud non gerentes sint.
 - 39 Vel gerentium bona inutilia sint, vel quando emptor non invenitur; vel vendi nequeunt.
 - 40 Neque quando hujusdomi exceptio ante litis contestationem non opponitur.
 - 41 Neque quando statuto, seu consuetudine aliter dispositum sit.
 - 42 Quid in sociis circa hunc beneficium dicendum sit, multipliciter declaratur, & n. 43.

PLuribus tutoribus, seu curatoribus constitutis, beneficium ordinis competit non gerentibus, ut prius gerentes conveniantur *ex l. 2. cod. si tutor non gessisset*, ibi *Barb. l. fin. cod. de administr. tutor. Gutt. de tutel. 1. p. cap. 15. n. 10. Montan. de tutel. cap. 39. n. 178. Galganet. de tutel. lib. 3. q. 25. n. 9. Thom. de tutorib. tit. 15. c. 2. à n. 13. Cancer. 1. var. cap. 7. n. 37. & plures, quos citavimus tract. 3. lib. 6. cap. 38. n. 27. ad similitudinem fideiussorum, qui etiam non tenentur, nisi prius excusso debitore; ex *Novel. 136.**

de argentariis, Authentic. presente cod. de fideiuss. Novel. de fideiuss. S. si quis igitur, Ord. lib. 4. tit. 49. ibi Barb. Gomes 2. var. c. 13. n. 14. ibi Aylon, Manz. de fideiuss. cap. 8. n. 5.

Ampliatur primo, quod hujusmodi beneficium, seu exceptio ordinis competat tutoribus honorariis, *Montan. dict. cap. 39. n. 189. & administratoribus citatis; Galgan. n. 188. Thom. dict. tit. 15. cap. 2. n. 13. & hæredibus tutorum, & curatorum, Galgan. dict. q. 25. Thom. dict. n. 13. Caros. de excussione p. 2. q. 1. n. 25. § q. 2. n. 7. Cancer. dict. n. 35. & omnes supra relati Olea de ces. jur. tit. 5. q. 7. à n. 6.*

Ampliatur secundo, quod exceptio ordinis, seu excussio opponi possit, pacto tutorum non obstante, *ex l. licet cod. de dividenda tutel. l. tutores S. in eum cod. eodem, Thom. sup. n. 14. Montan. de tutel. cap. 39. n. 192. Vide Salgad. in labyrint. 1. p. cap. 23. per tot.*

Ampliatur tertio, ut tutores, seu curatores, qui non gesserunt, possint se defendere exceptione ordinis, seu excussiois, etiam si juramento se obligaverint ad similitudinem fideiussorum, qui hoc non obstante juramento, quo se obligaverunt, se juvari possunt hac exceptione secundum veriores sententiam, de qua *Manz. dict. cap. 8. n. 7. Gom. dict. cap. 13. n. 21. ibi Aylon, Harpetr. in S. si plures Inst. de fideiuss. à n. 41.*

Ampliatur quarto, quod liberatio ejus, qui gessit, operetur liberationem eorum, qui non gesserunt, *ex l. si pupil. cod. de administr. tutor. & diximus lib. 3. cap. 6. n. 2. nisi suscipiendo tutelam beneficio divisionis renunciasset, vel quando tales sunt tutores, ut beneficium ordinis, seu excussiois illis non competat; Thom. sup. n. 16. § 17.*

Ampliatur quinto, quod non tantum unus ex tutoribus, seu curatoribus, qui gesserunt, sed omnes, qui gesserunt, prius conveniendi sunt *Manz. de fideiuss. cap. 8. n. 9.*

Am-

11 Ampliatur sexto, quod etiam mortuo tutore, vel curatore, qui gessit, executio fieri debeat contra hæreditatem, & hæredes *Manz. sup. n. 10. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 12.* & contra fiscum, si ipsi tutore, curatore, seu administratori successit, *Manz. sup. n. 11.*

13 Ampliatur septimo, quod, si Judex, non attenta exceptione excussionis, seu divisionis, ad ulteriora processerit, judicium sit futurum nullum; *Gail. sup. n. 6. Manz. sup. n. 14.*

14 Ampliatur octavo in tutore, qui reipublicæ causa abfuisse, *l. 1. cod. si tutor, vel curator, Montan. de tutel. c. 39. n. 191. Thom. sup. n. 18.*

15 Ampliatur nono, quod procedat etiam quo ad non gesta gestis connexa, *l. tutorem, l. tres tutores ff. de administr. tutor. Montan. sup. n. 183. Galgan. dict. q. 15. n. 9.* qui alios referunt.

16 Ampliatur decimo, quod procedat, etiam si non gerens sententiam contra eum, qui gessit, prolatam approbasset, & effectum habiturum promississet, *Montan. sup. n. 185.*

17 Ampliatur decimoprimo, etiam si omnes gesserint, unius tamen dolo damnum acciderit, *Montan. sup. n. 187.*

18 Ampliatur duodecimo, quod simpliciter alium administrare permittens, non privatur isto beneficio, nisi inventarium fuisset omisum; *Galgan. sup. n. 9. Roland. de inventario p. 2. vers. 38.*

19 Limitatur primo, quod beneficium ordinis, seu excussionis non cõpetat, quando tutores, curatores, seu administratores, qui gesserunt, notoriè solvendo non sunt; *Gail. lib. 2. obs. 27. à n. 14. Minsing. centur. 2. obs. 19. n. 2. Gom. 2. var. cap. 13. n. 14.* ubi cum multis *Aylon, Manz. de fideijus. cap. 8. n. 15. Caros. de excus. p. 2. q. 55. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 2. n. 24. Harp. in §. si plures Inst. de fideijussor. n. 51.* & alii, quos citavimus in nostris *decisionib. Portuensib. q. 22. Ord. lib. 4. tit. 59. in principio penes fin. ibi Barb.*

20 Limitatur secundo, quando tu-

tores, vel curatores, seu administratores, qui gesserunt, longinquè abentes sint extra territorium illius loci, in quo judicium contra eos instituendum erat; *Auth. presentes cod. de fideijus. Gail. sup. n. 35. Gom. dict. n. 14. ibi Aylon, Socin. reg. 177. Valentia 3. Manz. d. cap. 8. n. 17.* & diximus in *questionib. forens. sive decisionib. Portuensib. q. 21. Harpetr. sup. n. 50.* qui idem dicunt, quando latitarent, *Ord. lib. 4. tit. 59. in principio, ibi Barb.*

Limitatur tertio, quando tutores, curatores, & administratores, qui gesserunt, conveniri non possunt, vel quia in arcibus, vel aliis locis habitant, ad quos non datur tutus accessus, vel adeò potentes sunt, ut facile cõveniri nequeant, *Gail. sup. n. 25. Socin. dict. reg. 177. Minsing. sup. n. 3. Manz. sup. n. 23. Gom. sup. dict. n. 14.* & diximus *dict. q. 21. Vasq. illustrium contr. c. 33. à n. 9. cum seqq. Salgad. in labyrint. 1. p. cap. 23. per tot.*

Limitatur quarto, quando, vel omnes tutores administrarunt, vel nulluseorum; *Escob. de ratiocin. cap. 4. n. 12. Bart. in l. 1. cod. de transact. sive cõdolo, sive sine ipso administravissent, vel non; Bart. sup. n. 29. sive aliqui cõdolo, aliqui sine illo; Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 2. n. 26. § 27. sive separatim, sive conjunctim administravissent, dummodo divisio à testatore, vel à Judice facta non fuisset, Thom. sup. n. 28. Salgad. dict. cap. 23. per tot.*

Limitatur quinto, quando gerens mandato non gerentis administravisset, *Gutt. dict. cap. 15. n. 13. Gratian. cap. 86. à n. 43. Galganet. dict. q. 25. n. 9. Montan. cap. 39. n. 193. § 194. cum aliis Thom. sup. n. 34.*

Limitatur sexto, in voluntariis administratoribus in solidum obligatis, sed in necessariis tantummodo, *Montan. sup. n. 198. Thom. n. 36. § lib. 7. cap. 6. n. 32.*

Limitatur septimo, in neglectis, quæ gestis connexa non sunt; quia tunc nullo modo excessione ordinis, seu excus-

excussionis utetur is, qui nullo modo
gessit in solidum conventus; *Bart. in*
l. i. cod. de transact. n. 4. Montan. sup.
n. 20. Galganet. dict. q. 25. n. 9. Thom.
dict. tit. 15. cap. 2. n. 34. § 35. Surd.
conf. 170. n. 13. & probatur ex l. tuto-
res, qui tutelam §. in eum ff. de admini-
str. tutor.

sup. n. 26. Minsing. sup. n. 7. Zanger. de
exceptionib. p. 2. cap. 16. n. 14. Ozafo.
dec. 2. n. 98. vel bona gerentium sint
apud non gerentes, Manz. sup. n. 47.
Minsing. n. 6. vel gerentium bona sint
inutilia, Berlich. p. 2. concl. 24. num. 21.
vel emptorem ad ea emenda creditor
non possit detegere, vel non possint
venundari Manz. sup. n. 47. § 48. Gom.
sup. n. 14.

38

39

29 Limitatur octavo, quando, qui
gessit solvendo non sit; quia tunc ces-
sante ordinis, seu excussionis benefi-
cio, qui non gessit, tenetur in solidum;
Montan. sup. n. 195. Corneus lib. 1. conf.
223. Thom. n. 38. prout non solvendo
est, quando bonis cessit, ex l. nam is
6. ff. de dolimali except. Gail. sup. n. 16.
30 *Manz. sup. n. 24. vel quando excussio*
femel facta fuit per alium creditorem;
quia tunc opus non est nova excussio-
ne; nam sententia facit notorium; So-
cin. dict. reg. 177. falent. II. Manz. dict.
cap. 8. n. 25. Ord. lib. 4. tit. 59. in fin. prin-
cip. ibi Barbof.

Limitatur duodecimo, quando
hujusmodi exceptio non opponitur an-
te litis contestationem, nam si taceat
tutor, vel curator, litemque conteste-
tur, postea non amplius est audiendus
Zangerius de exceptionib. p. 2. cap. 14.
n. 1. Harpetr. sup. n. 6. Manz. sup. n. 38.
Vasq. sup. n. 7. Ozafo. dec. 44. n. 13. vel
quando consuetudine, vel statuto ali-
ter receptum sit, Manz. sup. n. 50. Gail.
sup. 29. Vide quæ diximus in nostris
questionib. forensib. sive decisionib. Por-
tuenfib. q. 21. per tot.

40

41

32 Limitatur nono, quando qui non
gesserunt, versantur in communi, vel
proprio dolo, *Gutt. sup. n. 12. Galgan.*
sup. n. 9. Thom. sup. n. 37.

Limitatur decimotertio, in sociis,
quibus hujusmodi beneficium, seu ex-
ceptio necessaria non est, quia si socij
omnes administrarunt, distinguendum
est, aut omnes administraverunt in di-
versis locis, vel in eodem loco, si in
diversis quilibet suæ administrationis
rationem reddere tenetur, quia ad in-
vicem præpositi censentur; *Felic. de*
societ. cap. 30. n. 14. § cap. 37. n. 11. si
in eodem loco, aut id fecerunt in di-
versis apothecis, seu exercitiis, & est
dicendum, quod ad invicem rationes
reddere tenentur; aut id fecerunt in
eadem apotheca, seu exercicio, & in
hoc casu, si quilibet ex sociis parifor-
miter administravit, & fuerunt in pari
culpa, seu negligentia, censentur ad in-
vicem liberati à redditione rationum,
Felic. dict. cap. 37. n. 12. & si aliqui eo-
rum gesserunt, alij non, cum etiam ge-
rerere tenerentur prius gerentes, oppo-
sita exceptione, sunt conveniendi lib.
6. cap. 4. à num. 30. & de tota materia
hujus capituli Heef. de rationib. redd. loc.
2. & plures citandi lib. 6. cap. ... à n. ...

42

43

33 Limitatur decimo, quando tuto-
res, vel curatores in assumptione tute-
læ, vel curæ beneficiis omnibus renun-
tiasent, & specialiter huic; *Gratian.*
cap. 86. n. 48. Surd. conf. 170. n. 1. Thom.
sup. n. 39. Manz. de fideijus. cap. 8. n.
29. Vasq. dict. cap. 33. à n. 7. Minsing.
sup. n. 4. Gail. sup. n. 27. Harpetr. sup. n.
34 *28. vel solus gessisset, vel ex culpa pro-*
pria convinceretur; Surd. sup. n. 31.
35 *Thom. sup. n. 40. vel quando negavisset,*
se esse tutorem, vel curatorem, seu
administratorem, & de mendacio con-
vinceretur; Harp. sup. n. 52. Gom. dict.
n. 14. Vasq. sup. n. 16. Minsing. sup. n.
8. Manz. sup. n. 27. Ord. lib. 4. tit. 59. §.
1. § 2. ibi Barbof.

36 Limitatur undecimo, quando no-
vatio est facta, *Gail. sup. n. 31. Man-*
zius sup. n. 42. Minsing. n. 7. & diximus
lib. 3. cap. 12. § tract. 2. lib. 8. cap. 9.
37 *vel tutores, seu curatores, qui non*
gesserunt, gerentibus succederent Gail.

CAPUT III.

Tutor conventus actione tutelæ, an, & quando exceptione divisionis se defendere possit?

SUMMARIUM.

- 1 Omnibus tutoribus gerentibus exceptio divisionis competit, licet ordinis beneficium non competat.
- 2 Fideiussoribus etiam exceptio divisionis competit.
- 3 Quæ exceptio usque ad sententiam opponi potest.
- 4 Imploratoque Judicis nobili officio, divisio peti potest antequam creditor agat.
- 5 Licet tutores ex communi dolo conveniantur, sive in committendo, sive in omittendo consistat.
- 6 Nisi ex proprio dolo quis conveniretur; & n. 25.
- 7 Competit exceptio hæc, licet divisio à tutoribus, seu curatoribus respectu administrationis facta sit.
- 8 Tutoribus hoc beneficium statim, & antequam conveniantur, competit.
- 9 Nisi satisfactio à contutore offeratur.
- 10 Pluribus administratoribus civitatis etiam hæc exceptio competit.
- 11 Et pluribus correis.
- 12 Ut competit probare sufficit tutores esse solvendo tempore finitæ tutelæ, vel curatores tempore finitæ curæ, & fideiussores tempore, quo debitum solvendum erat.
- 13 Competit tum testamentariis tutoribus, tum legitimis, tum dativis.
- 14 Sive omnes gesserint, sine mandato aliorum.
- 15 Licet unus gesserit pro neglectis, gestis non connexis, divisionis locus est.
- 16 Habet etiam locum inter plures mandatores, sponsores, & pecuniæ constitutæ reos.
- 17 Et inter plures fideiussores unius fideiussoris.
- 18 Et inter fideiussores indemnitatis.
- 19 Et inter fideiussores, quorum unus pure, alter sub conditione obligatus est.
- 20 Et inter eos, inter quos conventum est, quod singuli in solidum teneantur.
- 21 Cessat tamen hoc beneficium, si ei renuntiatum sit.
- 22 Dummodo renuntiatio sit specialis.
- 23 Et quando tutelam, vel curam, aut administrationem inter se dividerunt.
- 24 Si tutores, & administratores ejusdem sint fori, alter pro altero actione personali conveniri non potest: si verò diversi fori sint, tutor conventus in foro suæ administrationis pro alio conveniri potest; quod ibi declaratur.
- 26 Quando quis se dicit tutorem, vel fideiussorem beneficio divisionis non gaudet.
- 27 Dummodo simpliciter neget, secus si litem negativè contestetur, negando narrata prout ibi narrantur.
- 28 Cessat etiam adhibito juramento; sed hoc ab Authore rejicitur.
- 29 Cessat etiam si unus ex tutoribus, & curatoribus efficaciter sit obligatus, alter verò non, sicut infideiussoribus.
- 30 Ut est exemplum, si minor dolo creditoris semel fideiussesserit.
- 31 Fideiussoribus tutorum hoc beneficium denegatur.
- 32 Sed si plures tutores aliquos dederit fideiussores, quia tunc ex persona tutorum hoc beneficium habebunt.
- 33 Cessat etiam quando plures fideiussores à diversis reis, sive debitoribus dati, licet ejusdem summae sunt.
- 34 Si primus fideiussor alium fideiussorem det, inter secundum fideiussorem, & primum divisio non fit.
- 35 Quando in fideiussoribus ad factum obligatis locus sit divisio, declaratur?

- 36 Non fit divisio, nisi petatur.
 37 Antè sententiam peti debet.
 38 Ut locus sit huic beneficio, omnes debent esse solvendo.
 39 Nisi culpa pupilli, alter solvendo factus non esset.
 40 Vel tempore litis contestata omnes solvendo sint; vel nisi tutor, vel fideijussor conditionalis fiat non solvendo tempore, quo conditio extitit.
 41 Vel nisi divisio facta sit tempore quo jam tutores, & curatores omnes solvendo non sint: vel nisi statim ab initio quivis se tantum in partem virilem obligavit: in dubio an solvendi sint, potest in solidum electus petere ut creditor suo periculo ceteros conveniat, præstita ad hoc cautione per debitorem.
 42 De jure nostro Regio inter fideijussores divisio non admittitur.
 43 Sed inter tutores, & curatores beneficium divisionis non cessat jure nostro attento.
 44 Inter mercatores fideijubentes non datur hoc beneficium divisionis, neque aliud fideijussoribus competens.

Beneficium, seu exceptio divisionis omnibus tutoribus gerentibus competit, ita ut, ubi locus non est beneficio ordinis, fiat locus beneficio divisionis, ut obligatio inter omnes, qui solvendo sunt, dividatur, *Montan. de tutel. cap. 39. à n. 149. Galgan. de tutel. lib. 3. q. 25. n. 15 Borgn. de tutorib. n. 16. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. à n. 41. & plures, quos citavimus tract. 3. lib. 6. cap. 38. à n. 28.* ad similitudinem fideijussorum, quibus similiter beneficium divisionis competit ex *S. si plures 4. Inst. de fideijus. ubi Harp. l. inter fideijus. 26. ff. eodem, l. fideijus. 10. eodem, l. non rectè cod. eodem, l. si contendat 28. ff. eodem, Laiman. de justitia, § jure cap. 29. n. 8. Zangerius de except. p. 3. cap. 29. Gom. 2. var. cap. 13. n. 15. ubi cum multis Ayl. Gail.*

lib. 2. obs. 27. n. 5. Manz. de fideijus. cap. 9. à n. 1. l. 1. §. § si quidem 11. ff. tutel. rationib. distrabend. Mantica de tutel. lib. 16. tit. 19. per tot. Altim. de nullit. contract. q. ...

Ampliatur primo, quod hæc exceptio opponi possit usque ad sententiam, *l. fideijus. 10. §. 1. cod. de fideijussor. 10. §. 1. cod. de fideijus. Gom. sup. dict. n. 15. Manz. dict. cap. 9. n. 11. Zangerius sup. n. 3. Harpetr. sup. n. 11. l. 1. §. nunc tractemus ff. de tutel. rationib. distrabend. Thom. sup. n. 41. ubi alios refert Olea de ces. jur. tit. 5. q. 7. à n. 9.*

Ampliatur secundo, quod divisio etiam peti possit officio Judicis nobili impetrato, antequam creditor contra ipsos, vel unum ex eis agere cæperit, *glos. § Bart. in dict. l. si contendat, Manz. sup. n. 12. de Luca in praxi judiciali cap. 37. n. 9.*

Ampliatur tertio, quod procedat etiam si tutores ex communi dolo conveniantur, ut contra *Azonem in l. 1. cod. de transact. tenet glos. magn. Gutter. de tutel. 1. p. cap. 15. n. 10. Thom. dict. cap. 3. n. 42. idem probantes, sive dolus in omittendo, sive in committendo consistat, & de magis communi testantur *Surd. conf. 170. n. 30. Montan. sup. n. 164. Galgan. de tutel. lib. 3. q. 25. Carof. de excussione p. 2. n. 26. nisi ex proprio dolo conveniretur, quia tunc beneficium divisionis cessat Bart. in dict. l. 1. n. 6. Boer. decis. 59. n. 4. Gutter. dict. cap. 15. n. 26. Galgan. dict. q. 26. n. 8. Carof. sup. n. 27.**

Ampliatur quarto, quod procedat etiam, quando facta est divisio à tutoribus, seu curatoribus respectu administrationis, *Bald. in l. 1. cod. de transact. ibi Purpur. n. 63. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 46.*

Ampliatur quinto, quod hoc beneficium tutoribus statim competat, & semper priusquam conveniantur, *Fulgosius conf. 135. cui contradicit Cuman. conf. 24. quem sequuntur Purpurat. in dict. l. 1. n. 64. Surd. conf. 170. n. 30. Montan. dict. cap. 39. n. 158. nisi*

- satisfactio offeratur à contutore, quia tunc cessabit divisio, *Canc. 1. var. cap. 7. n. 44. Thom. sup. n. 47.*
- 10** Ampliatur sexto, quod procedat in pluribus administratoribus civitatis, *Boer. decis. 60. n. 1. Montan. de tutel. cap. 39. n. 151. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 48.* & in pluribus correis, ex *Auth. hoc ita cod. de duobus reis Nov. 99. cap. 1. propter æquitatem, Manz. de fideijus. cap. 9. n. 6. Gail. dict. obs. 27. n. 5. Zanger. sup. n. 14. Zoz. ad titulum de duobus reis*, licet de jure antiquo non ita foret *ex l. 11. ff. de duobus reis.*
- 12** Ampliatur septimo, quod, ut hoc prædictum beneficium habeat locum, sufficiat probare, tutores esse solvendo tempore finitæ tutelæ, vel curatores esse solvendo tempore finitæ curæ, vel fideijussores esse solvendo tempore, quo debitum erat exigendum, *Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 49. Aretin. conf. 66. Montan. de tutel. cap. 39. n. 146. Purpurat. in l. 1. cod. de transact. n. 54.*
- 13** Ampliatur octavo, quod procedat, si ve omnes sint testamentarii, si ve legitimi, si ve dativi, *Boer. decis. 59. n. 3. Montan. sup. n. 159. Thom. sup. n. 51.* si ve omnes gesserint, si ve mandato aliorum, quia licet in hoc casu beneficium ordinis cesset, datur tamen divisionis *Boer. sup. n. 6. Thom. dict. n. 51. Surd. sup. n. 13. Caros. sup. n. 25.*
- 15** Ampliatur nono, quod si non omnes, sed unus gesserit, pro neglectis, gestis non connexis inter eos divisioni sit locus, *Canc. 1. var. cap. 7. n. 26. § 29. Boer. sup. n. 6. § 7. Thom. sup. n. 51.*
- 16** Ampliatur decimo, quod hoc beneficium locum habeat etiam inter plures mandatores, sponsores, & pecuniæ constitutæ reos, *l. fin. cod. de constitut. pecun. inter plures fideijussores unius fideijussoris l. si plures 27. §. fin. ff. de fideijussorib. 7. ff. de fidejus. inter fideijussores, quorum unus purè, alter sub conditione est obligatus dict. leg. si plures ibi Barth. & inter eos, inter quos conventum est, quod singuli in solidum teneantur ex l. non rectè 3. cod.*

de fideijus. Novel. 99. in princip.

Limitatur primo, quando novarum constitutionum beneficio renuntiasent, *Molin. disp. 543. n. 7. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 52. Manz. de fideijus. cap. 9. n. 29.* ubi plures refert, dummodo renuntiatio sit specialis, & non generalis *Thom. dict. tit. 15. cap. 1. n. 3.* ubi alios.

Limitatur secundo, quod non procedat, quando tutelam, vel curam, aut administrationem inter se dividerunt *l. 2. cod. de division. tutel. ubi Barb. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 58.* ubi cum aliis distinguit, quod si tutores, & administratores sint ejusdem fori, alter pro altero actione personali conveniri non possit; si verò diversi fori sint, tunc, si tutorem in foro suæ administrationis conveniri volo, unum pro alio conveniri possum; non autem, ut existens in regione una, ad aliam te conferat non suæ administrationis; *Cancer. 1. var. cap. 7. n. 44 & diximus in cap. antecedenti n. 20. § 21.*

Limitatur tertio, quando ex dolo proprio quis convenitur *Thom. dict. c. 3. n. 57. Boer. dec. 59. n. 4.* & diximus in capite antecedenti n. 32. vel quando quis negat se tutorem, seu administratorem, aut fideijussorem *Manz. de fideijussorib. cap. 9. n. 31. Harpetr. sup. n. 15.* & diximus in superiori cap. num. 35. dummodo simpliciter negent, secus si litem negativè contestentur, negando narrata prout narrantur; *Manz. sup. n. 32. Harpetr. dict. n. 15.*

Limitatur quarto, quando adhibitum fuit juramentum secundum *Thom. dict. cap. 3. n. 53. Montan. sup. n. 166. Caros. de excus. p. 2. q. 1. n. 28. Borgn. de tutor. n. 16.* sed hæc limitatio nobis displicet cum *DD. de quibus in cap. antecedenti à n. 7.*

Limitatur quinto, nisi unus ex tutoribus, seu curatoribus efficaciter sit obligatus, alter verò non, sicut in fideijussoribus, quorum aliqui sunt efficaciter obligati, aliqui verò non; *Harpetr. sup. à n. 17. Manz. sup. n. 33. l. si*

Titius 49. ff. de fideijus. veluti si minor dolo creditoris semel fideijusserit, dict. l. si Titius, Manz. n. 34.

31 Limitatur sexto, quod fideijussoribus tutorum hoc beneficium denegetur, *Molin. disp. 543. n. 7. Mantic. de contractib. lib. 16. tit. 19. n. 5. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 55. Manz. de fideijus. cap. 9. n. 35. Harp. sup. n. 11. l. 12. ff. rem pupilli salvam fore*; nisi plures tutores aliquos dederint fideijussores, quia tunc beneficium divisionis ex persona tutorum habebunt *l. 1. nunc tractemus ff. de tutel. rationib. distrah. Harp. sup. n. 14.*

32 Limitatur septimo, quando plures fideijussores à diversis reis, sive debitoribus dati, licet ejusdem summæ, *l. si à Titio 43. l. inter eos §. duo ff. de fideijus. Manz. de fideijus. cap. 9. n. 17. 18. §. 19.*

34 Limitatur octavo, quando fideijussores ambo sint æqualiter obligati, & quidam pro primo debitore; secus si primus fideijussor det alium fideijussorem pro se, tunc enim inter primum, & secundum non fit divisio, *l. si plures 27. §. fin. ff. de fideijus. Manz. sup. n. 39.* vel nisi plures ad factum se obligaverint, *Manz. sup. n. 40. Harp. sup. n. 23.* ubi sublimitat, nisi fortè factum fuerit promissum sub hac conditione, si non fuerit factum, pecuniam dare oportere *Manz. sup. dict. n. 40.*

36 Limitatur nono, quod non aliter divisio fiat, nisi hæc exceptio opponatur *l. inter fideijussores 26. l. si contendat 28. ff. de fideijus. l. 10. eodem tit. dummodo ante sententiam petatur l. 10. §. ibi cod. de fideijus. Gom. sup. Manz. sup. n. 19.*

38 Limitatur decimo, ut tunc huic beneficio locus fiat, quando omnes tutores, curatores, administratores, seu fideijussores sunt solvendo *ex §. si plures Inst. de fideijus. l. 3. cod. eodem tit. l. inter eos 51. §. 1. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 3. n. 54.* nisi culpa pupilli alter solvendo factus non esset, quia rationes diù petere distulerit, *Thom. dict. n.*

54. vel tempore litis contestatæ omnes solvendo sunt; *Manz. sup. n. 15.* vel nisi tutor, vel fideijussor conditionalis fiat non solvendo tempore, quo conditio extitit, *l. si plures ff. de fideijus. Manz. sup. n. 15.* vel nisi divisio facta sit tempore, quo jam tutores, vel curatores omnes non sint solvendo, *Manz. sup. n. 16.* vel nisi statim ab initio quivis se non nisi in partem virilem obligavit, *l. in eos 52. ff. de fideijus.* & in dubio an reliqui solvendo sint, possit is, qui in solidum electus est, petere, & creditorem, cautione præstita, ad hoc adigere, ut suo periculo cæteros conveniat, *l. si dubitet 10. ff. de fideijus. Hees. de rationib. reddend. loc. 2.* ubi de tota materia hujus capituli.

Limitatur undecimo, de jure nostro, secundum quod non admittitur divisio inter fideijussores *ex Ord. lib. 4. tit. 59. §. 4.* ubi cum multis *Barb. & unusquisque eorum manet in solidum obligatus, & sic solvendo suum, & non confideijussorum negotium facit Pereir. dec. 17. n. 14.* quæ Ordinatio non comprehendit tutores, & curatores, inter quos adhuc attenda nostra Ordinatione, datur beneficium divisionis: quia non valet argumentum de tutore ad fideijussores, vel è contra *Pereir. dec. 17. n. 20.*

Limitatur duodecimo, in mercatoribus, inter quos non datur beneficium divisionis fideijubendo, neque aliud fideijussoribus competens *Gratian. cap. 683 n. 5. cum multis Sabel. in summa tractat. liter. M §. 17. n. 7. verbo Mercator.*

CAPUT IV.

Tutor actione tutelæ conventus, an, & quando possit se defendere beneficio, seu exceptione cedendarum actionum?

SUMMARIUM.

I Tutor, seu curator solùm pro contutore,

Bbij

tore,

- tore, & concuratore beneficium cedendarum actionum habet, quam cessionem pupillus facere tenetur.
- 2 Creditor fideiussori solvendi actiones suas cedere tenetur.
 - 3 Cessio locum habet sive tutores, sive curatores, aut administratores solvendo sint, vel non.
 - 4 Idem in fideiussoribus dicendum est.
 - 5 Si pupillus, seu adultus cedere recuset, exceptione cedendarum repellitur; licet alium ex tutoribus liberasset.
 - 6 Idem in fideiussoribus dicendum.
 - 7 Huic beneficio cedendarum per generalem renuntiationem omnium beneficiorum, renuntiatum non censetur.
 - 8 Nisi individualiter renuntietur.
 - 9 Vel novarum constitutionum beneficio renuntiatum sit.
 - 10 Licet solvendo non sit is, contra quem creditur, cessio fieri debet.
 - 11 Idem in favorem fideiussoris.
 - 12 Usque ad executionem sententiae haec exceptio opponi potest.
 - 13 Idem in fideiussoribus.
 - 14 Haec exceptio juramento non tollitur.
 - 15 Nec per solutionem sublatum censetur.
 - 16 Dummodo in continenti fiat, non ex intervallo, nisi ex prudenti pacto.
 - 17 Actio cedenda, actio tutelae est.
 - 18 Si tutor sponte solidum pupillo offerat per actionem contrariam, tutelae cessionem petere potest; si conveniatur à pupillo exceptione cedendarum repellere potest.
 - 19 Etiam quando pupillus cedere non potest, hac exceptione repellitur.
 - 20 Quod etiam in fideiussoribus procedit.
 - 21 Haec cessio fieri debet cum omnibus privilegiis pupillo competentibus.
 - 22 Sive ex causa voluntaria, sive ex necessaria fiat.
 - 23 Sive privilegia actioni cohaereant, sive eam tantum respiciant.
 - 24 Vel privilegia personae, propter personam concessa sint, sive personae propter causam.
 - 25 Et multò fortius quoad privilegia realia.
 - 26 Privilegium tacitae hypothecae in bonis tutorum concessum, in cessionarium transit, & hypothecae actio, sive tacita, sive expressa.
 - 27 Idem in fideiussoribus.
 - 28 Pignora quoque in cessionarium transire debent.
 - 29 Et principalis obligationis instrumentum.
 - 30 Quo ad personalia privilegia distinctio traditur.
 - 31 Quibuscunque correis hoc beneficium competit.
 - 32 Quando tutor ex communi dolo convenitur, beneficium hoc cessat, per rationes, de quibus hic.
 - 33 Si unum ex pluribus tutoribus non administrantibus pupillus conveniat, cessionem non est locus.
 - 34 Adversum tamen magistratum tutor cessionem pertendere nequit.
 - 35 Partem tamen, non totum per cessionem cessionarius ab aliis tutoribus, curatoribus, & similibus consequi debet.
 - 36 Neque adversum unum ex correis in solidum petere potest; sed quemcunque pro rata convenire debet.
 - 37 Limitatur proxima conclusio.
 - 38 Denegatur beneficium quando ex communi, seu ex proprio dolo, vel ex causa propria correi, & similes conveniuntur.
 - 39 Heredi pro aliquo ex mandato testatoris fideiussoribus cessio denegatur.
 - 40 Si fideiussor solvat ante tempus, usque non venit, debitorem principalem convenire nequit.
 - 41 Creditor hypothecas, & pignora cedere non tenetur, quando ei pro alio grata sunt.
 - 42 Si contutor, & similes, pro correis animo donandi solvant, cessionem pertendere nequeunt.
 - 43 Idem de fideiussore animo donandi fideiussoribus dicendum est.

- 44 Creditor fideijussori, vel pupillus tutori succedentes cedere contra se non tenentur.
- 45 Quando cessionarius cedentem in re-conventionem defendere teneatur, explicatur.
- 46 In utroque Senatu iudicatum ostenditur, quod etiam ex intervallo solvens cessionem petere potest, & ante cessionem agere contra correos, dummodo antequam hi solvant, cessionem reportet.
- 47 Sed contra iudicatum Author insurgit.
- 48 Fideijussores invicem fideijubere non censentur.
- 49 Confideijussor solvens suum negotium, non confideijussoris facit.
- 50 Iudicatum tamen n. 46. de equitate procedit, procedereque debet, si confideijussor exceptiones non opponat.

Gratian. cap. 409. Amat. 1. var. resol. 17. Olea de ces. jur. § att. tit. 5. q. 7. n. 11. l. si pupillus ff. de admin. tutor. l. 1. §. § si forte, l. alterius 20. §. 1. cum. l. seq. ff. de tutel. ration. distrabend. l. 1. cod. de contrar. jud. tutel. l. 2. cod. de dividend. tutel. quod procedit etiam in fideijussoribus, Manz. dict. cap. 20. n. 4. Zanger. sup. n. 19. latissime Franch. dec. 662. per totam, Joseph. Schetin. de jure offerendi p. 2. sect. 2. à n. 1. § 2.

Ampliaturo secundo, quod adeo vera sit, ut, si pupillus, vel adultus actiones cedere recuset, exceptione cedendarum actionum repellatur, vel si alium ex tutoribus liberasset, sive per pactum, legatum, vel transactionem, dicta l. si pupillus, Olea sup. n. 13. Amat. dicto resol. 37. n. 52. Surd. dict. conf. 170. Acosta de privilegiis creditorum regul. 3. ampliat. 2. à n. 72. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 101. l. si minoris 25. ff. de administ. tutor. quod etiam procedit in fideijussoribus, ex l. creditor 2. cod. de fideijus. Manz. dict. cap. 10. n. 13. Franch. sup. ibi Amend. § de Luca cum omnibus tam antiquis, quam modernis Schetin. sup. à n. 5. usq. ad n. 4.

Ampliaturo tertio, quod huic, & præcedentibus beneficiis ex generali omnium beneficiorum, legumque auxilio facta renuntiatio, non censeatur fuisse derogatum, Gutt. sup. pum. 30. Montan. n. 139. Galgan. n. 11. Caros. de excus. p. 2. q. 17. à num. 3. Cordub. de caus. privat. ob non solut. canon. limitat. 31. Magon. dec. forens. 64. n. 65. Thom. dict. cap. 4. n. 59. § 60. Roland. lib. 1. conf. 13. n. 12. nisi facta sit individualis renuntiatio Berta sol. dict. claus. 40. glos. 4. n. 9. Thom. sup. n. 61. vel nisi facta sit renuntiatio beneficio novarum constitutionum, Thom. n. 62. Mantica. de tacitis lib. 16. tit. 19. ad finem, Manz. dict. cap. 10. n. 51. § 52. Afflict. dec. 18. cum infinitis Schetin. de jure offerendi 2. p. sect. 2. n. 12. 13. 14. § 15. § 81.

Ampliaturo quarto, quod procedat etiam quando solvendo non est is, contra quem cessio fit, Surd. dict. conf.

R eceptum est tutori, seu curatori solventi pro curatore, vel concuratore beneficium cedendarum actionum competere, quo tenetur pupillus cedere actiones contra gerentes sibi competentes, ut ex multis probavimus tract. 3. lib. 6. cap. 38. n. 29. ad similitudinem creditoris, qui fideijussori solventi actiones suas cedere tenetur ex l. fideijus. ff. de fideijussorib. l. cum is 36. l. ut fideijussor 39. l. si fideijussores 41. ff. eodem, l. cum alter 11. cod. eodem, Zanger. de except. p. 2. c. 16. n. 29. Bertaz. claus. 40. glos. 4. n. 7. Manz. de fideijus. cap. 10. n. 2. de Luca in prax. judiciali cap. 37. n. 9. Olea, cum cæteris omnibus de materia agentibus tit. 5. à q. 1. ad q. 14. Ord. lib. 3. tit. 92. Schetin. de jure offerendi 2. p. sect. 2. à n. 1. ad n. 132.

Ampliaturo primo, sive tutores, curatores, administratores solvendo sint, sive non sint solvendo, Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 4. n. 62. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 131. Surd. conf. 170. n. 35. Gutt. de tutel. 1. p. cap. 15. à n. 28. Galgan. de tutel. lib. 3. q. 25. à num. 11.

- 11 170. n. 39. *Thom. sup. n. 62. Castr. Faz. Alex. & alij in l. 1. cod. de transact.* quod procedit etiam favore fideiussoris solventis, *Manz. dict. cap. 10. n. 4. Zanger. dict. n. 29. Schetin. sup. à n. 6.* ubi infinitos citant n. 11.
- 12 Ampliatur quinto, quod talis exceptio usque ad executionem sententiæ opponi possit, *Purpurat. in dict. l. cod. de transact. n. 68. Decius conf. 99. n. 3. Olea dict. q. 7. à n. 11. Montan. sup.*
- 13 *Thom. sup. n. 63.* quod procedit etiam in fideiussoribus, *Manz. dict. cap. 10. n. 20. Bertasol. dict. n. 4. Zanger. n. 17. Schetin. sup. à n. 10.* ubi omnes congesti t.
- 14 Ampliatur sexto, quod hujusmodi exceptio juramento non tollatur *Cordub. sup. limit. 41. Thom. n. 66. Gratian. cap. 799. n. 28. Bertasol. dict. claus. 40. glos. 6. n. 2. Montan. sup. Schetin. sup. n. 6. 7. & 8.*
- 15 Ampliatur septimo, quod non censeatur sublatum hujusmodi beneficium, solutione facta; *ex l. cum is ff. de fideiussorib. Montan. sup. num. 139.*
- 16 dummodo fiat in continenti, nam ex intervallo fieri non potest, nisi ex præcedenti pacto *Barth. in l. Modestin. ff. de solut. Menoch. lib. 3. præsumpt. 143. n. 4. Thom. n. 69. Manz. dict. cap. 10. à n. 34.* latissimè cum infinitis *Olea tit. 5. q. 4. per tot. Schetin. sup. à n. 18. & 43.*
- 17 Ampliatur octavo, quod actio, quam cedere pupillus tenetur tutori solventi, sit actio tutelæ, ut contra *Gutt. dict. cap. 15. à n. 18.* asserentem esse actionem negotiorum gestorum, tenet *Olea dict. q. 7. n. 15. cum Fab. lib. 1. conject. cap. 9. per tot. Sande de action. cession. cap. 6. à n. 58.*
- 18 Ampliatur nono, quod, si tutor spontè solidum offerat pupillo, velitque sibi cedere contra alios actiones, id contrario judicio tutelæ petere debet; si verò pupillus adversus tutorem agat, & ab eo vivente extorquere intendat pecuniam, doli exceptione opposita repelli potest, nisi paratus sit actiones cedere *Olea sup. n. 16.*

Ampliatur decimo, quod adeo vera sit, ut tutor pupillum hac exceptione removere possit, non tantum, quando non vult cedere, sed quando non potest, puta, quia alium liberavit, *Olea dict. q. 7. n. 13. & diximus sup. n. 5.* quod procedit in fideiussoribus, v. g. si creditor, vel culpa, vel vitio fecisset, quominus actionem cedere possit *l. Stichum 95. ff. de solut. Manz. cum multis dict. cap. 10. n. 14.* Videndus latè cum omnibus *Schetin. de jure offerendi 2 p. c. 1. sect. 2. à n. 56. ad n. 80. & n. 82. & n. 86.*

Ampliatur undecimo, quod hæc cessio fieri debeat cum privilegiis ipsi pupillo competentibus, *Olea de cession. jur. tit. 6. q. 2. per tot. Gail. de credito cap. 4. quest. 11. à n. 1673. Negus. de pignor. memb. 4. n. 107. Carlev. de judic. tit. 1. disp. 2. n. 709. Hermosilb. in l. 55. tit. 9. partit. 5. glos. 1. à n. 12. Valenz. conf. 15. à n. 39. & conf. 59. à n. 23. Acosta de privileg. creditor. prælud. 2. à n. 5. & regul. ampliati. 6. à n. 126.* sive cessio fiat ex causa voluntaria, sive ex causa necessaria, ut indistinctè contra *Bart. in l. post dotem ff. solut. n. 53.* tenet *Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. n. 141. Acosta sup. Olea dict. tit. 6. q. 2. n. 5.* sive cessio redundet in commodum cessionarij tantum, sive cedentis, sive utriusque, ut contra *Acostam sup. Gutt. alleg. 11. à n. 1. & plures alios docet Olea sup. n. 6. & 7. Barb. in post dotem ff. solut. à n. 55.* sive privilegia actioni cohæreant, sive actionem tantum respiciant, ut contra *Barbos.* tenet *Olea dict. tit. 6. q. 2. n. 8.* sive privilegia sint concessa personæ propter personam, sive personæ propter causam, ut contra *Gail. resolvit Olea sup. n. 9. & 10. Vivius dec. 158. Surd. conf. 22. n. 18.* latissimè *Schetin. de jure offerendi 2. p. cap. 6. à n. 1. usq. ad n. 38.*

Quæ ampliatio absque dubio procedit quo ad privilegia realia, *ex l. in omnibus 68. ff. de reg. jur. l. privilegia 168. ff. eodem,* ubi latè *Sande, l. cum patronus 18. ff. leg. 2. l. 1. §. 1. ff. de jur. immunit.*

munit. Galerat. de renuntiationibus lib.

1. cap. 4. n. 52. cum multis Olea sup. n.

12. ideo privilegium tacitæ hypothecæ

pupillis in bonis tutorum concessum in

cessionarium transit, & hypothecæ ac-

ctio, sive tacita, sive expressa cedenti

competens transit in cessionarium, cū

indefinitis Olea sup. n. 12. § 13. quod pro-

cedit etiam favore fideiussoris solven-

tis; cui contra alios sunt à creditore

cedendæ tam actiones reales, & hypo-

thecariæ, quam personales, l. creditor

2. cod. de fideiuss. Manz. de fideiuss. cap.

10. n. 7. ipsa quoque pignora, quæ cre-

ditor tenet, l. cum creditor 11. cod. de fi-

deiussorib. Manz. sup. n. 8. & instru-

menta principalis obligationis, Manz.

n. 12. Sande de actionum cessione cap. 8.

§ 9. per tot. Schetin. sup. d. cap. 6. per tot.

Quo ad personalia distinguendum

est inter casum, quo est utile cedenti

cedere cum privilegio personali, & in-

ter casum, quo non est utile, ita ut

in primo casu procedat nostra amplia-

tio, & comprehendat personalia pri-

vilogia; in secundo non ita ex his, quæ

lato calamo docet Olea dict. tit. 6. q. 1. n.

19. cum seqq. & omnes DD. citati

n. 21. Thom. dict. tit. 15. cap. 4. n. 74.

Menoch. sup. n. 150. Schetin. de iure of-

eum indignum fecit, ut à cæteris quid

consequatur doli participibus; nec

ulla societas maleficiorum, aut com-

municatio damni ex maleficio est,

Manz. de tutel. tit. 3. n. 103. Franch. dec.

662. per tot. ubi Amendol. § de Luca,

Schetin. de iure offerendi 2. p. cap. 1. sect.

2. à n. 113. ubi omnes habes.

Limitatur secundo, quod si plu-

res tutores tutelam non administrave-

runt, in alterum pro parte actiones

cedere non debet, l. si plures 38. §. 2. ff.

de administr. tutor. cū enim propria

cujuscunque contumacia puniatur,

qua fruitur, poterit cessionem deside-

rare, Manz. sup. n. 104.

Limitatur tertio, quod licet tu-

tor pro alio solvens, vel in solidum fa-

tisfaciens, petere possit sibi adversus

illum contutorem actionem cedi, non

tamen eandem cessionem adversus

magistratum petere queat, l. 2. ff. de

magistratib. conveniendis.

Limitatur quarto, quod licet tu-

tori, curatori, fideiussori solidum sol-

venti actio adversus contutores, con-

curatores, & confideiussores cedi de-

beat, illud tamen intelligendum est

non ut eandem portionem, quæ ip-

solum solventem contingit, sed eas tan-

26

27

28

29

30

31

32

32

33

34

35

36

37

- 38 Limitatur sexto, quod hoc beneficium cessionis prorsus denegetur, quando tutores, curatores, fideijussores, vel correi ex communi, vel proprio dolo, vel causa propria conveniantur; *arg. l. si plures ff. de administr. tutor. l. 1. §. nunc tractemus 10. C. S. plane 14. ff. tutel. rationib. distrabend. Manz. de fideijussorib. cap. 10. n. 24.*
- 39 Limitatur septimo, quod non cōpetat heredi, qui ex præcepto testatoris pro aliquo fideijussit; *arg. in l. tribus 8. ff. usufruct. earum rerum, Manz. cum aliis dict. cap. 10. n. 30.*
- 40 Limitatur octavo, quod si debitor in pluribus distinctis solutionis terminis debeat, & uno appropinquante fideijussor solvat, non statim cessionem petere possit, sed expectare debet usque ad solutionem totius summæ, *l. 2. cod. de fideijuss. Berlich. sup. n. 89.*
- 41 Limitatur nono: nam licet creditor cedere teneatur jura fideijussori, & correo debendi contra correos, confideijussores, & pignora DD. in *l. 2. cod. de fideijuss. Negus. de pignor. 3. memb. 5. p. princ. n. 35. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 4. n. 75.* tamen pignora, & hypothecas transferre non tenetur, quando pro alio debito ei obligata sunt, nisi totum ei solvatur *d. l. 2. cod. de fideijussoribus, & ibi gloss. de quo videndus cū aliis Olea, de ces. juris tit. 5. q. 2. à n. 5.*
- 42 Limitatur decimo, quando animo donandi contutor, vel concurator pro contutore, vel concuratore solvit; *arg. l. quod dictum ff. de pactis, Manz. dict. cap. 10. n. 29.* ubi idem docet de fideijussore, qui animo donandi fideijussit *Schetin. de jure offerend. 1. p. cap. 1. sect. 2.*
- 44 Limitatur undecimo, quando creditor successit fideijussori, vel pupillus tutori, quia tunc non tenetur cedere contutori, vel confideijussori solventi contra se *Bertasol. sup. n. 12. Manz. sup. n. 33. Schetin. sup. n. 93.*
- 45 Limitatur duodecimo, ut cessionarius non teneatur defendere cedentem in re conventionem *ex l. si quis in rem*

34. ff. de procuratorib. dummodò cessionarius ex utili actione agat, secus si directa ex l. si pater filio 70. l. servum quoque 33. §. ultim. ff. eod. Amere sc. de re convent. enarrat. 4. à n. 47. Faber lib. 12. conjecturar. cap. 16. in medium late Sande de actionum cessione cap. 10. per tot.

In causa Portuensi vertente inter Dominicum Monteiro Aggravantem, & Joannem de Sequeira Aggravatum, scribente coram Senatu Domus Supplicationis Joanne Roderico Ribeiro in officio, cujus est proprietarius Emanuel Corrae de S. Payo, fuit judicatum in utroque Senatu, quod etiam post factam solutionem à confideijussore potest ex intervallo petere cessionem à creditore, cui solvit, & ea agere contra confideijussorem, & quod magis est, in dicta lite fuit judicatum, quod ante habitam cessionem est condemnandus confideijussor ut solvat confideijussori obtenta prius cessione à creditore, cui solvit ex his, quæ *Harpetr. in §. si plures 4. Inst. de fideijussorib. à n. 59. l. cum is 36. ff. de fideijussorib. & pro hac sententia citat plures Harpetr. sup. n. 62. Fontanel. decis. 216. per tot. Maynard. lib. 2. decis. 49.*

Verum salva pace Senatus utriusque contraria sententia longè verior est, & nullus est Doctor, qui dicat, quod ante cessionem obtentam possit confideijussor solvens allegare contra fideijussorem, sed solum dixit *Harpetr. cum DD.* quos citat, quod post factam solutionem potest confideijussor cogere creditorem, ut cedat actiones, ut videre est in ipso *Harpetr. à n. 58. cum seqq.* & in omnibus, quos citat, quam opinionem admittimus supra à n. 15. quando post factam solutionem in continenti petitur cessio, secus si ex intervallo, & ultra DD. ibi citatos, tenent *Phœb. decis. 180. à n. 2. Pereir. decis. 17. à n. 15. alius Pereir. in promptuario juris verbo fideijussor n. 677. C. n. 685. Franch. decis. 55. à n. 1. & per tot. ubi latissime Viscont. Amendola, Novarius, Luc. ubi infra-*

infinitos citant, tam antiquos, quàm modernos l. cum alter 11. cod. de fidei-
jussorib. ubi glos. Molin. de just. & jur.
tract. 2. disp. 544. n. 3. Amat. 1. p. re-
solut. 37. n. 41. Salgad. in labyrinth. 1.
p. cap. 18. n. 33. & 34. sive solutio fiat
necessariò, & coacte, sive voluntariè
Olea de cession. jur. tit. 5. q. 4. n. 16. tum
quia fideijussores non censentur in vi-
cem fideijubere glos. in l. si quis autem
cod. de duobus reis, Amendola, & Fran-
chis dict. decis. 55. n. 4. tum quia confidei-
jussor solvens, suum negotium fe-
cit, & non confideijussoris, cum ipse in
solidum teneatur Amendola sup. n. 5.
latè Olea tit. 5. q. 4. per tot. latissime
Schetin. infra citandus, Sande de actio-
num cession. cap. 7. à n. 11.

Att licèt hoc sententia denegare
jussit, verùm de æquitate noster Sena-
tus primam sequitur, prout in aliis ca-
sibus occurrentibus vidi, nisi confidei-
jussor non opposuisset exceptiones op-
ponendas, de quibus Fontanel. decis.
216. Olea sup. Joseph. Schetin. de jur.
offerendi p. 2. cap. 1. sect. 2. à n. 43. ad n.
53. Sande sup. d. cap. 7. n. 12.

CAPUT V.

Tutoribus, & curatoribus, an, & quan-
do competat beneficium utilium
actionum?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor solidum solvens, congruo tem-
pore cessionem non obtinens, licèt
actionis directæ exercitium non ha-
beat, habet tamen ex potestate le-
gis exercitium utilis actionis ad-
versus alios contutores.
- 2 Author se se ad se ipsum remissum
facit.
- 3 Cessio actionum utilior est tutori,
quàm actio utilis à lege concessa.
- 4 Quos effectus producat actio dire-
ctæ, refertur.
- 5 Cessio in actione negotiorum gesto-
rum hypotheca, & prærogativa

prælationis destituitur.

- 6 Adversus actiones utiles multæ ex-
ceptiones obstant, quæ adversus
directas opponi nequeunt.
- 7 Tutor solvens, & cessionem reportans,
& adversus contutorem agens, si
eum liberatum à pupillo, vel adul-
to inveniat, adversus pupillum, si-
ve adultum regressum habet, eos-
que de stilonatu accusare valet.
- 8 Secus verò est, si adversus contuto-
res agens, utili actione eos libera-
tos inveniat.
- 9 Privilegium cessionis, & utilis actio-
nis cessat, si ob alterius dolum, vel
communem culpam solidum tutor
solvat.
- 10 Neque quando pacto, vel transactio-
ne factum fuit, quod tutor prædi-
ctis beneficiis non gaudeat.
- 11 Nec quando esse tutores, vel cura-
tores negaverint.
- 12 Vel huic beneficio renuntiaverint
specialiter.
- 13 Renuntians beneficio cedendarum
actionum, petere potest post solutio-
nem, ut creditor sibi actiones utiles
cedat.
- 14 Quæ sint actiones directæ, quæ uti-
les, & quando competant?

UTilium actionum beneficium
tunc competit, quando tutor,
qui solidum solvit, cessionem
congruo tempore non obtinuit, cum
enim eo casu directæ pupilli actionis
exercitium tutor non habeat, utilis ei
adversus alios contutores legis potesta-
te actio conceditur; l. 1. §. & si fortè
ff. tutel. rationib. distrabend. l. 2. cod.
de contrar. judic. tutel. Canc. 1. var. c.
7. n. 30. Montan. de tutel. cap. 39. n. 136.
Cald. de empt. cap. 24. n. 63. Jul. Cau-
pon. de pact. q. 12. disp. 8. à n. 45. Olea
de ces. jur. tit. 5. q. 7. n. 18. Hering. de
fiderius. cap. 27. p. 3. n. 16. & cap. 28. n.
45. Lafert. de gabel. cap. 9. n. 30. Mer-
lin. de pign. lib. 4. q. 70. n. 20. Galgan. de
tutel. lib. 3. q. 25. n. 12. Gutt. de tutel. 1.
p. cap. 15. n. 31. & 32. Thom. de tutorib.

tit. 15. cap. 5. n. 76. & plures alij, quos citavimus tract. 3. lib. 6. cap. 38. à n. 30. Acoſta de privileg. creditor. reg. 3. ampl. 2. à num. 69. in quo cuncta procedunt, quæ de ceſſione dicta fuerunt; Bart. in l. 1. cod. de tranſact. Gutt. dict. cap. 15. n. 31. Thom. dict. n. 70. de Luca in prax. judicial. cap. 37. n. 9.

Ceſſio actionum utilior eſt tutori, quàm utilis actio, quàm lex citra ceſſiones conceſſit; Olea ſup. n. 19. quia tutor per ceſſionem habet exercitium directarum actionum ex l. qui ſtipendium cod. de procuratorib. per quas tutelæ actio in tutorem translata, non ſolum tacita hypotheca munitur, ex l. unic. S. 1. ff. de rei uxor. action. l. pro officio cod. de adminiſtr. tutor. ſed prælationis gaudet prærogativa ex l. fin. ff. tutel. rationib. diſtrahend. l. ex plurib. ff. de adminiſtr. tutor. Gutt. 2. p. cap. 16. n. 10. Acoſta de privilegiis creditorum reg. 3. ampl. 1. à n. 1. quod non procedit in actione negotiorum geſtorum, quæ hypotheca, & prælationis prærogativa deſtituitur; Olea ſup. n. 19.

Ex quibus conſiderabile confequitur commodum, quia contra utiles actiones multæ exceptiones obſtant, quæ actionibus directis non opponuntur, ex gloſ. in l. quoties cod. de adminiſtr. tutor. cum multis Olea ſup. n. 25. qui n. 26. ex l. ſi pupillus ff. de adminiſtr. tutor. docet, ut, ſi pupillus, vel adultus unum ex tutoribus, vel curatoribus liberaverit, ſi ab altero ſolidum exigat, oppoſita cedendarum repellitur, ſi verò ea non utatur, ſolidum præſtabit, utique adverſus alios actione experietur; quod minus utile eſſe manifeſtè apparet; & colligitur ex eo quod, ſi obſtenta ceſſione, poſtea conſtaret, pupillum unum ex tutoribus liberaviſſe, aut cum eo tranſeſſiſſe, tutor, qui ſolvit, reſuſum contra pupillum haberet, à quo, quod ſolvit, repetere poſſit, tamquam indebitum, eumque de ſolutionatu accuſare valeret, cum hujus criminis reus ſit, qui cedit jura, quæ ſibi non competunt, Olea ſup. n.

26. Guſman de evictionib. q. 35. à n. 43. Si verò, non oppoſita cedendarum exceptione, tutor ſolviffet, & utili ageret actione adverſus alios contutores, licèt unum, atque omnes liberaviſſet pupillus, contra eum reſuſum non haberet, nec ſolutum, ut in debitum repetere poſſet; Olea ſup. n. 17. Fab. lib. 1. conjectur. cap. 20.

Quavis tutoribus, & curatoribus hiſ beneficiis ceſſionis, & utilis actionis jura ſuccurrant, hoc tamen non procedit, ſi propter alterius dolum, vel communem culpam ſolidum ſolverunt; Olea ſup. n. 28. Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 5. n. 77. l. 1. S. planè ff. tutel. rationib. diſtrahend. nec quando tranſactione, vel pacto factum fuerit, quod tutor nequeat prædictis beneficiis gaudere; Thom. ſup. n. 78. Corn. lib. 1. conſ. 323. nec quando negaverint ſe tutores, aut curatores Thom. ſup. n. 79. nec quando beneficio huic fuerit renuntiatum, Manz. de fidei juſ. cap. 10. n. 51. Bert. ſol. clauſ. 40. gloſ. 4. n. 9. ad quod non ſufficit renuntiationo generalis, Manz. ſup. n. 52. Afflict. dec. 18. n. 21. qui alios referunt.

Advertendum eſt tamen, quod licèt tunc quando quis renuntiaverit beneficio cedendarum actionum, non poſſit retardare ampliùs ſolutionem, poſſit tamen poſt ſolutionem factam petere, ut creditor ſibi utiles actiones cedat, quia cenſetur tantùm exceptioni cedendarum, non verò actionibus ſibi in eum finem pro confequenda ceſſione competentibus; Manz. ſup. n. 54. Berlich. tom. 2. concl. 22. n. 60. Zanger. de except. p. 2. cap. 16. n. 42. Olea de ceſ. jur. & action. tit. 5. q. 4. n. 38. l. alterius 20. ff. de tutel. rationib. diſtrah. l. 1. S. tot. tit. cod. de hæreditate, vel actione vendita, l. 2. cod. de donationib. l. fin. cod. ſi ſiſcus, vel privatus, l. ex legato 18. cod. de legat.

Actiones utiles tunc competunt, quando deſciant directæ, & contra juris rigorem tunc conceduntur, quâdo æquitas poſtulat, & ita actiones directæ

rectæ sunt illæ, quæ ex verbis legis, & mente directò, & apertè competunt, utiles verò quæ deficientibus verbis legis, ac mente ad exemplum, similitudinemque directoria utilitatis causa comparatæ sunt Sande de action. cession. cap. 8. n. 1.

CAPUT VI.

Tutor an, & quando actione de rationibus distrahendis conveniri possit?

SUMMARIUM.

- 1 Pupillus finita tutela adversum suum tutorem actione de rationibus distrahendis agere potest, quæ actio personalis, civilis, & mixta dicitur competens adolescenti, per eamque duplum consequitur.
- 2 Non solùm pupillo, seu adolescenti datur, sed etiam eorum hæredibus, pro eo, quod eis ablatum fuit.
- 3 Contra eum, qui tutor fuit, & ex bonis pupilli aliquod abstulit.
- 4 Sive testamentarii, sive legitimi, sive dativi tutores sint.
- 5 Contra curatorem etiam utilis actio de distrahendis datur.
- 6 Ex eo quod tutores res pupillares intercipiunt, sive surripiunt, hæc actio datur.
- 7 Actio tutelæ generalis est competens ob administratam, vel tutelam neglectam; actio verò de rationibus distrahendis demandator, si tutor, vel curator bona interceperit.
- 8 Sive cum dolo, sive absque eo interceperit; quando cum dolo actione furti conveniri potest; sed mitior est actio de rationibus, quæ stricto modo non infamat.
- 9 Per hanc actionem duplum ablati consequitur.
- 10 Actio verò tutelæ in simplum, & quare?
- 11 In actio furti totum duplum pænæ est, sed in actione de rationibus

- distrahendis res in duplo continentur.
- 12 Ratio hujus traditur.
 - 13 Verum pretium rei, non quod interest, duplicatur.
 - 14 Tutor tamen, sive curator pupilli bona furantes, vel intervertentes corporaliter puniendi sunt.
 - 15 Quando hæc actio detur, declaratur.
 - 16 Actiones ex delicto natæ, tutela durante, non exercentur nisi finita tutela.
 - 17 Usque ad 30. annos durat.
 - 18 Pupillus agens actione tutelæ amplius actione de rationibus distrahendis agere nequit; & quare, ibi.
 - 19 Ubi ex una obligatione contractus, vel quasi plures ejusdem rei nomine actiones nascuntur, idemque jus prosequendi in effectu continentes una tantùm licet experiri.
 - 20 Pupillus actionem de rationibus distrahendis instituens, & per eam consequens aliquid, quoad hoc actio tutelæ prompta est, per rationes, de quibus ibi, & n. sequenti.
 - 21 Si plures actiones civiles concurrant, quarum potestas impar est, una electa, altera non tollitur.
 - 22 Si tutorem, vel curatorem intercepisse, vel intervenisse dolo malo, & animo furandi constiterit, tunc ultra actionem de rationibus distrahendis, actio furti datur, ita ut una alteram non tollit.
 - 23 Tunc etiam conditio furtiva competit, sed si per eam ablatum consequitur, actio de distrahendis cessat, per rationes, de quibus ibi.
 - 24 Si per actionem de distrahendis tutor, vel curator conventus duplum præstiterit, amplius actione furtiva conveniri nequit.
 - 25 Si plures tutores rem pupilli furati sint, vel animo furandi interceperint, si contra eum actio furti instituta fuerit, & per eam duplum obtentum, eadem contra alium institui potest.

- 26 Non ita si per actionem de distrahendis conveniatur, & per eam duplum consequatur per rationes, de quibus, ibi.
- 27 Quando quis actionem de distrahendis, vel actionem furti magis eligere debet.
- 28 Tutor hac actione de distrahendis conventus beneficio cessionis, & aliis non gaudet.
- 29 Si probetur animus furandi, & dolo contra tutorem, actio furti competit.
- 30 Actio de distrahendis contra heredes tutorum, vel curatorum non datur.
- 31 Nihilis jam cum de fundo contestata esset.
- 32 Actio tutelae non nascitur, neque exercitur, nisi post pubertatem; actio verò de rationibus, & aliae ante pubertatem nascuntur, sed non exercentur.
- 33 Actio tutelae datur in simplum, & propter dolum, & latam, & levem culpam; actio verò de distrahendis datur in duplum, & propter dolum tantum, & in duplo rei persecutio continetur.
- 34 Actio tutelae contra tutorum heredes datur; non ita actio de rationibus distrahendis.
- 35 Actio furti, & tutelae sic se habent, quod una intentata, alia datur; sed actio de rationibus tutelae intentata actio tutelae cessat, & contra.

1 **H**Æc est altera actio, quæ pupillo contra tutorem, finita tutela, datur, quæ est actio personalis, civilis, mixta, quæ finita tutela pupillo, vel adolescenti datur adversus quendam tutorem ad duplum ejus, quod ex bonis pupilli, seu adolescentis abstulit, seu interceptit; l. 1. § 2. ff. tutel. rationib. distrah. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à n. 113. Thom. de tutorib. tit. 36. n. 15. Montan. de tutel. cap. 39. n. 85.

2 quæ non solum datur pupillo, seu adolescenti, sed etiam eorum hæredibus

pro eo, quod vivo pupillo, seu adolescenti ablatum fuit, ex l. 1. §. 23. ff. de tutel. rationib. distrah. contra eum, qui tutor fuit, & ex bonis pupilli aliquid abstulit, ex l. 2. in princ. ff. dict. tit. & contra omnes, qui jure tutores sunt, & tutelam gerunt, sive testamentarii, sive legitimi, sive dativi, ex l. 1. §. rationibus 19. ff. dict. tit. & contra curatorem etiam datur utilis de rationibus distrahendis actio, Manz. sup. n. 120. Vwezemb. ad tit. ff. de tutel. rationib. distrah. n. 7. Montealegre de exercit. practicar. actionum lib. 2. cap. II. à n. 39.

Causa, ob quam hæc actio datur, ea est ex eo, quod tutores res pupillares interceperint, seu furrupissent, ex l. 1. §. 22. ff. tutel. rationib. distrahend. ex quo patet differentia inter hanc actionem, & actionem tutelae, quia hæc generalis est, & competit ob administratam, vel negletam tutelam, illa verò demandatur, si tutor, vel curator interceperit bona pupilli, seu adolescentis, Manz. sup. n. 123. sive dolo abstulerint, sive sine dolo, quia licet tunc cum dolo, & furandi animo, furti actione conveniri possunt, ex l. 2. §. 1. ff. tutel. ration. distrahend. potest pupillus, seu adultus, si mitius agere velit, etiam hanc actionem instituere; in hoc autem mitior est actio furti, quod hæc semper infamet, illa verò stricto jure non infamet, quanvis opinionem tutoris apud bonos viros gravare soleat Manz. sup. n. 124.

Actio ista potest pupillus, vel adultus petere duplum ejus, quod ablatum est, ex l. tres tutores 55. §. 1. ff. de admin. tutor. l. 2. §. fin. ff. tutel. ration. distrah. in quo differt etiam ab actione tutelae, quia hæc in simplum datur, illa verò in duplum, quia hæc ablatio, & interceptio est species furti non manifesti, cujus pæna duplum est ex §. furtorum autem 3. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Thom. de tutorib. tit. 34. n. 43. Montan. de tutel. cap. 38. n. 110. Bertaf. cons. crim. 441. n. 2. in hoc tamen est differentia, quod in actione furti

furti totum duplum pæna fit, in hac actione res, & pæna dupli nomine continetur *l. 2. §. fin. ff. tutel. rationib. distrabend.* ratio est, quia tutor, seu curator, qui rem pupilli interceptit, propriè loquendo, fur non est, nam propter concessam administrationem, non tam invicto domino contrectare, quam perfidè agere videtur, *dict. l. tres tutor. 55.* & quia hac actione non convenitur ut fur, sed ut tutor, *Manz. sup. n. 126. latè Anjala. de comercio distrurs. 36. per tot.*

Duplicatur hïc pretium rei, non verò id, quod interest, adeòque in consideratione non interesse duplicandum est, sed res ipsa, quam tutor, seu curator interceptit secundùm verum pretium *ex l. 1. §. considerandum 22. ff. tutel. rationib. distrabend. Manz. sup. n. 127.*

Verùm tamen est, quod tutor, vel curator, qui bona pupilli furati sunt, vel interverterint, corporaliter puniuntur *Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 3. §. 2. in fin. Bertasol. cons. crim. 441. n. 2. Montan. de tutel. cap. 38. num. 110. Thom. de tutorib. tit. 34. n. 43. Anjald. à n. 10.*

Actio hæc tunc competit, cum tutelæ actio datur, videlicet finita demum tutela; quia hæc actio primum locum habet, quando rationes redduntur, vel distrahuntur, vel dispunguntur; atqui rationes de jure communi non distrahuntur, nisi finita tutela: ergo, quanvis aliqui dicant hanc actionem nasci ante finitam tutelam, & hoc discrimen esse, quod actio tutelæ nec nata quidem censeatur, durante tutela, actiones tamen ex delicto natæ quidem sint, sed non dantur actu durante tutela, *l. 9. §. ult. cum leg. seq. ff. de tutel. rationib. distrabend. Vigel. lib. 5. coment. jur. civil. quæst. 5. concedit diem hujus actionis, etiam durante tutela cedere, sed non, nisi post finitam tutelam venire, & in judicio proponi possit, ex l. si tutor 9. §. fin. cum leg. sequenti ff. tutel. rationib. distrab. repete*

hïc, quæ diximus *lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 5. per tot.*

Duratque actio hæc usque ad triginta annos, quia civilis est, & non prætoria, *ex l. 1. §. 25. ff. tutel. rationib. distrabend. Manz. de tutel. tit. 3. n. 130. de quo diximus lib. 2. cap. 6. per tot. ubi vide.*

Circa actionem hanc dubitari solet: an possit cum aliis actionibus concurrere, seu cumulari? Cui quæstioni, ut aptè occurrere valeamus, sequentes casus distinguere oportet. Primus est, quando pupillus egit actione tutelæ, & in hoc casu non potest amplius agere actione de tutelæ rationibus distrahendis, *ex l. 1. §. in tutela 21. ff. de tutel. rationib. distrabend.* tum quia hæc duæ actiones ex una obligatione constant, tum quia actio tutelæ generalis est, & non tantùm rationum redditio, sed etiam reliquorum restitutio peti potest: in reliquis autem etiam ablata, & intercepta continentur. Itaque valebit regula à DD. communiter tradita, quod ubi ex una obligatione contractus, vel quasi contractus plures nascuntur actiones ejusdem rei nomine, idemque jus prosequendi in effectu continentur, ibi una tantùm licet experiri, de quo vide, quæ diximus *lib. 3. cap. per totum, Manz. sup. n. 131. Gomes in l. 35. Tauri n. 159. Vel. disert. 23. n. 75. & 34. à n. 24.*

Secundus est, quando pupillus instituerit actionem de rationibus distrahendis, & aliquid consecutus fuerit, & in hoc casu actio tutelæ quo ad speciem consecutã per actionem de rationibus distrahendis perempta est, ita ut, si postea actio tutelæ fuerit proposita, detrahatur id, quod jam acceptum est, *l. 1. §. in tutela 21. ff. de tutel. rationib. distrab.* tum quia hæc actio tantùm ad unam speciem datur, hoc est, ad intercepta, & ablata restituenda, actio autem tutelæ ad plura alia, ut vidimus *lib. 2. & 3. per tot.* sed quoties plures concurrunt actiones civiles, quarum impar est potestas, toties se non

17

18

19

20

21

non tollunt electione, *Manz. sup. num. 132.* tum quia aliàs bis idem consequeretur contra naturalem æquitatem, de qua in *l. bona fides ff. de reg. jur.* ubi latè *Sande, Rox. de incompatibilit. p. 6. cap. 1. ibi Aquila.*

22 Tertius est, quando à pupillo, seu adolescenti probatur, quod tutor, vel curator dolo malo, & animo furandi res interceperint, seu interverterint; & in hoc casu tunc præter actionem hanc, habet etiam locum actio furti, ita ut una alteram non tollat, *ex l. 2. §. 1. ff. tutel. rationib. distrabend. & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. à n. 19.* quia jam non est parcendum tutori, seu curator, qui tantò gravius peccat, miserum pupillum, seu adu- lum spoliando; *Manz. sup. n. 133.*

23 Quartus est, quando tutor, vel curator furandi animo interceperit: quia tunc etiam conditio furtiva competit; sed si per eam consecuti fuerint, quod ipsis ablatum est, tollitur actio de rationibus distrabendis, *ex l. 2. §. 2. ff. tutel. rationib. distrabend.* tum quia utraque rei persecutionem insequitur: tum quia nihil amplius abest pupillo, vel adolescenti, *Manz. sup. à n. 134.*

24 Quintus est, quando tutor, vel curator hac actione conventus duplum præstitit, quia tunc non potest deinde amplius conveniri conditione furtiva, ut aut ipsam rem, aut æstimationem consequatur; *l. tres tutores 55. §. 1. ff. de administr. & pericul. tutor.* ratio, quia in priori non totum duplum poena est, in ea rei persecutio continetur *l. 1. §. fin. ff. de tutel. rationib. distrabend.* si ergo iterum consideretur, bis idem peteretur.

25 Sextus est, quando plures rem pupilli, vel adulti furati fuerint, vel animo furandi interceperint; quia tunc, si actio furti contra unum instituta, & duplum obtentum fuerit, nihilominus eadem contra alium institui potest; nam in pluribus furibus ejusdem rei non est propterea poenæ deprecatio, quod ab uno jam exacta sit,

ex dict. l. tres tutores; si autem conveniatur non ut fur, sed ut tutor actione de rationibus distrabendis, tunc si unus duplum præstiterit, alij amplius non tenentur *ex dict. l. tres tutores,* ubi ratio: quia tutores qua tutores propter administrationem non tam invito domino contrectare, quam perfide agere videntur, adeoque velamen administrationis temperat furtum, & quia hæc actio non est merè personalis, sed mixta, *Manz. sup. n. 136.*

Itaque qui mitius agere vult, & re sua interceptus contentus esse, vel qui dolum, & animum fraudandi non possit probare, hac actione debet agere ad duplum; qui verò rigorosius actione furti ad poenam dupli adversus singulos, *Manz. sup. n. 137.*

Tutor, vel curator hac actione conventus non gaudet beneficio divisionis cedendarum, & utilium actionum, ut in capitibus superioribus satis probatum manet, nec illis prodest remissio, liberatio, & cætera, de quibus *lib. 3. à cap. 5. usque ad 12. & hoc lib. 4. à cap. 1. ad antecedens,* ubi rationes dedimus *l. 1. §. hunc tamen 12. ff. de tutel. rationib. distrabend. l. 2. §. 1. ff. eodem, l. tutor 33. ff. de furt.* ubi probatur, quod ubi dolus, & animus furandi probatur, contra tutorem competit actio furti.

Contra hæredes tutorum, & curatorum hæc actio non datur, ut probat *tx. in l. 1. §. pen. ff. tutel. rationib. distrabend. Manz. de tutel. tit. 3. n. 222.* nisi lis jam fuerit contestata cum defuncto, ex his, quæ diximus *tract. 1. lib. 1. cap. 9. à n. 132.* Vide *Ansalda. de commerciis, & mercatura discurs. 36.* ubi per totum judicium rationis, an civile, vel criminale sit, & quando locum habeat, vel non.

Hæc tamen actio de tutelæ rationibus distrabendis secundum aliquos differt ab actione tutelæ primò: quia actio tutelæ non nascitur, neque exercetur, nisi post pubertatem, ut in *l. si tutor. ff. de tutela rationib. distrabend.* actio-

actio verò hæc, & aliæ actiones benè nascuntur ante pubertatem, sed non exercentur, ut in *l. sed non dantur ff. de tutelæ rationib. distrabend. Montealegre de exercit. practicar. action. lib. 2. c. 2. n. 40. §. 25.*

Secundo differunt, quia actio tutelæ datur in simplum, & propter dolum, & latam, & levem culpam, sed actio de tutelæ rationibus distrabendis datur in duplum, & propter dolum tantum, ita ut in duplum cõtineatur rei persecutio *l. 2. ff. de contraria action. tutela, Montealegre sup. n. 40.*

Tertio differunt, quia actio tutelæ datur contra tutorem, & hæredes ejus, sed actio de tutelæ rationibus distrabendis datur solum contra tutorem, ut in *l. 1. ff. de tutelæ rationib. distrab. Montealegre sup. n. 41.*

Quarto differunt, quia una intentata, non datur alia *Montealegre d. n. 41.* sed actio tutelæ, & furti sic se habent, quod una intentata, benè datur alia ut in *l. 1. §. in tutel. l. 2. ff. de tutelæ rationib. distrabend. Montealegre sup. n. 42.*

CAPUT VII.

An, & quando hæredes tutorem actione tutelæ conveniri valeant?

SUMMARIUM.

- 1 Actio tutela, vel negotiorum gestorum hæredes tutorum, vel curatorum tenet.
- 2 Licet tutela ad hæredes non transeat, vel cura, actio tamen transit: idem de socio dicendum est.
- 3 Et actione directa, vel utili hujusmodi hæredes conveniri possunt, licet defunctus tutelam sine legitima excusatione non administraverit.
- 4 Et maxime quando sine causa administrationem deseruerit, quo casu etiam cessationis ratio redditur.
- 5 Hæres etiam de non gesto ob negligentiam tutoris, vel curatoris tenetur.

- 6 Tutores, curatoresque desides, ac negligentes removendi sunt.
- 7 Hæredes quoque de eo, quod ad tutores, vel curatores ex re pupilli, vel adulti pervenit, tenentur.
- 8 Et etiam de eo, quod tutores, vel curatores ex causa fideiussionis debebant.
- 9 V. g. quando tutor, seu curator pro debitore apud minorem intercessit.
- 10 Hæredes quoque de eo, quod defunctus à se, vel ab alio non exegit, tenentur.
- 11 Hæres ex proprio nomine tenetur quando non implevit, quod à defuncto captum fuit.
- 12 Sicut tutela, ita officium administrationis, vel societas ad hæredes non transit.
- 13 Sed per defunctum inchoata, hæres explicari debet.
- 14 Idem in hæredibus sociorum procedit.
- 15 Et in negotiorum gestoribus.
- 16 Nomine etiam proprio convenitur hæres, res pupillares possidens.
- 17 Et quando in arca tutoris pupilli pecuniam inveniens consumpsit.
- 18 Et quando exegit pecuniam, quam tutor stipulatus fuit, per rationem, de qua ibi.
- 19 Hæredes sociorum etiam rationem reddere tenentur.
- 20 Si tutor, curator, vel socius rationes obtulens, dominum administrationis in mora recipiendi constituerint, hæres liberatur; contrarium n. 24.
- 21 Hæredes ignari, & parum instructi censentur.
- 22 Ratio pro reddita habetur, quando per eum, cui reddenda erat, stetit, quominus redderetur.
- 23 Unicuique mora sua nocere debet.
- 25 Tutores, curatores, socii, & ceteri administratores de dolo, culpa lata, & levi tenentur.
- 26 Hæredes tamen nisi ex dolo, & culpa lata defuncti tenentur, non ex levi, vel levissima.

- 27 *Nisi lis inchoata, & contestata sit, vel ex damno pupilli administrator, vel ejus hæres lucrum caperet.*
- 28 *Vel tutor gratiosè alteri præstiterit in præjudicium minoris, & in aliis casibus, ibi relatis.*
- 29 *Vel etiam quando inchoata per defunctum non explicet, vel magistratum non moneat pro novo tutore dando.*
- 30 *In heredem ob dolum defuncti tutoris in litem non juratur.*
- 31 *Si ignoret ubi instrumenta sunt, nisi lis cum defuncto contestata sit, aut de culpa, seu dolo ipse hæres arguatur.*
- 32 *Hæres regulariter de dolo, & culpa, qua defunctus tenebatur, tenetur; & hæres socii etiam de levi.*
- 33 *Sed de herede, qui etiam est socius (prout in casibus hinc) hoc intelligitur.*
- 34 *Quo casu tenetur de ea culpa præstanda, quæ ex natura societatis venit.*
- 35 *Si hæres socii socius non est, adversus eum actio, qua defunctus tenebatur, datur.*
- 36 *Si hujusmodi hæres aliquid de novo voluntariè gessit de dolo, lata culpa, & levi tenetur, sicut quilibet alius negotiorum gestor.*
- 37 *Si verò necessitate gessit, solùm de dolo, & non de culpa tenetur.*
- 38 *Si inchoata à defuncto prætermiserit, etiam de levi tenetur.*
- 39 *Diligentia socii, cum ejus negligentia non compensatur.*
- 40 *Socius alium assumens, pro eo tenetur.*
- 41 *Negligentia assumpti, cum ejus diligentia non compensatur.*

1 **T**utoris, vel curatoris defuncti hæres actione tutelæ, aut negotiorum gestorum tenetur, l. 1. §. 16. l. tutela 12. cod. de hered. tutor. l. tutela 12. cod. arbitr. tutel. quia licet tutela, vel cura ipso mortuo tutore, vel curatore ad ejus hæredes

non transeat, actio tamen tutelæ, & curæ, in ipsum transit, l. curatoris 17. cod. de negot. gest. eo quod agatur ex quasi contractu, ex l. 49. ff. de obligat. & act. Manzius de tutel. 2. p. tit. 7. q. 8. à n. 32. & diximus lib. 2. cap. 3. num. 18. Barb. ad rub. & tit. cod. de hered. tutor. ibi Zoz. Peres, & Bruneman. Luc. de tutorib. disc. 6. n. 10. Leonard. Duard. de societate. lib. 3. cap. 6. q. 1. n. 11. ubi idem de hæredibus loci affirmat.

Ampliatur primo, ut hæres tutoris, vel curatoris directæ, vel utilitatis actione conveniri possit, etiam si defunctus tutelam, seu curam sine legitima excusatione non administravit, ex l. 2. cod. de hered. tutor. Manz. sup. n. 33. Barb. in dict. l. 2. n. 2. Cald. in l. si curatorem verbo sine curatore cod. de integritate restitut. n. 7. & multo si administrationem sine causa deseruerit; quia etiam cessationis ratio reddenda est; ex dict. l. 2. Manz. dict. n. 33.

Ampliatur secundo, quod, sicut tenebatur ipse tutor, vel curator ratione negligentiam, ex Cald. dict. n. 7. Barb. in dict. l. 2. n. 2. ita quoque ejus hæres de non gesto tenetur ex dict. l. 2. Barb. & Cald. sup. dicentes tutores, aut curatores, negligentes, ac desides, tamquam pupillis, minoribusque perniciosos, ac reipublicæ noxios removendos, longèque ablegandos esse, cum magis suæ, quàm minorum utilitati studeant, magisque eorum substantiam, & patrimonium exhauriant, quàm amplificent.

Ampliatur tertio, quod, sicut tutores, curatores tenentur, si quid ex re pupilli, vel adulti ad eos pervenit, ita quoque eorum hæredes, ex l. 4. cod. de hered. tutor. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 50. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. Manz. sup. n. 38. Barb. in dict. l. 4. Peres ad titul. cod. de hered. tutor. n. 2. Zoz. n. 1. & in annotat.

Ampliatur quarto, quod in hoc judicio veniat, & ab herede tutoris, seu curatoris peti possit etiam id, quod tutor, vel curator ex causa fidei justis

9 nis pupillo, seu minori debet l. 2. § 4. cod. de hered. tutor. quia pro minoris debitore apud ipsum minorem intercessit, l. adversus heredes 3. de hered. tutor. ubi Barb. deduxit conclusionem, quod heredes tenentur ad eos perventa restituere, & de neglectis à defuncto rationem reddere, Manz. sup. n. 45. ubi quod heredes defuncti tenentur ex eo, quod defunctus à se, vel ab alio non exegit.

10 Ampliatur quinto, quod teneatur proprio nomine, quando ea, quæ à defuncto fuerunt capta, hæres fuit excuslus, quia licet tutela ad heredes non transmittatur ex l. 16. ff. de tutel. rationib. l. 6. §. non tamen ff. de his, qui notantur infamia, nec officium administrationis, ex l. curatoris 17. cod. de negot. gest. sicut non transit societas, ut latè diximus tract. 2. lib. 6. cap. 9. à n. 19. tamen ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent, ex l. 1. ff. de hered. tutor. l. tutor. 27. ff. de appel. l. unic. §. 1. ff. si pendente appellatione, quod etiam procedit quo ad heredes sociorum, ut diximus dict. cap. 9. & probatur in l. nam § Servius 21. §. si vivo ff. de negotiis gestis, l. hæres socij ff. pro socio, Felic. de societate cap. 21. n. 25. § cap. 32. à n. 54. Manz. sup. n. 49. in negotiorum gestione, ex d. l. nam § Servius; in mandato ex l. per heredem 14. ff. mandati Peres ad tit. cod. hered. tutor. n. 3.

16 Ampliatur sexto, quod etiam proprio nomine conveniri valeat, si res pupillares possideat; quia quod penes tutorem fuit, ejus quoque hæres reddere debet, ex l. 1. §. 1. ff. de hered. tutor. Manz. sup. n. 52. Peres dict. n. 3.

17 Ampliatur septimo, quod etiam proprio nomine conveniri possit actione utili tutelæ, si in arca tutoris pupilli pecuniam invenerit, & consumpserit, ex l. 4. in princip. ff. de hered. tutor. Manz. sup. n. 53. Peres dict. n. 3.

18 Ampliatur octavo, quod etiam proprio nomine conveniri possit, si

pecuniam, quam tutor stipulatus fuerit, exegerit; quia supponitur tutor nomine pupilli stipulatus, & pecuniam pupillo debitam fuisse l. 4. in princip. ff. de hered. tutor. Manz. sup. n. 56. Peres dict. n. 3.

19 Ampliatur nono, quod non solum heredes tutorum, & curatorum possint pro gestis, & non gestis à defuncto, cujus heredes, conveniri, sed etiam heredes sociorum rationem reddere tenentur, ex l. 3. §. hæc actio ff. de neg. gestis, l. omnes 5. l. tutelæ 12. cod. arbitr. tutel. cum infinitis Felic. de societ. cap. 37. à n. 3.

20 Limitatur primo, si tutor, vel curator, vel socius rationes obtulerit, & dominum administrationis in mora recipiendi eas constituerit adeò, ut liberetur ejus hæres, & nequeat de cætero conveniri ex Gratian. forens. c. 790. n. 14. Mascard. concl. 1257. n. 12. Menoch. conf. 988. n. 7. Caphal. conf. 8. per tot. Surd. de aliment. tit. I. q. 47. n. 10. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 26. § n. 213. Socin. Jun. conf. 147. lib. 3. Felic. de societ. cap. 57. à n. 3. tum quia heredes censentur ignari, & parùm instructi, ex l. qui in alterius ff. de reg. jur. tum quia ratio reddita habetur, quando per eum, cui erat reddenda, stetit, quominus redderetur, l. jus civile 24. ff. de conditionib. § demonstrat. l. in jur. civil. 161. ff. de reg. jur. tum quia mora sua cuique nociva esse debet, ex l. si servus 1. §. sequitur ff. de verbor. obligat. licet contrarium sentire videatur Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 126. Surd. dec. 184. in fin. & alii ab eis relati Posth. civil. resol. 29. n. 13. Hees. de rationib. reddend. loc. 12. à n. 213. & cum multis docet Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 46. n. 147.

25 Limitatur secundo, quod licet tutores, curatores, socii, & cæteri administratores ex dolo, & culpa lata, & levi teneantur, ut diximus lib. 2. cap. 12. per tot. § lib. 2. cap. 2. per tot. heredes tamen non tenentur, nisi ex dolo, & culpa lata defunctorum, non autem

- ex levi, vel levissima, *l. 1. in fin. l. 4. in princip. ff. de hered. tutor. l. curatoris* 17. *cod. de negot. gestis l. 1. cod. de hered. tutor. ibi Barb. cum multis n. 2. Per.*
- 27 § *Zoez.* nisi lis sit inchoata, & contestata, vel si ex damno pupilli, vel adulti administrator, vel ejus hæres lucrum caperet, aut si tutor gratiosè alteri præstitit in præjudicium minoris, ut glossa explicat, cum pupillo acquirere potuit, & tamen alii permisit, vel si lucrum alteri per gratiam cum pupilli damno concessit; *Manz. de tutel. 2. p. tit. 7. q. 8. à n. 39. Barb. in l. 1. cod. de hered. tutor. n. 2. ibi Pres. n. 1. § Zoez. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 20. n. 4.* vel si non explicet inchoata per defunctum, vel si neglexerit munere magistratum, ut loco defuncti alius tutor, vel curator constitueretur; utrumque docet *Manz. sup. n. 58. § 52. primum ex l. 4. ff. de tutorib. hered. secundum ex l. tutor 7. § pecuniæ 13. ff. de administrat. § peric. tutor.*
- 30 Limitatur tertio, quod licèt, quando tutor inventarium non conficit, cæteraque instrumenta pupillaria non restituit, contra eum in litem jurari possit, ut videmus *tract. 1. lib. 4. cap. 1. in heredem tamen tutoris ob dolum tutoris defuncti non defertur hoc juramentum in litem ex l. ultim. cod. de juramento in litem, & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 120.* si ignoret ubi sunt instrumenta, de quibus instrumentis restituendis convenitur, quia ob ignorantiam excusatur *l. 8. §. cod. de hered. tutor. Manz. sup. n. 46.* nisi lis cum defuncto fuerit contestata, *l. 4. cod. de jurejurand. Manz. dict. n. 46. § 47.* vel nisi ipsius hæredis dolus, aut culpa lata arguatur *l. 1. § 2. cod. de hered. tutor. Manz. sup. n. 48.*
- 32 Limitatur quarto, quod licèt hæres regulariter teneatur de dolo, & culpa, ex qua tenebatur defunctus in quacunque materia, ut hæres socii, qui tenetur de dolo, culpa lata, & levi, de qua tenebatur socius, ut supra diximus, & probat *Felic. de societ. cap.*

21. à n. 25. hac tamen distinctione uti debemus; aut agitur de hærede, qui est hæres, & socius, ut evenit in societate vectigalium *ex l. adeò 59. ff. pro socio, & in societate contracta, interveniente juramento, aut in societate animalium, quæ transeunt ad hæredes, et Felic. dict. cap. 21. dict. n. 25.* & in hoc casu tenebitur hæres socii de ea culpa præstanda, quæ venit juxta naturam societatis, *Felic. n. 26.*

Aut agitur de hærede socii, qui non est socius, & in hoc casu subdistingendum est, an agatur de gestis à defuncto, vel de gestis ab ipso hærede, in primo casu datur actio, quæ daretur contra defunctum, si viveret, *ex l. verum 63. §. in hered. l. adeò 59. ff. pro socio:* in secundo, si hæres aliquid gessit voluntariè, de novo tenebitur de dolo, lata, & levi culpa, sicut quilibet alius negotiorum gestor, *ex l. tutor 20. cod. de negot. gest. ibi Barb.* si verò gessit de necessitate, ut quia negotium fuerat inchoatum, solum de dolo, & non de culpa tenebitur, *Felic. sup. n. 28. l. hæres socii ff. pro socio;* si verò inchoata à defuncto perficere prætermiserit, etiam de levi tenebitur, *Felic. n. 29.* & si socius culpam commisit in aliquo negotio, & in aliquo diligenter se gessit, non admittitur compensatio *l. non ob eam 25. l. § 61. ff. pro socio;* & idem dicendum est, si unus ex sociis alterum sibi assumat, nempe quod tenetur socius assumens de culpa socii assumpti; & si socius assumptus in aliquibus culpam commisit, & in aliquibus utilia gessit, compensatio non admittitur *ex l. de illo 23. §. idem querit ff. pro socio, Felic. de societate cap. 21. n. 3.*

CAPUT VIII.

An, & quando fideijussores tutorum, & curatorum, ac magistratus actione tutelæ, seu curæ conveniri possint?

SUMMARIUM.

- 1 Si solvendo tutores, & curatores, eorumque hæredes non sint fideijussores conveniuntur.
- 2 Et eorum hæredes, cum fideijussor etiam hæredes obligatos relinquat.
- 3 Qui à tutoribus nominati præsentés fuerunt, & non contradixerunt, imò passi sunt eorum nomina in actibus publicis referre, tanquam fideijussores conveniuntur: fideijussor de exactis per substitutum tutoris, & similia tenetur: contrarium sub n. 27. infra.
- 4 Affirmantes tutores esse solvendo, ut fideijussores tenentur, & quando.
- 5 Qui exhortatur, officio mandatoris non fungitur.
- 6 Neque qui sine dolo, nec sui lucri causa aliquem laudat.
- 7 Qui aliquem in tutorem nominarunt, vel postularunt per se, vel per alium pro fideijussoribus habentur.
- 8 Falit in matre.
- 9 Nisi in decreto specialiter comprehensum sit, quod matris periculo datur.
- 10 Post fideijussores magistratus convenitur.
- 11 Pater agnoscens tutelam filiofamilias datam, tanquam fideijussor in solidum tenetur.
- 12 Idem si pater pro filio intercessisset fortè contutore, vel quovis alio volente eum suspectum facere, & quasi in se periculum suscepisset.
- 13 Extra quos duos casus pater tantum de peculio, sivè in rem verso tenetur.
- 14 Fideijussores, nominatores, & affirmatores ex stipulatu tenentur.
- 15 Contra prædictos agi potest ex eisdem causis, ex quibus contra tuto-

- rem, & curatorem agi poterat; & vice versa.
- 16 Adversus unum ex pluribus tutoribus in solidum agi potest, absque divisionis beneficio.
- 17 Fideijussores, affirmatores, nominatores conveniri possunt, quando tutores, & curatores conveniri valent.
- 18 Fideijussor de gestis à tutore post tutelam finitam, vel à curatore post litem finitam, nulla necessitate cogente, non tenetur.
- 19 Nisi quando gestum tutelæ connexum esset.
- 20 Contrarium tamen ex generali consuetudine servatur.
- 21 Fideijussor tutelæ, vel administrationis, non ad reddendas rationes, sed ut reliqua solvat post eas redditas tenetur, licèt beneficio ordinis expressè renuntiasset.
- 22 Fideijussor promittens solvere quantitatem, in qua principalis debitor apparuerit in rationibus expunctis principali mortuo ante rationes redditas, liberatur.
- 23 Fideijussor tutoris, vel curatoris, aut socii exequi non potest pro reliquis cum principali liquidatis, si ad ratiocinia citatus non fuit, licèt tanquam depositarius se obligasset.
- 24 Quando fideijussores tutorum beneficium divisionis habeant, traditur.
- 25 Idem.
- 26 Hodie beneficium excussionis fideijussores tutorum, & curatorum habent.
- 27 Fideijussori indemnitas, vel in eo, quod à principali exigi non potest beneficium excussionis competit, licèt id renuntiasset.
- 28 Fideijussor non tenetur in omnibus casibus, in quibus principalis non tenetur, imò omnibus exceptionibus ipsi principali competentibus, se defendere potest.
- 29 Nisi personales exceptiones sint, vel non detur contra principalem regressus.
- 30 Quibus modis fideijussor liberetur, traduntur. Dd ij 31 Et

- 31 *Et pro parte solutionis, pro parte fideijussor liberatur.*
- 32 *Si pupillus, vel pubes maior factus requisitus à fideijussore rationes negligenter non sumat à tutore, vel curatore, liberatur fideijussor, nisi beneficio excussionis renuntiaverit.*
- 33 *Quando fideijussor adversus creditorem agere potest, ut eum liberet? Remissivè.*
- 34 *Quando fideijussor pro prorogata obligationis principalis teneatur, vel non, traditur hic; & n. seq. 35.*
- 36 *Fideijussor tutoris, & curatoris captorum ab hostibus, statim ad rationes reddendas tenetur.*
- 37 *Fideijussores tutoris, vel curatoris etiam transacto decennio petere non possunt, ut liberentur, quando fideijuberunt pro traditione bonorum virtute regie provisionis, nisi tutor, vel curator se malè versaverit.*

SI tutores, curatores, & eorum hæredes non sint solvendo, tunc secundo loco conveniuntur fideijussores, *ex tot. tit. ff. & cod. de fideijus. & nominatorib. & hæredib. tutor. & curatorum, Manz. de tutel. 2. p. tit. 7. à n. 1. Peres ad tit. cod. de fideijus. tutor. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 7. à n. 17. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. à n. 34. Gutt. de tutel. 1. p. cap. 12. à n. 20. latissimè Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. à q. 12. cum sequentib. de fideijussorib. sociorum, Ord. lib. 4. tit. 59. in princip. ibi Barb. Altimar. de nullitatib. in contractib. q. 30. à n. 1. ad n. 531.*

2 Ampliatur primo, quod id, quod dictum est de fideijussoribus, his mortuis, locum habeat in hæredibus eorum, quia fideijussor non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum, *ex §. 2. Inst. de fideijus. ibi Harpetr. & Manz. & in terminis dict. tit. 7. n. 3. Berlich. practicabil. 2. p. concl. 26. per tot. cum multis Altimar. de nullitat. in contract. rub. 1. p. 3. q. 30. à n. 15.*

Ampliatur secundo, quod fideijussores hoc loco, non tantum existimandi sint, qui promiserunt, & expressè fideijusserunt, sed qui à tutoribus nominati præsentés fuerunt, & non contradixerunt, sed nomina sua referre in actibus publicis passi sunt *l. 4. ff. de fideijus. tutor. Barb. ad rub. cod. de fideijus. tutor. l. 5. ff. eodem Manz. de tutel. 2. p. tit. 7. n. 4. ubi præstat rationes Altimar. d. q. 30. n. 85. Bich. dec. 235. ubi per tot. quod fideijussor tenetur de exactis per substitutum tutoris, curatoris, seu administratoris.*

Ampliatur tertio, quod eadem sit causa affirmatorum, qui scilicet tutores idoneos esse affirmaverint, *ex l. 4. §. fin. ff. de fideijus. tutor. quia fideijussorum vices sustinent, arg. tx. in l. in caus. 13. ff. de minoribus, Manz. de tutel. 2. p. tit. 7. n. 6. quæ ampliatio non procedit, quando tempore affirmationis tutores, vel curatores essent solvendo, ex Duaren. ad tit. de fideijus. tutor. Manz. dict. n. 6. tum quia ille, qui exhortatur, mandatoris officio non fungitur; *l. ob carmen 20. ff. de his, qui notant. infamia, Arouc. alleg. 74. num. 2. l. 1. §. Pomponius ff. depositi; tum quia consilij non fraudulentum nulla est obligatio l. 47. ff. de reg. jur. l. 2. §. fin. ff. mandati cum aliis adductis ab Arouc. dict. alleg. 74. n. 3. tum quia, qui sine dolo, nec sui lucri gratia aliquem laudat, ut cum eo contrahatur, non tenetur; *l. si vero §. cum quidam ff. mandati, l. fin. cod. quod cum eo, l. eleganter 7. §. fin. ff. de dolo, Arouc. dict. alleg. 74. n. 5. Gom. 2. var. cap. 13. n. 5. Mantic. de tacitis lib. 7. tit. 3. à n. 1. Cancer. 1. var. c. 22. n. 23. cum aliis adductis ab Arouc. alleg. 74. n. 5. & 79. per tot. cum multis Altimar. d. q. 30. à n. 367.***

Ampliatur quarto, quod etiam hi teneantur, & in effectu pro fideijussoribus habentur, qui postularunt, vel nominarunt aliquem in tutorem, vel curatorem, sive per se, sive per alium hoc faciant, *l. 2. ff. de fideijus. tutor. Manz. sup. n. 7. & conferunt quæ diximus*

8 ximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. nisi mater
nominaverit; ex l. 1. § 2. cod. si mater
indēnitatem promiserat, ibi Barb. Zoz.
9 § Peres, dummodo specialiter decreto
comprehensum non sit periculo ma-
tris, quæ tutorem peti, tutorem dari,
Manz. sup. n. 9.

10 Ampliatur quinto, quod si nec
tutor, nec curator, nec fideiussor sit
solvendus, possit conveniri magistra-
tus, qui aut tutorem, seu curatorem
non dedit, vel minus idoneos sine fi-
deiussione dedit vel non idoneos fi-
deiussores recepit; l. 4. § 5. cod. de
magistr. conveniend. & diximus latè
tract. 3. lib. 2. cap. 10. per tot. latè An-
sald. de comercio, § mercatur. disc. 29.
per tot.

11 Ampliatur sexto, quod tunc, si
filiusfamilias tutor à Præatore datus sit,
& pater ejus tutelam agnovit, in soli-
dum tanquam fideiussor teneri debeat;
ex l. 7. ff. de tutel. l. 15. ff. de excusat. tu-
12 tor. quod idem est, si pater intercessis-
set pro filio fortè contutore, quovis
alio volente eum suspectum facere, &
quasi in se periculum suscepisset ex l.
Lucius 21. ff. de administr. § pericul.
13 tutor. extra hos duos casus non in soli-
dum, sed actione tutelæ obliquæ de
peculio tantum, vel de in rem verso te-
netur, l. Lucius.

14 Ampliatur septimo, quod tam fi-
deiussores, quàm nominatores, & af-
firmatores teneri ex stipulatu, ut do-
cent Jul. Pac. Cujac. & Bachov. in no-
tris ad Wesemb. ad tit. ff. de fideiuss. tu-
15 tor. Manz. de tutel. 2. p. tit. 7. n. 12. con-
tra Vigeliū in methodo juris civilis
lib. 5. cap. 18. reg. 4. § 6.

15 Ampliatur octavo, quod ex illis
causis, cum eis agi possit, ex quibus con-
tra tutorem, & curatorem agi potest,
arg. l. 1. ff. rem pupil. salvam fore, è
contrario in quibus causis adversus tu-
torem, & curatorem agi non potest,
tunc sine dubio, nec adversus ejus fi-
deiussorem actio danda sit; Vigel. dict.
16 reg. 5. Manz. n. 13.

Ampliatur nono, quod adeò vera

fit, ut, si plures sint dati tutores, ad-
versus unum quemlibet in solidum agi
possit absque eo, quod possint petere
beneficium divisionis, ut diximus sup.
cap. 3. n. 31. § 32. Manz. de tutel. 2. p.
tit. 7. à n. 22. l. fin. ff. rem pupil. salvam
fore, de quo infra à n. Ord. lib. 4. tit. 59.
§ 4 ibi Barb.

Ampliatur decimo, quod tunc
17 fideiussores, affirmatores, nominato-
res conveniri possunt, quando tutores,
& curatores valent conveniri; ex l. 4.
§ 5. ff. rem pup. salv. fore, Manz. dict.
tit. 7. n. 29. § 30. Vide Ansaldo. de co-
merc. discurs. 17. per tot.

Limitatur primo, quod fideiussor
18 de his, quæ tutor gessit post finitam
tutelam, vel curator post finitam litem,
nulla necessitate cogente, sed ex me-
ra sua, & spontanea voluntate gessit,
non tenetur; l. Lucius 46. §. 4. ff. de
19 admin. tutor. nisi tutor, vel curator ne-
gotium aliquod tutelæ, seu curæ con-
nexum gesserit; Manz. dict. 7. n. 14.
§ 15. Peres ad tit. cod. de fideiuss. tutor.
n. 5. ubi advertunt, quod, cum mori-
bus universalibus introductum sit,
quod tutelæ administratio prorogatur
20 usque ad ætatem viginti quinque anno-
rum, consequens est, quod periculum
extendatur usque ad prædictam æta-
tem, ut diximus lib. 3. cap. 4. per tot.
ita judicavi in Senatu in gravamine
Francisci de Britto, Eborensis, Nota-
rio Dominico Ludovico de Oliveira.

Limitatur secundo, quod fideiussor
21 tutelæ, seu curæ, aut administra-
tionis non possit conveniri, ut ratio-
nes reddat, sed tantum, ut reliqua sol-
vat post redditas rationes, etiam si ex-
ceptioni ordinis expressè renuntiave-
rit; Fab. in cod. lib. 5. tit. 33. de finit. 2.
Zoz. ad tit. cod. de fideiuss. in annot. ad
22 fin. quod adeò verum est, ut, si fidei-
jussor solvere promiserit eam quanti-
tatem, in qua obligatus principaliter,
expunctis rationibus, debitor appa-
ruerit, si decedat obligatus principa-
lis, rationibus non expunctis, fideiussor
non erit obligatus; Felic. de societ.
cap.

cap. 29. n. 56. ubi multos citat *Escob. de ratioc. c. 34. a n. 3.* ubi cum multis docet, ut fideiussor tutoris, vel curatoris, aut socij non potest exequi pro reliquis cum principali liquidatis, si ad ratiocinia citatus non fuit; *Cov. pract. cap. 39. n. 5.* ibi *Faria, Ansald. de comercio discurs 31. per tot.* etiamsi se obliget non solum ut fideiussor, sed etiam ut depositarius *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 14. à n. 267.*

24 Limitatur tertio, quod licet fideiussores tutorum, & curatorum ex sua persona divisionis beneficium non habeant, tamen, si plures sint fideiussores unius tutoris, sive plures ab uno tutore dati sint, habeant illud ex persona, & causa tutorum, pro quibus fideiusserunt; v. g. si pupillus habuisset tres tutores pro indiviso tutelam administrantes, & quilibet eorum tutorum dedisset unum fideiussorem, tunc in casu, quo fideiussores conveniri possunt, beneficium divisionis habent, ita ut quilibet tantum pro rata, seu virili portione teneatur *l. 6. ff. de fideijus. tutor. Manz. dict. tit. 7. n. 74.*

25 Limitatur quarto, quod tunc beneficium divisionis habeant, si adulto facto pupillo novaverint contractum, ex *l. 7. ff. de fideijus. tutor. Manz. sup. n. 26.*

26 Limitatur quinto, quod licet olim non habuissent fideiussores tutorum, & curatorum beneficium excussionis ex *l. 1. cod. de fideijus. tutor.* ubi *Barb. cum multis,* tamen hodie ex Authentica præsentis *cod. de fideijus. novel. 4. in princip. eis competit, Manz. sup. n. 27.*

27 § 28. *sup. n. 2.* & fideiussori indemnitate, vel in eo, quod à debitore principali exigere non possit, beneficium excussionis, & si ab eo fuisset renuntiatum; *Barb. in l. 2. cod. de fideijus. tutor. n. 2. Afflict. dec. 318. n. 2. Gom. 2. var. cap. 13. n. 3. Gutt. practicar. lib. 1. q. 40. n. 1. Duenb. reg. 335. ampliatur. 2. & dicemus lib. 8. cap. 11. à n. 10. Altimar. d. q. 30. ubi n. 85. quod fideijubentes pro tutore, curatore, vel admini-*

stratore, non obligatur pro substituto.

Limitatur sexto, quod fideiussor non teneatur in omnibus casibus, in quibus debitor principalis non tenetur, & se defendere possit omnibus exceptionibus ipsi principali competentibus, *l. 2. ff. quæ res pignori obligari non poss. l. omnes 19. ff. de except. l. constitutionib. 20. cod. de usur. Felic. de societ. cap. 31. à n. 45. l. exceptiones 7. ff. de except. §. fin. Inst. de replicat. ibi Harp. Manz. de fideijus. cap. 7. à n. 19. nisi sint merè personales, vel si non detur regressus contra principalem; Manz. sup. n. 23. § 28. Harp. ad §. fin. Gom. 2. var. cap. 14. à n. 9. ibi *Aylon, Harpetr. in §. si plures 4. Inst. de fideijussorib. à n. 68. Olea tit. Altim. d. q. 30. à n. 417.**

Limitatur septimo, quando debitor est liberatus solutione, vel oblatione pecuniæ debitæ cum deposito, vel novatione, vel interitu rei in obligationem deductæ, vel transactione, vel confusione, successione facta, vel pacto de non petendo, vel condonatione, vel præscriptione, vel prorogatione termini, vel ex alio capite, ex quo liberatur fideiussor, quorum decem, & sex refert *Manz. de fideijus. cap. 11. à n. 1. usque ad 76. Gom. 2. var. c. 13. à n. 20. ubi Aylon, & etiam tutor solvens partem, liberat fideiussorem quo ad partem, quæ soluta fuit ex l. 1. § 2. cod. de fideijus. tutor. Barb. in dict. l. 2. n. 1. Harpetr. sup. in §. si quid 6. à n. 11. usque ad n. 26. ubi duodecim dat *Altimar. d. q. 30. à n. 253. ad n. 271.**

Limitatur octavo, quando pupillus, vel pubes maior factus fuit negligens in exigendis rationibus à tutoribus, & curatoribus, postquam requisitus fuerit à fideiussore, ut rationes fumeret, *Manz. sup. n. 59. nisi fideiussor renuntiaverit beneficio excussionis, quia tunc, nec interpellationibus, nec præmonitionibus, culpæ, & negligentia creditoris adjunctis, quidquam ad se liberandum efficeret, Manz. sup. n. 60. l. si fideijus. 41. ff. de fideijus. l. decem 116. ff. de verbor. obligat.*

gat. Gom. dict. cap. 13. à n. 9. Harp. in §. siquid autem 6. Inst. de fideijus. a n. 7. ubi casus omnes refert, in quibus fideijussor potest agere contra creditorem, ut eum à fideijussione liberet; Cardos. verb. fideijussor n. 21. Barb. ad Ord. lib. 4. tit. 59. à n. 10. Almeid. de numer. quinar. cap. 11. per tot. Valasc. conf. 36. per tot. & diximus in decisionib. Portuensib. dec. 45. per tot. Cætera vide lib. 8. cap. 11. Altimar. sup. n. 276.

34 Limitatur nono, quando fideijussores tutorum, & curatorum se expressè obligaverint pro administratione futura facienda inter certum, & determinatum tempus, & non amplius; quia tunc si tutela, vel cura prorogata fuit ad plures annos, fideijussores non tenentur Maur. de fideijussorib. cap. 33. sect. 1. n. 16. latè Oter. de officialib. reipublicæ 1. p. cap. 18. à n. 20. ad n. 32. ubi infinitos refert Moraes de execut. instrumentor. §. sententiar. lib. 2. cap. 16. à n. 14. §. 15. ubi plura jura, & DD. habes, Per. dec. 20. n. 3. Phæb. dec. 132. à n. 16. & in terminis nostris n. 17. secus si suppliciter accesserint, vel pro iudicio iusti, vel pro publicanis reddituum regalium ex Ord. lib. 5. tit. 132. §. fin. Moraes sup. à n. 15. Phæb. sup.

36 Fideijussor tutoris, & curatoris tenetur reddere rationem statim, quod constiterit tutorem captum fuisse ab hostibus Escob. de ratiocin. cap. 6. n. 14. ex l. si pupil. §. si tutor ff. de tutela rationib. distrabend. Cyriac. contr. 358. n. 13. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 22. & non possunt petere transacto decennio, ut à fideijussione liberentur, quia præstiterunt pro traditione bonorum, tutori, seu curatori ex Regum provisione, nisi tutor, seu curator malè verlaverit Phæb. 1. p. aresto 55. Peireir. in promptur. juris verb. fideijus. n. 689. Barb. ad Ord. lib. 4. tit. 59. n. 10.

CAPUT IX.

An, & quando protutor, vel procurator conveniri possit?

SUMMARIUM.

- 1 Protutor, & procurator, qui sint.
- 2 Protutor actione utili protutela, & procurator actione negotiorum gestorum, tenentur.
- 3 Actio protutela personalis, prætoriana, & bonæ fidei est.
- 4 Ei, qui sub tutela putativa fuit, competit; quod explicatur.
- 5 Heredibusque pupilli, seu adulti competit.
- 6 Contra eum, qui officium tutoris, vel curatoris subit.
- 7 Quod quatuor modis contingere potest.
- 8 Quando falso se fingit tutorem esse, magis falsus quam putativus tutor est; sed in omnibus casibus melioris conditionis, quam tutor verus, vel curator, putativus esse nequit.
- 9 Si servus quasi tutor, vel curator egerit adversus dominum, actio protutela, seu negotiorum gestorum datur.
- 10 Et si mulier tamquam tutrix, vel curatrix gerat, rationem reddere tenetur.
- 11 Aliquando contra verum tutorem actio protutela datur.
- 12 Pro gestis post tutelam finitam actio protutela datur.
- 13 Idem quando quis à principio errore ductus tanquã tutor administraverit, & errore directo continuaverit.
- 14 Idem quando quis ob compulsationem Judicis administraverit, existimans tutorem esse, cum non esset.
- 15 Idem quando quis de mandato tutoris administraverit.
- 16 Idem quando quis inutiliter datus, sponte administravit.
- 17 Etiam contra hæredes protutoris, & procuratoris hæc actio datur.

- 18 In actione protutela omnia veniunt, quæ in actione tutela, & in actione negotiorum gestorum, quæ in actione curæ, veniunt.
- 19 Et neglecta veniunt, nisi omninò tutelam, seu curam non attingant.
- 20 Ita rationes reddere, reliqua restituere, damnaque resarcire tenentur.
- 21 Gesta non gerenda, & non gesta gerenda veniunt.
- 22 Proxima conclusio declaratur, & n. 23.
- 24 Ex dolo, culpa lata, & levi tenentur.
- 25 Frater tamen, vel alius cohæres hæreditatem, vel bona communia administrans, de dolo tantum, & lata culpa tenetur.
- 26 Declaratur proxima conclusio.
- 27 Hæres protutoris, vel procuratoris de levi culpa defuncti non tenetur, sed tantum de dolo, & culpa lata.
- 28 Actio protutela, seu negotiorum gestorum etiam ante pubertatem datur.
- 29 Adversus protutorem, & procuratorem hypotheca tacita, & omnia privilegia competunt.
- 30 Hujusmodi protutores, & procuratores inventarium conficere, rationem reddere, & facere tenentur omnia, quæ tutores, & curatores.
- 31 Et pupillo acquirere.
- 32 Cessat tamen actio, si cognito errore se abstineant, dummodo agnatos, & cognatos admoneant, & minorem, ut tutorem, seu curatorem petant.
- 33 Protutor, seu procurator agens exceptione illegitimationis, in qualunque judicii parte repelli potest.
- 34 Protutor, seu procurator nullo modo alienare potest.
- 35 Et si alienet pupillus, revindicare potest.
- 36 Nisi usucapta sit.
- 37 Legatum relictum tutori, seu curatori, procuratori, seu protutori non debetur.
- 38 Contractus initi nomine pupilli per protutores, vel procuratores ipso

jure nulli sunt, & restitutione non indiget.

- 39 Tria, de quibus hic, concurrere debent, ut actio protutela locum habeat.
- 40 Si impuberis negotia gessit, non actione protutela, sed negotiorum gestorum tenetur.
- 41 Idem si quasi curator impuberis negotia gessit.
- 42 Agenti protutore, seu procuratore actio contraria protutela competit.
- 43 An solutio facta putativo protutori, vel procuratori debitorem liberet, disputatur.

Protutor dicitur is, qui, cum tutor non esset, impuberis negotia gessit, & procurator dicitur, qui, cum curator non esset, negotia puberis gessit, ex l. 1. ff. de eo, qui pro tutore, Thom. de tutor. tit. 12. cap. 1. à 1. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 25. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. à n. 13. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 17. à n. 1. Manz. de tutel. 2. p. tit. 5. à n. 1. Thom. infra à n. 1. Quesad. Pil. contr. forens. cap. 17. per tot.

Ampliatur primo, quod protutor actione utili protutela, & procurator actione negotiorum gestorum tenetur; Manz. dict. tit. 5. n. 2. qui n. 3. dicit quod actio protutela est actio personalis prætoriana bonæ fidei, per quam cogitur protutor generalem rationem reddere, ex l. 1. in princip. ff. de eo, qui pro tutore, ubi Zoësius.

Ampliatur secundo, quod actio protutela detur ei, qui sub tutela putativa fuit, & ei, qui sub cura putativa fuit, hoc est, qui sub tutela, & cura verè non fuit, esse tamen potuisset, quo tempore negotia ejus à protutore, & procuratore administrabantur, quia scilicet ejus ætas erat capax tutorem, vel curatorem habendi, Manz. sup. n. 4. Thom. de tutorib. tit. 27. cap. 2. à n. 2.

Ampliatur tertio, quod detur hæredibus pupilli, seu adulti, si contingerit

gerit ipsos mori; quia est actio perle-
cutoria rei, *Manz. sup. n. 6. Oldendrop.*
q. 5. per tot.

6 Ampliatur quarto, quod detur
contra protutorem, hoc est, contra
eum, qui officium tutoris, vel cura-
toris subit, quod quatuor modis con-
tingere potest. Primus, quando falso
putaret se esse tutorem, vel curato-
rem. Secundus, cum putaret, se tu-
torem, vel curatorem esse posse, cum
esse non posset. Tertius, cum ignora-
ret se tutorem, vel curatorem, cum
revera esset. Quartus, quando finge-
ret se esse, cum sciret se non esse; *l.*
1. §. 1. l. quero 3. ff. de eo, qui pro tutore;
Oldendrop. q. 3. Manz. num. 7. in quo
quarto casu, magis falsus, quam pro-
tutor dicendus est, sed in his omni-
bus casibus actio protutelæ, vel ne-
gotiorum gestorum datur; quia non
debet esse melioris conditionis tutor,
vel curator putativus, seu falsus, quam
tutor verus; *Manz. sup. n. 7. Thom. de*
tutorib. tit. 27. cap. 1. à n. 1.

9 Ex quo sequitur primo, quod,
si servus quasi tutor, vel quasi cura-
tor egerit, danda sit in dominum actio
protutelæ, seu negotiorum gestorum
de peculio, *l. 2. §. 1. ibi glos. ff. de eo,*
qui pro tutore. Secundo, quod, si mu-
lier protutore res pupillares admini-
strasset; vel procuratrice gessisset, ad
præstandam rationem prædictis actio-
nibus tenetur, *ex l. 1. de confirm. tutor.*
Manz. sup. n. 8. Tertio, quod aliquan-
do actio protutelæ detur contra ve-
rum tutorem, si is se tutorem esse igno-
raverit, & nihilominus in eo errore
tutelam gesserit *l. quero 3. ff. de eo, qui*
pro tutor. Quarto, quod, si quis for-
tè, finita tutela, ex eo, quod tempus,
ob quod fuit data, sit transactum, ges-
serit, actione protutelæ tenebitur
l. 1. §. 4. ff. de eo, qui pro tutor. Quinto,
quod, si quis ab initio, cogitans non
esse tutorem, administravit, & postea,
cognito errore, tamquam tutor ad-
ministravit, actione tutelæ, seu protu-
telæ tenebitur, *l. 1. §. sed §. si ff. de eo, qui*

pro tutor. Sexto, quod, si quis ob com-
pulsatione Judicis administraverit, exi-
stimans se esse tutorem, cum tamen non
esset, actione protutelæ tenebitur, *l. 1.*
§. 7. ff. de eo, qui pro tutor. Manz. sup. n.
12. Septimo, quod actione negotiorum
gestorum, & non protutelæ tenebitur,
qui mandato tutoris administravit; *l.*
4. cod. negot. gest. Octavo, quod, si tu-
tor inutiliter datus, sponte administra-
vit quasi tutor, protutelæ actione tene-
bitur, *Manz. sup. n. 15. Vigel. in method.*
jur. Civil. lib. 5. cap. 18. q. 9. except. 5.
Thom. de tutorib. tit. 22. cap. 1. n. 4.

10 Ampliatur quinto, quod etiam
dentur prædictæ actiones contra hæ-
redes protutoris, seu procuratoris,
quia non prosequitur pœnam, sed res,
Manz. sup. n. 14. Thom. sup. Quæsad.
Pil. contr. ov. forens. cap. 17. per tot.

11 Ampliatur sexto, quod in actione
protutelæ veniant omnia, quæ in ju-
dicium tutelæ venire *lib. 2.* dictum est,
& in actione negotiorum gestorum ve-
niant omnia, quæ in actione curæ ve-
nire debent, de quo dicemus; ideò
que protutor tenetur ad ea, quæ cu-
rator, ut puta, pecunias pupilli in emp-
tionem prædiorum convertere, vel ad
honestum lucrum collocare, alioquin
ad interesse tenebitur; *Gutt. de tutel.*
2. p. cap. 17. n. 3. Montan. de tutel. cap.
39. n. 24. Cravet. cons. 205. à n. 37. Thom.
de tutorib. tit. 22. cap. 1. n. 2. & de negle-
ctis, nisi omnino tutelam, vel curam
non attingant, *ex l. 1. ff. de eo, qui pro*
tutor. Thom. sup. n. 3. & ad hoc, ut pro-
tutor, vel quasi curator cogatur ratio-
nes reddere, reliqua restituere, nec
non damna mala administratione data
resarcire, *Manz. de tutel. 2. p. tit. 5. n. 16.*

12 Venit etiam quidquid gestum est,
& quod non est gestum, quod geri de-
bebat, *Manz. dict. tit. 5. n. 16.* dum-
modo quo ad ea, quæ non fuerunt ge-
sta, discrimen quoddam inter tutorem,
& protutorem sit adhibendum, *ex l. 1.*
§. fin. ff. de eo, qui pro tutor. ubi quæ-
ritur an protutor etiam in id teneatur,
quod non gessit; & respondit, quod si

Et omni-

- 23 omninò non attingerit tutelam, vel curam, non teneri; si autem gerere cæperit, quædam autem non gessit, ea tenus tenetur, quatenus non gesta, alius facturus esset, si ipse se non immiscuisset, *arg. l. 6. §. ult. ff. de neg. gest. Manz. sup. n. 17. de quo latè lib. 6. cap. 5.*
- 24 Ampliatur septimo, quod protutor, & procurator teneantur ex dolo, culpa lata, & levi, ex qua tenetur tutor, & curator; *Manz. sup. n. 16. ex l. 4. ff. de eo, qui protutor. Thom. de tutorib. tit. 22. cap. 1. n. 5. Gutter. de tutel. p. 2. cap. 17. n. 8. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 16.*
- 25 non tamen tenetur frater, vel alius cohæres administrans hæreditatem, vel bona communia, nisi de dolo, & culpa lata; *Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 10.*
- 26 quod tamen intelligendum est, si frater administraverit jure fraternitatis, vel condominus jure condomini; secùs, si ut tutor, vel curator; *Michalor. dict. cap. 44. n. 10.*
- 27 nec hæres protutoris, vel procuratoris, qui non tenetur de levi culpa defuncti, sed tantùm de dolo, seu lata culpa, *Manz. sup. n. 20.*
- 28 Ampliatur octavo, quod actio protutelæ detur etiam ante pubertatem, & actio utilis protutelæ, quæ competit minori, qui sub cura putativa fuit, detur, non finita pubertate; quia tutor, & curator non est, & sicut nullum certum principium habet, nullum certum finem spectari debet, ut actio moveatur, *l. 1. §. cum eo 3. ff. de eo, qui pro tutor. l. cum curator. 26. ff. de administr. & pericul. tutor. Manz. sup. n. 22.*
- 29 Ampliatur nono, quod contra protutorem, & procuratorem competant pupillo hypotheca tacita, & omnia privilegia, quæ competunt contra tutorem, & curatorem; *Thom. de tutorib. tit. 22. cap. 1. n. 8. Gutter. dict. c. 17. n. 17. & 18. de quibus diximus tract. 3. lib. 6. cap. 27. per tot. Quæsad. dict. c. 17. n. 12.*
- 30 Ampliatur decimo, quod teneantur, sicut tutores, & curatores, con-

ficere inventarium, reddere rationem, & alia facere, quæ tutores, & curatores, *Mascard. concl. 1397. n. 16. Thom. sup. n. 9. Gutter. dict. cap. 17. n. 19. & diximus tract. 1. lib. 4. c. 1. pupillo acquirere, ex l. 1. cod. de eo, qui protutor. ubi Barb. cum multis Peres, & Zoes. Thom. dict. tit. 22. cap. 1. n. 14. Galgan. sup. n. 36. qui alios referunt.*

Limitatur primo, quando cognito quod tutores, vel curatores non sint, se ab tutela, & cura abstinerint, dummodo admoneant agnatos, & cognatos pupilli, ut ei de tutore provideant, & minorem, ut curatorem petat, *l. 1. §. fin. ff. de eo, qui pro tutor. Manz. sup. n. 19.*

Limitatur secundo, quod in multis differant protutores, & procuratores à tutoribus, & curatoribus ultra ea, quæ dicta manent: quia tutor, vel curator nomine pupilli, seu minoris agere valet, protutor, seu procurator exceptione illegitimationis in quacunque parte judicii repelli potest, *Manz. sup. n. 32. l. non utiliter ultim. cod. de eo, qui pro tutore, ibi Barb. n. 3. cum multis Pinel. in l. 1. cod. de bon. matern. 3. p. n. 32. Cald. de renovat. cap. 17. n. 32. Cardos. in prax. verb. except. n. 7. tutor, & curator bona pupilli, seu adulti aliquando vendere potest, ut vidimus tract. 3. lib. 7. cap. 2. per tot. protutor, vel procurator alienare nullo modo nequit, l. 2. ff. de eo, qui pro tutor. Manz. sup. n. 28. l. 4. cod. de curat. furiosi, Galgan. l. 2. tit. 21. n. 14. & tit. 25. n. 16. Thom. sup. n. 11. & si alienet, ea pupillus vindicare valet, *Manz. sup. n. 29. Thom. sup. n. 11. & n. 18. Gutt. dict. cap. 17. n. 9. nisi usu capta sit ex sup. citatis DD. Quæsad. Pil. contr. forens. cap. 17. per tot.**

Limitatur tertio, quod legatum tutori, seu curatori relictum non debeat protutori, seu procuratori; *Galgan. dict. tit. 25. n. 16. Gutt. sup. n. 21. Thom. n. 21. & contractus initi nomine pupilli sint ipso jure nulli, ita ut restitutione in integrum non indigeant,*

ant, l. si is, qui ff. de eo, qui pro tutor. Thom. n. 23. Quæsad. sup. n. 42.

39 Limitatur quarto, quod actio protutelæ non competat, nisi tria concurrant. Primum, quod negotia impuberis gesta sint. Secundum, quod nomine tutorio sit administratum. Tertium, quod agatur pro factis, & gestis; nam si nihil gessit, ad nihilum tenetur; Thom. cum multis sup. n. 24.

40 Limitatur quinto, quod non teneatur actione protutelæ, si impuberis negotia gessit, sed actione negotiorum gestorum, l. 1. §. si quis quasi ff. de eo qui pro tutor. Galgan. dict. tit. 25. n. 15. Thom. sup. n. 25.

41 Limitatur sexto, quod non teneatur actione protutelæ, sed negotiorum gestorum, si quasi curator impuberis negotia gessit, l. 1. §. si curator ff. de eo, qui pro tutor. Galgan. dict. n. 15. Thom. sup. n. 26. & agenti protutore, vel procuratore contraria actio protutelæ competit, l. fin. ff. de eo qui protutor. l. 1. §. hæc actio ff. de contr. act. tut. Manz. sup. n. 26. Thom. n. 6. Galgan. n. 16. Vide citata lib. 6. cap. 3.

42 In nostro Senatu Supplicationis vidi accerrimè disputatum inter sapientissimos Patres: utrum solutio facta tutori putativo, & publicè pro vero habito, nec non à Judice admissa, & tollerato, liberavisset debitorem sic solventem, vel potuisset minor, seu ejus hæres agere contra solventem? Et affirmativè resolutum, me renitente cum alio sapientissimo Collega ex juribus, & rationibus à me expressis tract. 3. lib. 6. cap. 22. n. 51. & 52. & à Salgad. in labyrinth. 2. p. cap. 9. num. 36. Pactan. de locato cap. 36. Ansaldo. de merc. discurs. 25. n. 6. inter quos ea mihi potissima fuit, quia solvens non contraxit, seu quasi contraxit cum tutore putativo, & solutio eum non liberat ex juribus apertis, & DD. terminantibus, quos citavi d. tract. 3. lib. 6. c. 22. n. 51. & 52. ut putabam cū Altim. de nullitatib. rubr. 11. q. 235. n. 57. non esse habendam rationem, quod tutor

43 palam, & publicè administrabat ut tutor, & deberi sustineri actus, ne mundus involvatur litibus ad tx. in l. Barb. ff. de officio prætoris: nec dispositio dicti textus procedit in officiis publicis autoritate, & utilitate, non autem in privatis, neque in tutore, cujus officium licet sit autoritate publicum, utilitate tamen privatum est, ut diximus tract. 3. lib. 1. cap. 2. l. si non subscripsisti cod. de administrat. tutor. ibi Barb. cum multis Altim. sup. d. n. 57. & vide quæ dicemus hoc tract. lib....

44

CAPUT X.

Quibus remediis succurratur cum falso tutore nomine pupilli contrahenti?

SUMMARIUM.

- 1 Qui ignoranter cum falso tutore pupilli nomine contraxit, in integrum restituitur.
- 2 Autoritas putativi tutoris contrahenti obesse non debet, nec decipi debet.
- 3 Si currente causa cum falso tutore, pupillus præscriptionem impleat, agens ad tempus actionis amissæ restituitur.
- 4 Idem quando verus tutor auctoritatem præstare non poterat, sive dolo malo administret, sive bona fide.
- 5 Restitutio in integrum in hoc casu, Judicis officio implorato petitur.
- 6 Etiam adversus protutorem, vel procuratorem, per actionem in factum hujusmodi contrahens succurratur.
- 7 Idem locum habet adversus eum, qui filiofamilias, servo, vel ancille auctor factus est.
- 8 Sive filiusfamilias, sive servus sit, qui falsus tutor auctoritatem accommodavit.
- 9 Contra filiumfamilias actio datur, & ex delicto officialiter obligatur.
- 10 Et contra dominum servi nexalis actio datur.

- 11 Si plures falsi tutores fuerint, omnes in solidum tenentur, sed uno solvente, omnes liberantur.
- 12 Non habent tamen beneficium divisionis.
- 13 Decepto actio datur ad id, quod ejus interest non esse deceptum.
- 14 Restitutio tamen denegatur quando duobus tutoribus intervenientibus, unus falsus, alter verus sit.
- 15 In ea parte, quam contrahens approbaverit, vel ratum habuerit, præter gestum à falso tutore, restitutio denegatur.
- 16 Si contrahens tutorem esse falsum, seu putativum sciat, restitutio cessat.
- 17 Nisi contrahens minor sit.
- 18 Vel compulsus ad aliquid gerendum cum falso tutore.
- 19 Vel cum bona fide non credidit, tutorem esse falsum.
- 20 Minor cum falso tutore contrahens restituitur, licet ejus curator sciat.
- 21 Si sine dolo malo actor factus sit, actio in factum cessat.
- 22 Et quando quis interrogatus an esset tutor, vel curator, se tutorem esse responderit.
- 23 Et quando scienter cum falso tutore contraxerit.
- 24 Vel quando jam consecutus est ab uno ex pluribus falsis tutoribus.
- 25 Nisi si nihil, aut non totum solutum fuisset.
- 26 Actio in factum contra hæredes non transit, licet hæredibus competat; & quanto tempore duret?
- 27 Quæ actio cessat si tutor, vel curator falso persuasus est esse tutorem, vel curatorem.
- 28 Quo casu adversus dolo malo persuadentem datur.
- 29 An contrahenti cum falso tutore, an vero huic contra persuasorem? Pro utraque parte traditur.

I Dicto Prætoris in integrum restituitur ille, qui ignoranter cum falso tutore nomine pupilli contraxit, ex l. 1. §. fin. ff. quod fal-

so tutore, l. si falso 10. ff. eodem: tum quia, sicut autoritas veri tutoris pupilli prodesse debet, ita putativi contrahenti obesse non debere: tum quia æquitas non patitur, quod quis falso officij tutoris prætextu decipiatur: Manz. de tutel. 2. p. tit. 6. à n. 2. Zoetz. ad tit. ff. quod falso tutore authore gestum esse dicetur, ubi Wesemb. & alij Thom. de tutorib. tit. 27. cap. 1. à n. 1.

Ampliat, quod ad eò vera sit, ut, si, currente causa cum falso tutore, pupillus præscriptionem impleat, restituendus erit agens ad tempus actionis amissæ; l. si falso 10. ff. quod falso tutor. & procedat etiam, quando non falsus, sed verus tutor intervenisset, qui tamen autoritatem accommodare non possit, l. 2. ff. eod. tit. Manz. sup. n. 4. sive dolo, & malo falso administraverit, sive bona fide; Manz. sup. n. 5. ubi præstat rationes.

Ampliat secundo, quod restitutio in integrum sit petenda, Judicis officio implorato; Wesemb. ad tit. ff. de restitut. in integrum n. 5. Manz. sup. n. 13. Thom. dict. cap. 1. §. 2. per tot.

Ampliat tertio, quod non solum succurratur contrahenti per restitutionem in integrum adversus pupillum, sed etiam per actionem in factum adversus falsum, seu putativum tutorem, ex l. 7. ff. quod falso tutor. quod etiam procedit adversus eum, qui filio familias, servo, vel ancillæ author factus est, ex l. falsus 11. ff. quod falso tutore; sive sit filius familias, sive servus, qui falsus tutor autoritatem accommodavit, quia contra filium familias datur actio; arg. ex dict. l. 11. quia ex delicto efficaciter obligatur; ex l. 57. ff. de jud. l. 39. ff. de obligat. & act. & contra dominum servi datur actio noxalis; l. hujus 9. in fin. ff. quod falso tutor. Manz. sup. n. 19. sive sit unus falsus tutor, sive plures: quia contra omnes in solidum datur, sed tamen, uno solvente, omnes liberantur; l. 7. §. ff. quod falso, Manz. sup. num. 19. nec habent beneficium divisionis, ut notat Zoetz. ad tit. ff. quod falso tutor. Am.

13 Ampliatur quarto, quod decepto detur ad id, quod ejus interest non esse deceptum, *ex l. novissime 7. in princip. ff. quod falso tutor. Manz. sup. n. 26. § 27.*

14 Limitatur primo nostra conclusio quoad restitutionem, quod non procedat, si duo tutores, alter verus, alter falsus auctoritatem accommodaverint, quia, cum utile per inutile non vitiatur, valebit, quod gestum est, *l. 1. §. sed Pomponius ff. quod falso tutor. Manz. sup. n. 2.*

15 Limitatur secundo, quo ad eandem partem, quando Prætorid, quod à falso tutore gestum fuerit, approbaverit, vel ratum habuerit, *ex l. §. idem 5. ff. quod falso tutore, Manz. sup. n. 12.*

16 Limitatur tertio, quo ad eandem partem, quod non procedat, quando contrahens sciret tutorem esse falsum, seu putativum: quia tunc restitutio cessat, *l. 1. §. 6. ff. dict. tit. Manz. n. 6. nisi contrahens sit minor, quia,*

17 *non obstante scientia, erit restituendus; l. 4. ff. dict. tit. Manz. n. 7. vel nisi sciens compulsus sit ad aliquid gerendum cum falso tutore; l. interdum 5. ff. quod falso tutor. Manz. n. 10. vel nisi cum bona fide non credit, cum ei indicaretur, eum, cum quo contrahit, esse falsum tutorem; l. 2. ff. dict. tit. Manz. n. 9.*

18 *qui n. 8. docet, ut non sufficiat, quod curator minoris sciat, tutorem esse falsum ad hoc, ut minor cum illo contrahens non restituatur ex scientia curatoris, per l. pupilli 6. ff. quod falso tutore, Manz. sup. n. 8.*

19 Limitatur quarto ad actionem in factum competentem adversus falsum tutorem, quod non procedat, si sine dolo malo actor factus sit; *ex l. falsus 11. l. novissime 7. ff. quod falso tutor. ut quia compulsus fuit; Manz. sup. n. 20. & probatur ex l. 11. §. 3. ff. eodem.*

20 Limitatur quinto, quoad eandem partem, quod non procedat, quando quis interrogatus, an tutor, vel curator esset, se tutorem esse responderit; *ex l. ex eo 11. ff. eodem; vel quando quis*

21 *scienter contraxerit cum falso tutore ex dictis limitatione prima; aut quando cum uno ex pluribus falsis tutoribus actum fuit, & ab eo consecutum est, ex l. novissime 7. ff. eod. Manz. sup. n. 25. nisi nihil, aut non totum solutum fuisset; Manz. dict. n. 25.*

22 Limitatur sexto, quod licet actio in factum detur decepto, & hæredibus ejus, non tamen datur in hæredes falsi tutoris decipientis; *ex l. 9. §. ff. quod falso, Manz. sup. quia est pænalis: & ultra annum non datur ex dict. l. 9. Zoz. tamen ad tit. ff. quod falso inquit, durare usque ad 30. annos.*

23 Limitatur septimo, quando tutor, vel curator falso persuasus est esse tutorem, vel curatorem; quia tunc contra eum non datur hæc actio; *Manz. sup. sed datur adversus dolo malo persuadentem ex dict. l. 9. Manz. sup. n. 31. qui n. 32. docet, ut hæc actio contra persuasorem datur contrahenti cum falso tutore, non verò ipsi tutori falso contra persuasorem; & ibi refert contrarium docentes. Vide quæ diximus hoc lib. cap. 1. & melius c. 8. n. 4. 5. & 6.*

24

25

26

27

28

29

CAPUT XI.

Curatores qua actione conveniri possint, & ad quid conveniri valeant?

SUMMARIUM.

- 1 Actio utilis curationis causa, vel actio utilis negotiorum gestorum competit ei, qui sub cura fuit.
- 2 Vel actio utilis tutelæ, secundum alios.
- 3 Plures curatores in solidum tenentur, & agere possunt, uno tamen agente, vel convento, ex eadem causa, alii nec agere, nec conveniri possunt.
- 4 Etiam si nihil gessisset; nisi invitatus datus esset.
- 5 Si per diversas regiones singuli constituti sint, quilibet pro sua conviciensis in solidum, & agat.

- 6 Si alius gessit, alius non, gerens prius conveniendus.
- 7 Quid si non gerens voluntarius, vel invitus fuit.
- 8 Qui apud nos.
- 9 Quid aliquem ad agendum, vel defendendum misit, abque satisfatione de rato, vel judicato, conveniri potest.
- 10 In quibus curatoribus prædicta locum habeant.
- 11 Bona curatorum tacite hypothecata sunt sicut bona tutoris.
- 12 Curator ad bona distrabenda, ut creditoribus solvat, quibusolvere debet.
- 13 Curator bonis datus, cum de dolo, & lata culpa tantum teneatur, beneficium cedendarum, vel dividendarum actionum non habet.
- 14 Sed tantum beneficium divisionis competens etiam illis, qui de dolo, & lata culpa tenentur.
- 15 Actio curationis causa quibus competat.
- 16 Similatur dicta actio actioni tutelæ.
- 17 Per omnia ferè obstringuntur curatores, sicut tutores.
- 18 Utilis actio à directâ differt in effectu.
- 19 Convenitur per eam curator, ut rationes reddat, libros exhibeat, & quæ apud se habet, restituat.
- 20 Nec non ea, quæ reliquarum nomine continetur.
- 21 Damnumque tum in omittendo, tum in non acquirendo præstat.
- 22 Dolum, latam, & levem culpam.
- 23 Et id, quod interest.
- 24 Et quæ gesta post officium finitum, & alia.
- 25 Quæ de actione directâ dicta sunt, hic locum habent.
- 26 Et virtute istarum actionum curatores, ut rationes reddant, cogi possunt.
- 27 Hæredes furiosi, seu dementis, fundum ab ejus curatore distractum vindicare possunt; quod declaratur.
- 28 Actio negotiorum gestorum etiam

cura durante competit, licet non ita tutela.

- 29 Actio tutelæ utilis, durante cura, intentari nequit, nisi furiosi curator sit.
- 30 Per quod tempus duret.
- 31 Dicta de tutoribus, de curatoribus dicta intelliguntur, nisi contrarium declaratur.
- 32 Curator inutiliter datus non gerens non tenetur.
- 33 Quæ requirantur, ut curator accedens de neglectis teneatur.
- 34 De casu fortuito, nec de gestis à tutore, non tenetur, nisi negligens fuerit in exigendo.
- 35 Sine auctoritate curator adultum suum convenire nequit.
- 36 Quibus defensionibus curator defendi possit?

SI non tutela, sed cura alicujus sit gesta, tunc actio minori, vel ei, qui sub cura fuit, datur, quæ vocatur utilis actio curationis causa, vel utilis negotiorum gestorum, ex l. 3. l. nisi 4. §. fin. ff. de tutel. rationib. distrabend. l. ita autem 5. §. post completum ff. de administr. tutor. l. 7. cod. arbitr. tutel. l. curatoris 17. cod. de negot. gestis, l. 1. cod. si adversus libertatem, Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à num. 138. Thom. de tutorib. tit. 14. cap. 1. §. tit. 15. cap. 1. per tot. Barb. in dict. l. curatoris 17. cod. de negot. gestis; vel ut alij volunt, etiam utilis tutelæ actio; ex l. 2. cod. de hæred. tutor. Manz. sup. cum multis n. 1. l. curatoris, l. curatorem cod. de negot. gesti. l. 2. ff. de curatore bonis dando, l. 3. cod. eodem, Oddofred de curatore bon. dand. n. 100. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 13. n. 15.

Ampliatur primo, quod plures curatores in solidum teneantur, & agant, uno tamen agente, in solidum convento, ex eadem causa alij nec agere, nec conveniri possunt; l. 2. §. si plures ff. de curat. bon. dand. Thom. de curatorib. tit. 15. cap. 1. n. 2. Galganet. dict. n. 15. Oddofred. à n. 121. Barth. in l. 2. §. si

4 tres n. 3. ff. de curatore bonis dando, etiam
 si nihil gessisset, nisi invitus datus esset ;
 Thom. sup. n. 3. cum Rosfred. de libel. p.
 5 5. rub. ult. n. 6. vel nisi per diversas re-
 giones singuli constituti fuerint ; quia
 tunc quilibet pro sua provincia in soli-
 dum conveniendus est, & aget ex dict.
 6 S. si plures, Rosfred. sup. Oddofred. sup. n.
 88. Galgan. n. 15. vel nisi unus gesserit,
 alius verò non gessisset ; quia prius con-
 veniendus est, qui gessit, & in subsi-
 dium autem, qui non gessit, maxime,
 si gerens suo periculo id fieri petat ;
 Thom. de tutorib. tit. 15. cap. 1. num. 5.
 Bart. in dict. S. si tres, Oddofred. dict. n.
 88.

7 Ampliatur secundo, quod, si ex
 tribus in eadem regione datis alter, si
 nihil gesserit, si voluntarius fuit, &
 non invitus, conveniri possit ; dict. l.
 2. S. si tres, & S. queritur, Galgan. sup.
 n. 15. Thom. sup. n. 46. invitus etiam
 respectu non gestorum minimè conve-
 8 nitur, Rosfred. sup. n. 6. Thom. sup. dict.
 n. 6. quod hodie apud nos non proce-
 dit quo ad curatores, quos dat Judex
 Orphanis absentibus, mentecaptis,
 vel simili morbo laborantibus, qui
 etiam inviti teneantur gerere, cum
 apud nos nulla sit differentia inter tu-
 tores, & curatores, ut diximus tract.
 3. lib. 4. cap. 1. per tot.

9 Ampliatur tertio, quod conveniri
 etiam possit eum, qui aliquem misit ad
 agendum, vel defendendum absque
 eo, quod satisfactionem, neque de
 rato, neque de judicato solvendo exe-
 gerit, dict. l. 2. Galgan. dict. n. 15. Thom.
 de curator. tit. 15. cap. 1. n. 7. ad quod
 conferunt quæ diximus hoc lib. cap. 1.
 & cap. 8. à n. 5.

10 Ampliatur quarto, quod proce-
 dat tam in curatoribus datis minoribus
 ex affatim dictis tract. 3. lib. 4. per tot.
 quam in curatoribus hæreditatis ja-
 centis, de quibus diximus tract. 1. lib.
 4. cap. 5. per tot. in curatoribus ad litem,
 de quibus diximus tract. 3. lib. 4. cap.
 5. per tot. in curatoribus bonis datis,
 de quibus diximus tract. 3. lib. 4. cap. 6.

per tot. in curatoribus absentibus datis,
 de quibus diximus tract. 3. lib. 4. cap.
 3. n. 87. & lib. 8. cap. 8. à n. 35. in cura-
 tore ventris, de quo diximus tract. 3.
 lib. 4. cap. 3. & cap. 6. & cap. ultim. &
 lib. 8. cap. 8. & de omnibus Altimar. de
 nullitat. q. 262. & 267. per tot.

Ampliatur quinto, quod bona 11
 curatorum eo modo sint tacite hypo-
 thecata minoribus, quo sunt pupillis
 bona tutorum ; ut diximus tract. 3. lib.
 6. cap. 27. per tot. Escob. de ratioc. cap.
 39. n. 3. Gratian. cap. 225. n. 72. Thom.
 dict. tit. 15. n. 9.

Ampliatur sexto, quod curator 12
 ad bona distrahenda pro satisfaciendis
 creditoribus, à quibus constitutus fuit
 ex pretio bonorum eisdem satisfacere
 teneatur, non etiam aliis, qui curato-
 rem non dederunt ; l. si mandavero 22.
 S. curator, l. fin. ff. de curator. bonis dan-
 do, Galgan. sup. n. 15. Thom. sup. n. 8. &
 diximus tract. 3. lib. 4. cap. 6.

Ampliatur septimo, quod cura- 13
 tor bonis datus non habeat beneficium
 cedendarum, vel dividendarum actio-
 num, quia de dolo, & lata culpa tan-
 tum tenetur curator bonis datus ; Od-
 dofred. de curator. bonis dando n. 99.
 Thom. sup. n. 10. sed tamen illis compe- 14
 tit beneficium divisionis ; quia com-
 petit etiam illis, qui in dolo, & lata
 culpa sunt ; Bart. in dict. S. si tres n. 2.
 in fin. Thom. sup. n. 3.

Ampliatur octavo, quod detur 15
 omnibus, qui sub cura fuerunt, & eo-
 rum hæredibus contra curatorem,
 vel ejus hæredes ; ex l. nisi 4. S. fin. ff.
 tutel. rationib. distrahend. l. 17. cod. de
 negot. gestis, ubi cum multis Barbof.
 Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 140. ubi
 alios citat, & rationes præstat.

Ampliatur nono, quod ex eisdem 16
 causis, & ad idem detur actio utilistu-
 telæ contra curatorem, ex quibus, &
 ad quid actio tutelæ datur ; Manz. de
 tutel. 2. p. tit. 3. n. 141. referens alios ; 17
 quia per omnia ferè obstringuntur cu-
 ratores, sicut tutores ; Manz. dict. tit.
 3. n. 241. Thom. de curatorib. tit. 15. c.
 1. n.

1. n. ultim. & diximus tract. 3. lib. 4. c.
- 18 1. à n. 3. § lib. 8. cap. 8. utilis enim à directa in effectu non differt, ideòque utilis vocatur, quia eandem utilitatem, quàm directa præstat: itaque in hac actione agitur, ut curator rationes reddat, libros exhibeat, ea, quæ apud se habet, restituat; arg. l. ita autem §. post completum 6. ff. de administr. tutor. nec non ea, quæ reliquorum nomine continentur; Cujac. in parat. cod. arbitr. tutel. Manz. dict. n. 141. & ut præstet damnum, quod minor amittendo, vel non acquirendo, culpa tutoris passus est; Oldrop. clas. 4. act. 31. q. 7. §. deinde, Besild. in liberat. h. q. 6. Manz. dict. n. 141. uterque enim tam tutor, quàm curator, tam dolum, quàm latam, & levem culpam præstat; ex l. curatoris 17. cod. de neg. gest. proinde quod tutoris, vel curatoris dolo, vel lata, & levi culpa amiserint, aut, cum possint, non acquisierint, hoc in tutelæ, & negotiorum gestorum actionem venit; l. quidquid 7. cod. arbitr. tutel. ibi Cujac. in parat. Manz. dict. n.
- 23 141. ubi dicunt, in utramque tam directam, quàm utilem venire id, quod interest; ex l. 4. cod. eodem; similiter,
- 24 & usuras. In utramque venire, quod post finitum officium gestum est, cum esset administrationi connexum, & utramque bonæ fidei esse, utramque privilegiatam, & generalem, & utriusque tacitam hypothecam datam, & in utraque inventarij publicam fidem sequendam esse: proinde, quæ de actione tutelæ dicta fuerunt, huc quoque rationabiliter, & cum judicio accommodari possunt ex Manz. sup. n. 145. Thom. de curatoribus tit. 15. cap. 1. n. 17.
- 26 Ampliatur decimo, quod virtute istarum actionum cogi valent curatores reddere rationem, ex Menoch. de arbitr. cas. 209. n. 3. Thom. de curatoribus tit. 14. cap. 1. n. 1. Magon. decis. Florent. 139. in fin. Oddofred. de curator. bonis dand. à n. 90. l. rationes, l. adversus cod. de administr. tutor. ubi Barb. cum multis.

Ampliatur undecimo, quod hæredes furiosi, seu dementis possint vindicare fundum ab ejus curatore distractum, qui satis non dedit rem furiosi, vel dementis fore salvam, nisi curator ex pretio creditoribus solvisset.

Ampliatur duodecimo, quod actio utilis tutelæ contra curatorem non competat, nisi cura finita, actio verò negotiorum gestorum etiam cura durante; l. 26. ff. de administr. tutor. l. nisi 4. §. fin. ff. tutelæ rationib. distrabend. l. 1. §. 3. ff. de contr. tutel. util. act. ratione differentie præstat, Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. à n. 132. lib. 2. ubi glos. Bald. & Salicet. cod. de administr. tutor. l. rationes cod. eodem. Thom. de curat. tit. 14. cap. 1. n. 12. ubi quod actio tutelæ utilis intentari non potest, durante cura, nisi furiosi curator sit, ex dict. l. nisi, de quo vide quæ diximus lib. 1. c. 6. per tot. § lib. 2. cap. 5. per tot.

Ampliatur decimotertio, quod competant activæ, de quibus in principio usque ad triginta annos, secundum ea, quæ diximus lib. 2. cap. 6. per tot. Manz. de tutel. 2. p. tit. 3. n. 142. & denique, quod procedant circa curatores omnia, quæ circa tutores diximus, ubi contrarium dictum non fuerit.

Limitatur primo, in curatore inutiliter dato, qui, si non gessit, non tenetur Thom. de curatoribus tit. 14. cap. 1. à n. 2. § tit. 15. cap. 1. n. 14.

Limitatur secundo, quod ad hoc ut teneatur, qui accessit quædam gesturus de neglectis, quatuor probari debeant. Primum, quod alius omnia gesturus erat. Secundum, quod aliter ille diligens erat. Tertium, quod propter eum, qui gerebat, ille quædam omisit. Quartum, quod ille quod gerebat, hoc sciebat; Thom. dict. tit. 14. n. 6. quidocet n. 10. quod curator non tenetur de casu fortuito, nec de gestis à tutore, nisi negligens fuerit in exigendo.

Limitatur tertio, quod sine auctoritate non possit curator adultum suum convenire, Thom. sup. dict. tit. 15. cap. 1. n. 18.

6 Limitatur quarto, quod omnibus defensionibus, quibus muniuntur tutores, uti valeant ad suam defensionem curatores, ubi aliter dictum non fuerit; quia ut jam sæpè diximus, tutores, & curatores eisdem ferè regulis regulantur, exceptis paucis differentiis, quas suis locis dedimus.

C A P U T XII.

Curator absentis, & ventris an, & quando conveniri possit, & ad quid?

SUMMARIUM.

- 1 *Materia proponitur.*
- 2 *Absenti extra regnum, etiam in loco certo, curator datur.*
- 3 *Cū inquisitione, & causæ cognitione.*
- 4 *Quæ ad hoc requirantur, traduntur, & quæ in hæreditate jacente, remissivè.*
- 5 *Si in loco incerto, etiam nomine petente, curator datur.*
- 6 *Vel ad instantiam conjunctorum futuro succedentium.*
- 7 *De absentia, & vitæ, locique incertitudine, priùs constare debet.*
- 8 *Et quod procuratorem non relinquat.*
- 9 *Hæc cura magis dativa, quàm legitima est; priùs tamen proximiori in successione ab intestato decernenda.*
- 10 *Qui præferendi narrantur, & n. 11. & 12.*
- 11 *Electio tamen in contrarium facta, nulla non est.*
- 12 *Successio non jure curatorio, sed hæreditario devolvitur.*
- 13 *Curator tamen absentis, satisfacere, & inventarium facere tenetur.*
- 14 *Aliter actiones exercere nequit.*
- 15 *Sed præstita satisfactione, inventario confecto, omnes actiones exercet.*
- 16 *Non ita curator ad lites, quo ad actiones tempore non perituras.*
- 17 *Idem respectu curatoris bonis dati, & ventris, sed utribus conventis, sicut procuratoribus, terminus ad dominos consulendos dandus est.*
- 20 *Sicut tutores, curatores rationes reddere debent; & post 20. annos bona cum fructibus hæredibus ab intestato absentis tradere, cautione præstita à dictis hæredibus.*
- 21 *Qui sint, qui ad hanc successionem admittantur, narrantur.*
- 22 *Ventri quoque curator datur, ut nasciturum alat, & ejus bona conservet, & n. 27.*
- 23 *Datus in testamento, dum venter non nascitur, confirmatione indiget; non solum unus, sed duo dari possunt, & ad quid.*
- 24 *Quando ventri tutor dandus, traahitur.*
- 25 *Ex quibus eligendus est curator.*
- 26 *Judici mulierem esse prægnantem priùs constare debet.*
- 27 *Curator hic in possessionem bonorum mittitur.*
- 28 *Posthumus præterito in testamento patris institutus, donec exitus videatur, adire nequit.*
- 29 *Quid si cum aliquo posthumus institutus sit, in dubio tres edendi præsumuntur.*
- 30 *Si masculo nascituro maioratus competat, curator in possessionem mittitur, quia masculus edendus præsumitur.*
- 31 *In Hispania tenutam petere valet.*
- 32 *Nomine ventris curator jus retractus habet.*
- 33 *Mater quoque nomine ventris possessionem capere potest, & manutenenda venit.*
- 34 *Idque petere potest, cum requisitis ibi narratis.*
- 35 *Aliàs successione privatur.*
- 36 *Et existens in possessione, alteri tradere nequit.*
- 37 *Alimenta matri præstita non repetuntur, nisi per calumniam in possessionem mittatur.*
- 38 *Curator ventris actiones tempore non perituras movere nequit.*
- 39 *Si venter institutus reperiat, ei bonorum possessio datur.*
- 40 *Curator ventris ex omnibus causis, quibus*

- quibus ceteri curatores, tenetur; sed solum habet bonorum custodiam, & venditionem eorum, quæ deteriores sunt, & ita administrationem non habent.
- 41 Quando ad bona absentis, ejus ab intestato hæredes admittantur, bene explicatur.
- 42 Curator ventris curare debet, ut venter in possessionem mittatur; cum posthumus quo ad utilia pro nato habeatur.
- 43 Posthumoque legitimæ hereditatis deferuntur.
- 44 Nec remotior in gradu, cum cautione de restituendo nascituro, admittitur.
- 45 Quod ampliatur etiam ad bona maioratus, & fideicommissi.
- 46 Quid si pares in gradu cum posthumo concurrant.
- 47 Limitatur tamen quando posthumus post mortem ejus, cujus hereditas defertur, conceptus fuit, vel post decem menses nascitur.
- 48 Filius patroni in utero remanens pro patrono habetur.
- 49 Post decem annos absentie absens mortuus reputatur secundum aliquos, & successioni locus fit.
- 50 Quando curator datus absentis moritur, ad suos hæredes bona transeunt, & non ad curatorem secundum, licet proximus sit, & secundus curator bona, neque eorum redditus petere potest ab hæredibus primi curatoris.
- 51 Nec rationes petere potest; & quando absens testamentum relinquit, hæres scriptus curator bonorum erit, sicut hæres sub conditione institutus curator est. Spurii curam bonorum petere non possunt.

I **L**icet in variis locis nostri operis de Munere Judicis Orphanorum relatis in capite antecedenti n. 10. de curatore absentis locuti fuimus, attamen non ex professo egimus de hoc curatore, & de ventris curatore, quare

in hoc capite de utroque sermo erit.

Absens, vel est in loco certo, vel in loco incerto; si in loco certo, etiam de consuetudine datur curator absentis extra regnum *glos. in l. ab hostibus §. ego ff. ex quib. caus. maior. Menoch. de arbitr. cas. 40. n. 11. Mastril. dec. 197. n. 29. Altimar. de nullitatib. rub. 11. q. 262. n. 46. cum inquisitione, & cognitione causæ, ex l. observare ff. de curatore furiosi, ad quod primo requiritur, quod Judex sit talis, qui dare possit, *Altimar. sup. n. 48.* Secundo, quod illis bonis detur, quibus dari debet. Tertio, quod hi curatores dentur, qui dari potuerint, *Altimar. dict. n. 48.* Quarto, quod citentur vocati post mortem absentis, ex l. 1. §. denunciare ff. de ventr. in posses. mittend. Quinto, quod probetur absentia, & absens non sit de proximo reversurus; *l. penult. ff. de legatis, l. ignorare cod. de restit. milit. l. cohæred. ff. familie erciscund. Menoch. de arbitr. cas. 150. n. 18.* Sexto, quod non relinqueret procuratorem, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 14. n. 161. & 162. *Luc. in prax. cap. 12. n. 8.* ubi refert quinque requisita necessaria in datione curatoris hereditati jacenti.*

Si in loco incerto, etiam nemine petente, à Judice dandus est curator, ut diximus *dict. cap. 14. n. 162.* docentque *Altimar. sup. n. 58. Menoch. dict. cas. 150. à n. 20. Montan. de tutel. cap. 21. n. 72.* vel ad instantiam conjunctorum absentis, qui sperant succedere ab intestato; *glos. in l. cognatos cod. de postlimin. revers. Altimar. n. 64.* sed ad hoc, ut curator detur, debet Judex sequentia primo advertere.

In primis debet constare de absentia, & incertitudine vitæ, & loci, in quo habitet absens; *Montan. de tutel. cap. 28. n. 72. Altimar. sup. n. 72. Mastril. dec. 226. à n. 9.* & præterea debet constare, quod non relinquit procuratorem, quia absens dici non potest, qui procuratorem relinquit, *Gratian. dec. 154. Souf. dec. 37. Menoch. dict. cas. 150. n. 17. Cancer. 2. var. cap. 14. n. 117.*

Altimar.

Altimar. sup. n. 74. in additionib. ad Ord. lib. 1. tit. 62. à n. 105. ad n. 124.

9 Deinde cura hæc dativa, & non legitima sit, Judex tamen curam horum bonorum magis conjunctis decernere debet, ita ut ille præferatur, qui in successione ab intestato præfertur *Amat. resol. 96. n. 6. Afflict. dec. 256. n. 3.* cum multis *Altimar. n. 66.* quare pater, avus, vel proavus, item mater, avia, & proavia omnibus aliis sunt præferendi, *Menoch. dict. cas. 150. n. 36.*

11 *Altimar. sup. n. 67.* & his deficientibus, proximiores in gradu, dummodo non sit fæmina, quæ non admittitur, nisi sit ascendens; *Gusman de evictionib. q. 9. n. 13. Altimar. sup. n. 68.* & proximior masculus est magis idoneus; nam magis idoneus etiam remotior in gradu est eligendus; *ex l. 1. §. eligitur ff. de ventr. in possess. mittend. l. scire oportet §. fin. ff. de tutorib. & curatorib. Altimar. n. 70.* absque eo quod electio sit

12 nulla, *Altimar. n. 71. Virgil. de legitimatione personæ cap. 14. n. 18.* quia successio non devolvitur jure curatorio, sed jure hæreditario, ut diximus *tract. 3. lib. 8. cap. 8. n. 38. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 50. à n. 249. cum sequentib. & ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38. à n. 3. cum sequentib.* sibi contrarius, & in additionibus *ad Ord. lib. 1. tit. 62. à n. 205. usq. ad 124.*

13 Uterque satisfacere tenetur, & inventarium conficere; *ex l. cognatos cod. de capt. & postlim. revers. Salgad. in labyrinth. 1. p. cap. 13. n. 27. Roland. de inventario p. 2. q. 44. Altimar. sup. n. 78. & 79.* alias actiones exercere non possunt; *Surd. conf. 169. n. 19. Gusman de evictionib. q. 5. n. 13.* nisi sit curator ad lites, *Altimar. q. 262. à n. 82.* & uterque, præstita satisfactione, & facto inventario, potest omnes actiones activas absenti competentes, sive sint tempore perituræ, sive non, movere, & sic bona absentis à quocunque possessore reivindicare; *ex glos. in l. penult. ff. de bon. authoritat. judic. possidend. facit tex. in l. 2. cod. de curator. bonis dand. Azo,*

14 quem refert, & sequitur *Angel. conf. 103. Alexand. conf. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 150. n. 17. & 31. Altimar. sup. n. 87. Cabed. 1. p. arest. 6. Cald. conf. 12. à n. 1. Salgad. in labyrinth. 1. p. c. 13. n. 50. Fab. in suo cod. lib. 4. tit. 7. definit. 13. Tusch. liter. C. concl. 1104. n. 38. & conc. 1106. n. 19. Bart. in l. creditore ff. de bon. authorit. judic. possidend. & in l. 2. cod. de curator. bon. dand.;* quanvis aliter se res habeat quo ad

15 actiones non perituras tempore, respectu curatoris ad litem, ut diximus *tract. 3. lib. 4. cap. 5. & respectu curatoris bonis dati, ut diximus tract. 3. lib. 4. cap. 6.* respectu curatoris ventris, ut infra dicemus, & utriusque terminus est concedendus, quando conveniuntur ad consulendos dominos, sicut procuratoribus denegandus non est, *ex Mariscot. 1. var. cap. 91. n. 16. cum infinitis Altimar. dict. q. 262. n. 93. & 94. Vide Peg. ad rub. Ord. lib. 1. tit. 60. cap. 12. à 260. Faber in suo cod. lib. 5. tit. 40. definit. 11.*

16 Uterque tenetur rationem reddere, sicut curatores minorum, & post viginti annos absentia sine certitudine mortis, vel vitæ, debet tradere bona, & eorum fructus hæredibus ab intestato, qui tunc possunt ea dividere, præstita cautione de in solidum restituendo, redeunte absente, *ex Scob. de ratioc. cap. 6. n. 49. Bald. conf. 60. n. 2. volum. 2. licet contrarium teneat Altimar. de nullitatib. rub. 11. q. 262. n. 97. cum Fab. lib. 5. tit. 40. definit. 4. Narbon. de etate ann. 100. quia prima nobis placet ex dict. tract. 2. lib. 2. cap. 5. à n. 91.*

17 & tunc qui proximiores fuerint, hæredes erunt, licet tempore absentia alij essent proximiores, & dū non cõstitit de tempore mortis, hæreditas est deferenda illis, qui tempore, quo transacti sunt viginti anni, erant proximiores, sine præjudicio veritatis postea probandæ; & ita bis in nostro Senatu Supplicationis cum duobus peritissimis Senatoribus ego ipse judicavi: terminanter *Bayo in prax. 3. p. lib. 2. q. 95.*

18 per tot.

19

20

21

22

23

quem refert, & sequitur *Angel. conf. 103. Alexand. conf. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 150. n. 17. & 31. Altimar. sup. n. 87. Cabed. 1. p. arest. 6. Cald. conf. 12. à n. 1. Salgad. in labyrinth. 1. p. c. 13. n. 50. Fab. in suo cod. lib. 4. tit. 7. definit. 13. Tusch. liter. C. concl. 1104. n. 38. & conc. 1106. n. 19. Bart. in l. creditore ff. de bon. authorit. judic. possidend. & in l. 2. cod. de curator. bon. dand.;* quanvis aliter se res habeat quo ad actiones non perituras tempore, respectu curatoris ad litem, ut diximus *tract. 3. lib. 4. cap. 5. & respectu curatoris bonis dati, ut diximus tract. 3. lib. 4. cap. 6.* respectu curatoris ventris, ut infra dicemus, & utriusque terminus est concedendus, quando conveniuntur ad consulendos dominos, sicut procuratoribus denegandus non est, *ex Mariscot. 1. var. cap. 91. n. 16. cum infinitis Altimar. dict. q. 262. n. 93. & 94. Vide Peg. ad rub. Ord. lib. 1. tit. 60. cap. 12. à 260. Faber in suo cod. lib. 5. tit. 40. definit. 11.*

Uterque tenetur rationem reddere, sicut curatores minorum, & post viginti annos absentia sine certitudine mortis, vel vitæ, debet tradere bona, & eorum fructus hæredibus ab intestato, qui tunc possunt ea dividere, præstita cautione de in solidum restituendo, redeunte absente, *ex Scob. de ratioc. cap. 6. n. 49. Bald. conf. 60. n. 2. volum. 2. licet contrarium teneat Altimar. de nullitatib. rub. 11. q. 262. n. 97. cum Fab. lib. 5. tit. 40. definit. 4. Narbon. de etate ann. 100. quia prima nobis placet ex dict. tract. 2. lib. 2. cap. 5. à n. 91.*

& tunc qui proximiores fuerint, hæredes erunt, licet tempore absentia alij essent proximiores, & dū non cõstitit de tempore mortis, hæreditas est deferenda illis, qui tempore, quo transacti sunt viginti anni, erant proximiores, sine præjudicio veritatis postea probandæ; & ita bis in nostro Senatu Supplicationis cum duobus peritissimis Senatoribus ego ipse judicavi: terminanter *Bayo in prax. 3. p. lib. 2. q. 95.*

per tot.

per tot. *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 38. n. 8. Menoch. lib. 6. præsumpt. 49.*

- 22 Ventri quoque curator datur, ut ventrem alat, & bona nascituro conserventur; *ex l. qui utero ff. de stat. homin. l. 1. ff. de ventr. in possess. mittend. Carranç. de partu cap. 2. §. 4. à n. 1. Altimar. de nullitatib. rub. 11. q. 267. per tot.* qui non potest testamento dari, sed datus confirmatione indiget, dum venter non nascitur, quia nato, datio tenet, *Altimar. cum multis à n. 4. usque ad n. 6. & non solum unus, sed duo dari possunt, unus, qui alimenta præstet, alius, qui bona ministret, ex l. §. quoties ff. de ventr. in possess. mittend. Petrus Gregorius lib. 13. Syntagmat. juris cap. 7. per tot.*

- 24 Datur, vel quando mulier prægnans petit alimenta, aut quando creditores instant, aut quando ipsa mulier petit, *ex dict. l. 1. §. quoties; aut quando datur alia justa causa; Gratian. cap. 72. n. 26. & etiam, nemine petente, à Judice dandus est, ex dict. §. quoties Petr. Gregor. d. cap. 7. n. 1. §. 2.*

- 25 Ex consanguineis, vel affinibus, vel amicis defuncti eligendus est curator, *Montan. de tutel. cap. 3. n. 38. ad quod prius ipsi Judici debet constare mulierem esse prægnantem, ex l. 1. ff. de ventr. in possess. mittend. qui sicut cæteri curatores, fatisdare, inventariumque conficere tenetur Altimar. sup. n. 10. Petr. Gregor. d. c. 7. n. 3.*

- 27 Officium hujus curatoris consistit primo in præstandis ipsi ventri alimentis, & in conservandis bonis ipsi nato, & idè interim mittitur in possessione bonorum, *ex l. 1. §. si ea ff. de ventr. in possess. mittend. l. 3. §. acquirer. l. servus 7. ff. de bonor. possess. Carranç. de partu cap. 2. §. 2. à n. 22. Altimar. sup. n. 15.*

- 28 & si posthumus fuerit præteritus in testamento patris institutus non potest adire, donec videatur exitus; *Altimar. sup. n. 31. & si cum aliquo fuerit institutus, non poterit scriptus hæres petere, nisi quartam partem: quia in dubio præsumuntur esse tres; l. sed §.*

si 28. §. fin. ff. de judic. Carranç. de partu cap. 18. Zachias quæst. medic. legal. q. 8. Altimar. cum multis n. 31. ubi resolvit quod plures, quàm quinque possunt generari, & si nascituro masculino competat maioratus, mittitur in possessionem, quia favore posthumi attenditur, quod illi utilius fuerit Mier. de maioratu 3. p. q. 2. n. 9. Lar. de vit. homin. cap. 2. n. 62. cum aliis Altimar. n. 30. & in Hispania potest curator nomine ventris petere tenutam; Altimar. n. 31. Paz. de tenuta tractatu 2. n. 18. c. 68. Carranç. de partu cap. 2. §. 4. n. 41. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 12. n. 24. & habet nomine ventris jus retractus, cum infinitis Altimar. n. 33. §. 34. Petrus Gregor. Syntagmat. juris lib. 13. cap. 7. per tot. & maximè n. 3.

Imò ipsa mater potest nomine ventris possessionem capere, ex qua manutenenda venit, *ex Altimar. de nullitatib. q. 267. n. 3. Postb. de mantent. obs. 55. n. 130. & petere ventris nomine, ut in possessionem mittatur, tribus præcedentibus requisitis; scilicet, quod petat, ut detur curator ventri, ut fiat inventarium, & descriptio bonorum defuncti, Altimar. n. 19. aliàs successione privabitur, nisi ex justa causa excusetur; Altimar. sup. n. 19. §. 20. qui n. 23. inquit quod mulier existens in possessione bonorum, non debet eam alteri tradere, aliàs tenebitur ad omne damnum, ex tot. tit. ff. si ventris nomine mulier, §. n. 25. docet, ut alimenta præstita matri non repetantur, nisi per calumniam in possessionem mittatur, quæ in dubio non præsumitur, ex Mascard. concl. 639. n. 12. Menoch. de arbitr. cas. 309. n. 8. Carranç. de partu c. 2. §. 2. n. 26. non poterit tamen curator movere actiones tempore non perituras, & licèt, si venter institutus reperietur, dabitur ventri bonorum possessio, *ex l. fin. ff. de ventr. in possess. mittend.**

Curator ventris ex omnibus causis, & ad omnia tenetur, de quibus cæteri curatores. igitur ei applicanda sunt que

quæ de cæteris affirmamus; excepto eo, quod curator minoris furiosi, & prodigi, ac similiū plenam administrationem habet, curator ventris, seu bonorum solum custodiam rerum, & venditionem eorum, quæ deteriores futuræ fiunt *Petrus Gregor. sup. n. 3. l. inter bonor. 49. ff. de administratione tutor. Bayo in prax. p. 3. lib. 1. cap. 18. per tot.*

Post viginti annos absentia hæredes ab intestato absentis, qui tunc illi proximiores fuerint, ei succedunt, etiam si absens procuratorem relinquerit, & etiam si de ejus morte nulla detur fama, dummodo fuisset absens ad regiones remotas, & intra viginti annos nulla habita sit de vita ejus notitia, ut bene probat, & resolvit *Gomes, Bayo in prax. 3. p. lib. 2. q. 95. per tot. & diximus sup. à n. 20. Vide latè Roxas de incompatibilit. p. 6. cap. 3. ubi Aquil.*

Curator ventris debet facere quod venter mittatur in possessionem bonorum, quia quo ad utilia posthumus pro nato habetur *ex l. qui in utero 26. ff. de statu hominum, idèdque ei legitimæ hæreditates deferuntur ex l. 1. §. si quis proximior, ff. de cognationib. l. 1. §. 1. ff. de suis, & legitimis hæredibus, l. intestato §. utroque ff. eodem, l. cum quedam 30. §. 1. l. venter 84. ff. de acquirendo, l. eodem, l. antiqui 3. ff. si certum petatur, l. fin. ff. de locatione bonorum, l. posthumo II. cod. de colationibus §. posthumi Inst. de hæreditatib. quæ ab intestato deferuntur ibi Harpetr. cum infinitis Arouca in d. l. qui in utero n. 8. & nos diximus tract. 2. neque remotior in gradu admittitur, etiam præstita cautione de restituendo, eo noscente *Gratian. cap. 653. à n. 42. Arouc. sup. Ord. lib. 5. tit. 18. §. 7.**

Quæ non solum procedit quo ad bona libera, sed etiam quo ad bona maioratus, & fideicommissi, ad quæ non admittitur remotior, etiam data dicta cautione *Arouca sup. n. 4. Gratian. d. cap. 653. Peregrin. de fideicommiss. art. 43. à n. 61. Giurb. de feud. §. 2. glos. 9. à n. 44.*

Et si ad bona libera concurrant alii pares in gradu, non admittitur ad integram hæreditatem, etiam præstando cautionem de restituendo, cum infinitis *Arouca in d. l. qui in utero n. 5. §. 6. ubi præstat rationes.*

Cessant prædicta, quando post mortem ejus, ob quam deferuntur, posthumus conceptus est, vel post transactos decem menses nascitur *Arouc. sup. n. 7. §. 8. qui n. 15. docet, quod filius patroni, qui est in utero, pro patrono habetur.*

Pegas in tom. additionum Ord. lib. 1. Ord. tit. 62. n. 108. refert multos, & traddit judicatum, quod post decem annos absentiae absens mortuus reputatur, & bona quasi successioni deferuntur; §. n. 108. ex libro arestorum cap. 73. docet quod quando aliquis est datus curator absentis, eo mortuo, transeunt bene ad suos hæredes, & non ad secundum curatorem, licet proximior sit; & quod secundus curator non potest petere ab hæredibus primi curatoris redditus bonorum, §. n. 112. quod neque rationes petere potest, §. n. 115. judicatum refert quod quando absens relinquit testamentum, hæres scriptus est curator bonorum, sicut est hæres relictus sub conditione, §. n. 116. ex Valasc. alleg. 79. n. 43. quod spurii non possunt petere curam bonorum.

C A P U T XIV.

Ex quo dolo, culpa, & negligentia curatores teneantur, vel non?

SUMMARIUM.

- 1 Tutores, curatores, & quicumque administratores de dolo, culpa lata, levi, & aliquando de levissima, & casu fortuito tenentur.
- 2 Tutores, & curatores ex tempore, quo se datos esse cognoverint.
- 3 Si domos ruinosas non reparaverint, ad damna, & interesse tenentur.
- 4 Quid quando bona pupilli, seu minoris

ris

- ris tutor, seu curator prudenter non collocaverit, cum in suis non ita se gerat.
- 5 Quid de inutiliter dato administrationi se ingerenti.
- 6 Quid quando creatus per sententiam, appellatione pendente, non gerit.
- 7 Quid quando vetus frumentum non vendit, & vetusta aedificia non reficit.
- 8 Curatores, atque tutores non minus maiorem diligentiam circa bona pupilli, & minoris adhibere debent, quam circa suas.
- 9 Si res pupilli non locaverint, sicut suas, tenebuntur.
- 10 Et quando non.
- 11 Si eodem modo, & periculo tutor, & curator res suas salvasset, eis non imputatur.
- 12 Nec quando bona tutoris, vel curatoris pretiosiora, vel paria esse probantur.
- 13 Bona tamen puberis, vel impuberis, non tenentur præferre suis, nec quando de periculo anime agitur.
- 14 Tutores, curatoresque non tenentur maiorem diligentiam adhibere in rebus pupilli, seu minoris, quam in propriis.
- 15 Nemo ad maiorem diligentiam in rebus alienis tenetur, quam in propriis.
- 16 Negantes pecunias pupillares habere, & demendatio convicti, non data iusta causa, ad usuras tenentur.
- 17 Si eorum culpa debita præscripta sunt, vel debitores non solvendo facti, tenentur de suo solvere.
- 18 Quod pupillo, seu adulto utilius fuerit inquirere tenentur, aliter sumptus non expedites imputabunt.
- 19 Modum, vel conditionem adjectam pupillo, seu minori adimplere tenentur, aliter de interesse condemnabuntur.
- 20 Canone, & pensiones solvere, alias de commissio, damnis, & de interesse tenentur.
- 21 Si indebitum solvant, contra eos ad damna, & interesse in litem iuratur.
- 22 Si damnum contrahendo intulerint, de interesse tenentur, quod est in electione pupilli, seu minoris, si restitutionem petere non vult.
- 23 Quam restitutionem petere potest etiam si per tutorem pupillo consultum plene sit.
- 24 Contrarium tenent alii; quod cum distinctione componitur.
- 25 Negotia pupillorum diligentissime expedire tenentur, & diligentibus committere, si per se nequeant.
- 26 Si male gerant, extra ordinem puniuntur.
- 27 Et si bonis careant, in corpore luunt.
- 28 Testatorem inducere dolo ad sibi relinquendum, quod pupillo, seu adulto relinquere volebat, non possunt.
- 29 Ex lata culpa contra tutorem, & curatorem in litem iuratur.
- 30 De casu fortuito tenentur, si dolus, vel culpa lata illum præcesserit.
- 31 Si bene, & rectè rationem reddere promiserint, de levissima etiam tenentur.
- 32 De eo, quod non acquisierunt dolo, lata, vel levi culpa, cum possint, tenentur.
- 33 De damno dato in bonis alterius provincie tenentur, quando alium ibi tutorem, seu curatorem dari non curarunt.
- 34 Et si alius tutor ad id datus sit, tamen quam conjunctus, tenetur.
- 35 Si à creditoribus interpellati non solverint, ad usuras tenentur.
- 36 Ad interesse tenentur, quando restitutionem adversus moram non petierint.
- 37 Dicta procedunt in curatore, seu tutore noxie causa dato.
- 38 Quando ob amissa instrumenta tentantur?
- 39 In quantum teneantur, si fructus non vendiderint?
- 40 In quo loco vendendi sunt, & ad quod tempus servari?

- 41 Si bona tempore peritura non vendiderint, ad interesse tenentur.
- 42 Si pecunias ad honestum locum deposuerint apud non idoneum, tenentur, nisi pater pupilli, seu minoris collocare solitus fuisset.
- 43 Vel quando communiter idoneus reputaretur.
- 44 Si contutorem, vel concuratorem suspectos non fecerint, cum potuerint, tenentur.
- 45 Si justo pretio non vendiderint, tenentur, & quando pretio auctoritate publica taxato excusentur?
- 46 Ut de furto non teneantur, furtum esse factum, & absque eorum culpa probare tenentur.
- 47 Pro obligatis ad custodiam tres casus considerantur, primus, furtum, quod absque culpa contingere nequit; fuga servorum, & animalium ad custodiam datorum; & carceratorum fugam.
- 48 Allegantes prædicta, ad se excusandum quid probare debeant.
- 49 Merces in horreo detinentes tutor, vel curator, cum vendere potuerint, tum de facto, tum de incendio tenentur.
- 50 Secundus casus est, quando allegatur casum fortuitum absque culpa regulariter contingentem, in quo casum probare sufficit.
- 51 Tertius, quando casus sine culpa, vel cum illa contingere potest, & quid tunc probari debet?
- 52 Referuntur alii, qui ex officio tum publico, tum privato, casum fortuitum sine culpa sua contigisse, probare tenentur.
- 53 Ad custodiam animalium obligatis mortem probare non sufficit, sed sine culpa sua periisse, probare tenentur.
- 54 Tutor, curatorque animalia, servos debito tempore non vendens, aurea, & argentea in arca orphanorum non mittens, probando mortem, seu furtum, non liberatur.
- 55 Bona pupilli aliis obligata redimere tenentur, aliàs ad interesse.
- 56 Si à debitoribus non exigant, qui postea non solvendo fiunt, tenentur.
- 57 Ita quando terminum prorogaverint, & in illo non solvendo fiunt; nisi in casibus hinc exceptis.
- 58 De dolo etiam, & culpa lata, & levissima institutorum, exercitorum, vel factorum ab tutoribus, seu curatoribus electorum tenentur.
- 59 De culpa levissima, quando tutelam, vel curam ambierunt, & postulaverunt, tenentur.
- 60 De culpa levi non tenentur, si in emptione prædiorum captio intervenierit.
- 61 Quod exemplificatur in emente minus idoneam.
- 62 Et quando in exigendis debitis leviter peccaverit.
- 63 Pupillus, tempore tutelæ susceptæ, debitores solvendo esse probare tenentur.
- 64 De levi culpa non tenentur, si ratione pecuniæ amissæ, & non quæ sitæ conveniantur.
- 65 Nec, quando de gestis, de consilio, & interventu matris, & consanguineorum factis conventi, de levi tenentur.
- 66 Nec quando locuplectiores facti non sunt, nec in dolo vero essent, & eis facta fuit liberatio à redditione rationum.
- 67 Nec tenentur de rerum amissione propter popularem seditionem, nisi ipsi fuerint in culpa.
- 68 Transitus sex mensium debitorum, qui solvendo sunt, non imputatur in culpa lata, si actio tempore peritura non erat.
- 69 Nec quando justa causa excusarentur.
- 70 Contra præsumptionem juris tutores, & curatores suam bonam fidem probare possunt.
- 71 Quando post mortem pupilli, seu adultæ nomen debitoris idoneum esse deserit, non tenentur.
- 72 Nec quando se esse tutores, vel curatores

- tores datos ignoraverint.
- 73 Dum hæreditas adita non est ex testamento, ubi tutores nominantur, non tenentur.
- 74 Qui non gesserunt, etiam non tenentur, dum contutor, seu concurator solvendo sunt.
- 75 Tutor inutiliter datus, si non gessit, non tenetur.
- 76 Si propter inopiam rationem non reddit, vel solvere non possit, in culpa non dicitur.
- 77 Contrahentes cum autoritate Judicis, vel coram illo, non tenentur.
- 78 Nec quando bona sua bonis pupilli, seu adulti prætulerunt.
- 79 Nec etiam tenentur, qui tutores, & curatores esse non poterant.
- 80 Remotis à tutela, vel cura periculum futuri temporis non obstat.
- 81 Tutor, seu curator certæ rei, seu litis, de aliis minimè tenetur.
- 82 Similiter excusatus non tenetur.
- 83 Nec quando fecerunt, quod quilibet paterfamilias diligens fecisset.
- 84 Unde non tenentur quando debitorem pauperem non convenerunt.
- 85 Officiales propter paupertatem debita remittere possunt.
- 86 Exactor utens diligentia solita pro debitoribus decoctis non tenetur.
- 87 Vel quando in faciendis diligentibus minus impensuri erant.
- 88 Quando tutor, & similes fecit, quod dominus facere solebat, vel se habuerint secundum consuetudinem, non tenentur.
- 89 Si pecuniam ex administratione non habeant ad ædificia, & molendina reficienda, non tenentur, cum de suo expendere non debeant.
- 90 Similiter quando pecunia ad aliud applicata est.
- 91 Vel quando compertum est expensum non esse profuturum.
- 92 De occupatis per adultum non tenentur.
- 93 An negligentia in aliquibus compensetur cum diligentia in aliis? Re-

solvitur negativè.

- 94 In negotiorum gestore? *Affirmativè.*
- 95 Culposus de culpa alterius redarguere non potest.
- 96 Culpa causam dans, eam allegare nequit: culpa cum culpa compensatur.
- 97 Similiter damnum dans.
- 98 Qui ex suo facto, vel culpa evictionem causavit, de illa agere nequit.
- 99 Nec de spolio, qui culpa sua à possessione ceciderit.

Non obtante, quod in capite secundo, & duodecimo libri secundi per tot. egimus de dolo, culpa, & negligentia, ex quibus tutores conveniri possunt, quæ omnia in omnibus, & per omnia in curatoribus procedunt, nihilominus in hoc capite, quæ in præcitis capitibus defuerunt, dabimus; & pro regula constituimus, quod curatores, tutores, & quicumque alij administratores de dolo, culpa lata, & levi, & aliquando de levissima, & de casu fortuito teneantur, quæ probatur ex abundè traditis in dict. cap. 2. § 12.

Ampliatum primo, quod teneantur curatores, & tutores ex tempore, quo se datos esse cognoverint; ex l. 1. § 2. cod. si tutor, vel curat. non gesser. ubi Bald. & Salicet. Barb. Peres, & Zoetz. Bruneman. & Wesemb. l. 1. §. 1. ff. de admin. tutor. Mar. Anton. in l. hac consultissima §. ex imperfecto n. 123. cod. de testam. Ruin. cons. 89. n. 7. § 8. § cons. 105. n. 15. lib. 5. Gutter. de tutel. 3. p. c. 1. 102. & si domos ruinosas non reparaverint, ad damna, & interesse pupillo, seu minori refundenda tenebuntur; ex l. lex, quæ tutores §. ergo cod. de admin. tutor. ubi Barb. cum multis n. 1. Rip. de remed. ad conservand. ubertat. n. 14. Piag. de tutorib. q. 19. n. 14. Gutter. dict. cap. 1. n. 13. Roman. cons. 425. n. 1. ubi quando tutor, vel curator sua prudenter collocaverit, non bona pupilli, seu minoris Cuman. de pactis lib.

5 I. cap. 20. n. 56. ubi de neglectis teneri probat, *Rot. Rom. dec. 634. l. p. diversorum*, ubi de inutiliter dato, qui se administrationi ingessit; *Montan. de tutel. cap. 32. reg. 4. à n. 9. Joann. Ferrar. de appellat. n. 17. Menoch. conf. 1218. Riccius in collectan. decisio. 1211.* ubi

6 ex *Papiens. lib. 15. tit. 5. art. 4.* creatum per sententiam, appellatione pendente, non gerentem ad damna, & interesse pupillo, seu minori tenere probat *Escob. de ratioc. cap. 19.* ubi latè, & in fine, & omni administratione procedere probat, *Spin. de testament. glos. 29 n. 56.* ubi vetus frumentum vendere tenere, & vetusta adificia reficere probat; *Hees. de rationib. reddend. loc. 9. à n. 170. § loc. 10. per tot.*

8 Ampliatur secundo, quod teneantur non minus curatores, atque tutores maiorem diligentiam circa bona pupilli, & minoris, quam circa suam adhibere teneantur *l. tutores secundum dignitatem §. 1. ff. de admin. tutor. Curt. Junior conf. 29. n. 19. Cassan. in consuetud. Burg. rub. 6. §. 4. n. 2.* ita ut, si res pupilli non locaverit, sicut suas, tenebitur; *Montan. de tutel. cap. 30. n. 93. § cap. 32. reg. 2. n. 6. § reg. 9. n. 6. Galgan. de tutel. lib. 3. q. 32. Decian. lib. 2. conf. 85. n. 27. Gratian. cap. 125. n. 14.* nisi curator, vel tutor probaverit, suas, & non pupilli, vel minoris res solvere, seu locare potuisse,

9 *l. tutor §. 1. ff. de admin. tutor. Galgan. dict. lib. 3. q. 47. n. 3. Borgn. de tutorib. 329.* ubi curatori, seu tutori non imputari probat, si eodem modo, & periculo tutor, vel curator res suas salvasset, vel nisi bona curatoris, vel tutoris pretiosiora esse, vel paria probaretur; *Roman. sing. 705. Curt. Jun. sup. Montan. sup. § cap. 9. à n. 9.* ubi subdit bona puberis, seu impuberis non tenere præferre suis, ubi etiam de animæ periculo ageretur; *Bald. in l. videamus ff. de in litem jurand. Escob. de ratioc. cap. 19. n. 64.* latè *Rosignol. de societ. disquisit. 1. sect. 10. per tot.*

11
12
13
14 Verum in contrarium est veritas,

nempè tutores, & curatores non tenere maiorem adhibere diligentiam in rebus pupilli, seu minoris, quam propriis; *ex l. à tutoribus 34. ff. de admin. tutor. Bart. in l. 1. ff. de tutel. ration. distrabend. Rot. Roman. dec. 202. in fin. p. 4. diversorum, § 452. n. 3. p. 2. recent.* quia regulariter nemo tenetur, nisi ad eam diligentiam, quam in propriis adhibere solet, ut in communibus rebus probat *ix. quo ad socios in l. cum a nobis §. venit, l. socius socio ff. pro socio, §. fin. Inst. de societ. Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 46. n. 1. § n. 20. Hees. dict. loc. 10. à n. 10.*

15
16 Ampliatur tertio, quod tutores, curatoresque teneantur in omnibus casibus, de quibus latè agimus *tract. 3. lib. 6. à cap. 35. usque ad 40. inclusive,* & quando pupilli, seu minoris pecunias habere negaverint; nam tunc de mendacio convicti, ad usuras tenentur, nisi ex iusta causa negaverint; *ex l. tutor qui reportorium §. sea § si ff. de admin. tutor. l. de etate §. cum esset ff. de interrogator. actionib. Montan. de tutel. cap. 39. à n. 16. Hees. de rationib. reddend. loc. 10.*

17 Ampliatur quarto, quod, si nomina debitorum culpa curatoris, vel tutoris præscripta sint, vel debitores non solvendo facti fuerint, teneantur de suo solvere; *Cagnol. in l. contract. ff. de reg. jur. n. 82. & diximus tract. 3. lib. 6. cap. 22.*

18 Ampliatur quinto, quod teneantur inquirere illud, quod pupillo, vel adulto utilius fuerit, alioquin sumptus pupillo non expedites illis imputabuntur, *l. tutor 10. ff. de admin. tutor. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. n. 275. Hees. de ration. reddend. loc. 11. n. 264.*

19 Ampliatur sexto, quod modum, vel conditionem contractui pupilli, vel minoris adjectam teneantur implere, alioquin ad interesse condemnabuntur, *l. pupillorum cod. de admin. tutor. Montan. sup. n. 280. Romanus conf. 425. n. 13.*

20 Ampliatur septimo, quod canones, & pensiones solvere teneantur; alioquin, si pupillus, vel minor cadat in commissum, ad damna, & interesse tenebuntur *l. si tutor. cod. de admin. tutor. ibi Barb. Montan. sup. n. 281. Hees. sup. loc. 10. per tot.*

21 Ampliatur octavo, quod, si indbitum scienter solvant, contra eos ad damna, & interesse in litem juretur; *6. cum post §. 1. ibi Bart. ff. de administr. tutor. l. 14. §. in solvendis ff. eod. Montan. sup. n. 281. Hees. loc. 12.*

22 Ampliatur nono, quod, si pupillo, vel minori damnum contrahendo intulerint, sit in electione pupilli, vel minoris restitutionem in integrum petere, vel agere ad interesse, *l. etiam cod. si tutor, vel curator, Montan. sup. n. 282. Gratian. dec. 230. ibi Scop. Magon. dec. Luc. 68. n. 7. etiam si plenè consultum sit pupillo, seu minori contra tutorem, seu curatorem, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 7. n. 150. & tradunt alij infiniti penes Thom. de tutorib. &*

23 *curatorib. tit. 18. n. 171. qui n. 170. multos pro contraria refert, § n. 172. has opiniones conciliat, distinguendo inter restitutionem ex capite minorum, & restitutionem ex clausula generali, ita ut in prima restitutio non denegetur, etiam si plenè pupillo, vel minori consultū sit; secūs in secunda; Borgn. de tutorib. n. 100. Roland. lib. 2. conf. 10. n. 22. diximus tract. 1. lib. 4. cap. 7. n. 150.*

25 Ampliatur decimo, quod teneantur negotia pupilli, seu minoris diligentissimè expedire, & si nequeant personis diligentibus committere, *l. si procuratorem §. si tutores ff. mandati, l. nam §. Servius §. fin. ff. de negot. gest. Montan. sup. n. 285.*

26 Ampliatur undecimo, quod si malè gerant, extra ordinem puniri possint, *l. in eos ff. de curatorib. Montan. de tutel. cap. 31. effect. 2. n. 5. & si satisfacere non possunt, in corpus luent, l. ob fenus ff. de administr. tutor.*

28 Ampliatur duodecimo, quod non

possunt testatorem dolo inducere ad sibi relinquendum, vi, aut fraude adhibita, quod pupillo, seu adulto relinquere volebat; *Borgn. de tutorib. num. 279. Gutter. de tutel. p. 2. cap. 14. n. 2. ubi idem de Prælato docet, de quo diximus lib. 6. cap. ...*

Ampliatur decimotertio, quod non solum ex dolo, sed ex lata culpa contra eos in litem juretur; *Socin. conf. 115. n. 3. lib. 2. Wesemb. conf. 216. n. 16.*

Ampliatur decimoquarto, quod de casu fortuito etiam teneantur, si dolus, vel culpa lata illum præcesserit, *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 108. Montan. de tutel. c. 31. effect. 2. n. 44. Piag. de tutorib. q. 19. n. 17. Hees. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 248. usq. ad n. 250.*

Ampliatur decimoquinto, quod si benè, & rectè rationem reddere promiserint, de levissima etiam teneantur, *Borgn. de tutorib. n. 120. Montan. de tutel. cap. 39. n. 36.*

Ampliatur decimosexto, quod teneantur, cum possent, & dolo, lata, vel levi culpa non acquisiverunt, *l. quidquid cod. arbitr. tutel. ibi glos. Montan. de tutel. cap. 39. n. 16.*

Ampliatur decimosextimo, quod teneantur de damno dato in rebus alterius provinciae, nisi curaverint, alium ibi tutorem, vel curatorem dari; *l. tutor §. rerum, & §. patrius ff. de admin. tutor. etiam si ad id alius tutor datus sit, quia conjuncti dati censentur, l. quoties §. constat ff. de admin. tutor. l. cum furiosus §. tali ff. de curatore furiosi, l. cum ob augmentum cod. in quibus causis tutor. Cyriac. contr. 433. n. 23.*

Ampliatur decimo octavo, quod si interpellati à creditoribus non solverint, ad interesse teneantur, *Ruin. conf. 119. n. 18. lib. 5. ubi etiam tradit solvendi modum ex l. ob æs cod. de prædit. minor. Auth. hoc si debitor cod. de solut. Hees. de rationib. reddend. loc. 12. & diximus tract. 3. lib. 6. cap. ...*

Ampliatur decimonono, quod ad interesse teneantur quando restitutionem adversus moram non petierint, *l. quid*

quidquid cod. arbitr. tutel. ibi Barb.

37 Ampliatur vigesimo, quod procedat in curatore, seu tutore causa notitiæ dato, si alios non instruxerit, nec suspectos fecerit, *l. 1. cod. de pericul. tutor.* ibi Bald. Salicet. & Barb.

38 Ampliatur vigesimoprimo, quod pro amissis instrumentis creditorum teneantur, licet secus dolo, vel culpa cessante *l. chyrographis 58. ff. de admin. tutor. l. 2. cod. arbitr. tutel. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 4. n. 15.*

39 Ampliatur, quod si fructus non vendiderint, & consumpti sint ad interesse quanti plurimi secundum tempus consummationis, vel triennij, quo durare soliti sunt, teneantur, *Menoch. recuperand. remed. 15. n. 599. Borgn. de tutorib. n. 226.* non tamen tenentur in tempus carestie reservare, nec alio loco vendendos transmittere, quos licet de jure communi sine decreto valeant vendere, *ex l. 1. §. fin. cod. de administr. tutor.* de consuetudine nostra in publico foro sunt vendendi.

41 Ampliatur vigesimosecundo, quod ad interesse teneantur, si bona tempore peritura non vendiderint, *ex l. tutor 18. §. si tutor ff. de administr. tutor.*

42 Ampliatur vigesimotertio, si pecunias depofuerunt ad honestum lucrum penes non idoneum, nisi pater pupilli, seu minoris collocare solitus fuisset, *l. quæ conditione ff. de condit. & demonstr. vel nisi communiter reputaretur idoneus, Escob. de ratioc. cap 19. n. 42.*

44 Ampliatur vigesimoquarto, si contutorem, vel concuratorem suspectos non fecerint, cum potuerint, *ex l. 1. cod. si tutor, vel curator non gesserit, ibi Bald. & Salicet.*

45 Ampliatur vigesimoquinto, quod procedat etiam, quando justo pretio non vendiderint, & licet excusentur, si pro pretio autoritate publica taxato vendiderint, non tamen excusarentur, si fama viciniae maioris pretii probaretur *Crem. in l. 2. cod. de rescind. n. 302.*

Ampliatur vigesimosexto, quod ex furto, & casu fortuito teneantur, nisi duo ex parte tutoris, vel curatoris probentur. Primum, nempe furtum fuisse factum. Secundum sine culpa tutoris, vel curatoris fuisse factum, *l. si res pupillares ff. de admin. tutor. l. 3. & 4. cod. de pericul. tutor.* cum ad custodiam teneantur, ad quod tres casus sunt faciendi. Primus, quando quis vult se excusare propter casum, qui regulariter non potest contingere absque culpa, ut furtum, *ex l. cum duobus §. damna ff. pro soc. incendium, ex l. 3. ff. de offic. præfect. vig. l. si vendita*

47 *II. ff. de pericul. & commod. rei vendit. fuga servorum, ex l. fin. ff. de custod. reor. fuga animalium datorum ad custodiam: l. bonæ fidei ff. reivend. fuga carceratorum: Michalor. de fructib. 2. p. cap. 47. n. 5. & in hoc, qui illum ad se excusandum allegat, non solum illum debet probare, sed ostendere absque culpa ejus: Bald. in l. si creditor ff. de pignorib. Angel. in l. fin. ff. de custod. reor. Michalor. concl. 467. à n. 5. Menoch. lib. 6. præsumpt. 61. à n. 30. & ita si tutor, vel curator merces in horreo retinuerit, cum eas vendere debeat, non liberatur, etiam si probet, vel furatas esse, vel vi ignis consumptas; *ex l. 3. cod. de pericul. tutor.* cum culpa præcedat casum; & diximus *lib. 2. cap. ultim. à n. 50.**

Secundus est, quando quis allegat casum, qui regulariter contingere solet absque culpa, ut est incurfus hostium, latronum impetus, aquarum vis, & similia, & in casu sufficit probare casum, & qui dicit culpam præcessisse, id ostendere debet; *ex dict. l. si creditor §. fin. Inst. quibus mod. re contrah. obligat. Michalor. dict. cap. 47. n. 6. Menoch. & Mascard. in loc. prox. citat. & diximus lib. 2. c. 12. à n. 50. cum plurib. sequentib.*

Tertius est, quando amissio provenit ex casu, qui contingere solet cum culpa, seu sine illa, & ita est indifferens, & in hoc casu non magis præsumitur

- adfuiffe culpam, quàm non adfuiffe, ideò recurrendum est ad conjecturas, ideo recurrendum est ad conjecturas,
- 52 nisi simus in personis, quæ tenentur ad custodiam, prout sunt argentarij, pastores, & alij, qui ratione publici, vel privati officij ad custodiam tenentur, quia qui casum allegat ad se excusandum, non solum casum probare debet, sed sine culpa contigisse: *glos. in l. si quis dānum ff. locati, Mascard. concl. 264. Michalor. dict. cap. 47. à n. 7. l. si quis ex argentariis §. fin. ff. de edend. l. ultim. ff. de custodia rerum*: ideò, qui tenetur ad custodiam animalium, vel fervorum, non sufficit probare mortem eorum, sed debet ostendere, quod sine culpa sua perierunt. Unde si tutor, vel curator animalia, seu servos, & ancillas pupilli, seu minoris non vendidit debito tempore; si aurea, & argentea in arca orphanorum non misit, postea non liberatur probando mortem animalium, vel furtum auri, & argenti, cum in culpa fuisset non vendendo, & in arca non mittendo; latissime *Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 196. usq. ad n. 246.*
- 55 Ampliatur vigesimo septimo, quod teneantur redimere bona pupilli, seu minoris aliis obligata: alioquin ad interesse teneantur; *Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. à n. 201. Corneus lib. 3. conf. 243. n. 9.*
- 56 Ampliatur vigesimo octavo, quod teneantur, si non exigant à debitoribus, qui postea non solvendo facti sunt; *l. chyrograph. ff. de administr. tutor. l. 1. cod. arbitr. tutel. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 16. n. 11. Piag. de tutorib. q. 19. n. 10. Borgn. de tutorib. n. 118. Montan. de tutel. cap. 38. à n. 98. & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. à n. 53. & tract. 3. lib. 6. cap. 35. cum plurib. sequentib. vel si terminum prorogent, & in termino fiant non solvendo, nisi debitores facti sint non solvendo, antequam conveniri possint, vel non extaret probatio ad eos cogendos, vel si notorie solvendo non sunt, vel si plus essent impensuri, quàm exigerunt, vel si agere non possint, vel*

si non probetur, debitores non esse solvendo tempore finitæ curæ, vel tutelæ, vel quando solum culpa levis probaretur, ut explicant supra citati DD. & latè *Thom. de tutorib. infinitis relatis tit. 18. cap. 11. à n. 139. usq. ad 149. diximus tract. 3. lib. 6. cap. 22. à n. 48. Heef. de rationib. reddend. loc. 9. à n. 80. usq. ad 119. Jul. Caupon. tom. 1. discep. 35. per tot. Peg. forens. cap. 3. à n. 678.*

Ampliatur vigesimo nono, quod non tantum ex dolo, culpa, lata, & levi ab eis in administratione commissa, teneantur, sed ex dolo, culpa lata, & levi infistorum, exercitorum, seu factorum ab eis electorum, ut diximus *cap. 1. & probat latè Arouc. alleg. 79. per tot. Borgnius de tutoribus à n. 118. Thom. dict. tit. 18. cap. 11. n. 150. Gratian. cap. 395. n. 12. Thom. de tutoribus tit. 18. cap. 11. n. 188. Roman. conf. 425. Cyriac. contr. 433. per tot.*

Ampliatur trigesimo, quod de culpa levissima etiam teneantur, quando tutelam, vel curam ambierunt, ut ex multis probavimus *tract. 1. lib. 4. c. 10. n. 45. & ampliatur in omnibus casibus, de quibus tract. 3. lib. 6. à cap. 35. usq. ad 40. Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 248.*

Limitatur primo, quod non teneantur de levi culpa, si in prædiorum emptione captio intervenerit; *l. 2. cod. arbitr. tutel. l. si quis putans §. sive ff. commun. dividund. Cald. in l. curatorem cod. de restitut. in integrum verbo sine curatore n. 5. Gutter. de tutel. p. 2. cap. 14. n. 9. quia emisset minùs idoneam Montan. de tutel. cap. 29. n. 55. vel si in exigendis creditis pupilli, seu minoris leviter peccaverint, ex juribus supra citatis *Piagius de tutorib. q. 19. n. 10. Montan. cap. 32. reg. 9. n. 185. Galzan. de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 5. Gutter. sup. n. 8. qui omnes dicunt teneri pupillum probare tempore tutelæ susceptæ debitores esse solvendo.**

Limitatur secundo, quod non teneantur de levi culpa, si conveniantur ratione pecuniæ amissæ, & non quæsitæ;

quæsitæ; *glos. communiter recepta in l. 2. cod. arbitr. tutel.*

65 Limitatur tertio, quod non teneantur de levi culpa respectu gestorum de consilio, & interventu matris, & consanguineorum factorum; *Borgn. de tutorib. n. 111. § 112. Thom. de tutorib. tit. 18. c. 12. n. 226. Menoch. conf. 145. n. 26.*

66 Limitatur quarto, quando locupletiores facti non fuissent, nec in dolo vero essent, & eis facta fuisset liberatio à redditione rationum; *Cald. sup. verbo adversarij dolo n. 20. Thom. dict. cap. 12. n. 227. Menoch. recuper. remed. 15. n. 135.*

67 Limitatur quinto, quod non teneantur de rerum amissione propter popularem seditionem, nisi ipsi fuerint in culpa seditionis; *Thom. dict. c. 11. n. 196. Ruin. lib. 4. conf. 70. à n. 3.*

68 Limitatur sexto, quod transitus sex mensium debitorum, qui solvendo sunt, non dicatur culpa lata, si actio tempore non erat peritura; *Gratian. cap. 125. à n. 4. Thom. dict. cap. 11. à n. 195.*

69 Limitatur septimo, quod non teneantur, quando ex justa causa excusarentur; *Borgn. de tutorib. n. 37. Thom. dict. tit. 18. cap. 11. n. 198.*

70 Limitatur octavo, quod contra præsumptionem juris suam bonam fidem probare admittantur; *Berthas. conf. crimin. 409. Thom. sup. n. 194.*

71 Limitatur nono, quod non teneantur, quando post mortem pupilli, seu adulti nomen debitoris idoneum esse desierit; *ex l. post mortem ff. de administr. tutor. Thom. sup. n. 100.*

72 Limitatur decimo, quod non teneantur, quando se esse datos tutores, vel curatores ignoraverint, *l. § si 8. cod. de administr. tutor. l. 7. ff. eodem, Thom. dict. cap. 11. n. 197. § n. 208.*

73 Limitatur undecimo, quod non teneantur, dum hæreditas non est adita ex testamento, in quo tutores, vel curatores dati sunt; *Thom. de tutorib. tit. 18. cap. 1. n. 207. ubi alios refert.*

Limitatur duodecimo, in eo, qui non gessit, qui non convenitur, si concutor, seu concurator solvendo sit; *l. 2. ibi glos. Salicet. & alij cod. si tutor, vel curator non gesserit, Thom. sup. num. 208.*

Limitatur decimotertio, nam licet, quando tutor, vel curator inutiliter datus administrationi se ingesserit, teneatur; *l. tutores § curatores 2. ff. de administr. tutor. l. fin. cod. de eo, qui pro tutore; secus tamen, si nihil omnino gesserit; ex l. impuberi 41. ff. de administr. tutor. Thom. sup. n. 208.*

Limitatur decimoquarto, quod in culpa non dicatur, si propter inopiam rationem reddere, & solvere non possint, *Soccin. lib. 2. conf. 226. n. 16. Thom. de tutorib. tit. 18. cap. 12. n. 216. plures tract. 3. lib. 3. c. 10. per tot.*

Limitatur decimoquinto, quando coram Judice, & autoritate concutoris, seu concuratoris, contraxerunt; *Menoch. lib. 3. præsumpt. 80. à n. 8. Thom. sup. n. 228.*

Limitatur decimosexto, quando sua bona bonis pupilli, seu minoris prætulerunt; *ex l. tutoris dignitatem § non est ferendus ff. de administr. tutor. Thom. sup. n. 229.*

Limitatur decimosextimo, quod non procedat in eis, qui tutores, vel curatores esse non poterant; *Borgn. de tutor. n. 4. Thom. cum multis sup. n. 231.*

Limitatur decimo octavo, in remotis à tutela, vel cura, quibus periculum futuri temporis non obstat; *l. decreto ff. de suspect. tutorib. Montan. de tutel. cap. 39. n. 256.*

Limitatur decimonono, in tutore, seu curatore certæ rei, seu litis, qui de aliis minimè tenetur; *l. ad protegendum cod. de in litem dando tutor. Montan. sup. n. 260.*

Limitatur vigesimo, in tutore, seu curatore nominato, qui fuit excusatus; *l. si tutor. cod. de excusat. tutor. Montan. sup. n. 259. Thom. dict. cap. 11. n. 203.*

Limitatur vigesimo primo, quando

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

do

do tutor, vel curator, seu administrator fecit, quod quilibet paterfamilias diligens in suis rebus fecisset; *l. à tutorib. ff. de administr. tutor. l. 1. ff. de tutorib. distrabend. Valenz. conf. 179. n. 73.* ideò excusantur, quando propter paupertatem debitorem ad solvendum non conveniunt; *Bart. in l. omnes pensitare, cod. de annon. § tribut. lib. 10. Valenz. sup. n. 75. Escob. de ratioc. cap. 24. n. 12. Baeça de inope debitore 2. p. cap. 18. à n. 9.* notantes, quod officiales propter paupertatem possint remittere debita; *l. si procurator §. si ignorantes ff. mandati, l. Thais ancilla §. Sthicus arcarius ff. de fideicommissar. libert. & quod exactor, qui usus est solita diligentia, non tenetur pro debitoribus de coctis; Valenz. sup. n. 76. & quando in faciendis diligentis plus erant impensuri *l. Mediterraneæ cod. de annonis lib. 10. Valenz. n. 80. l. sed an ultro ff. de neg. gest. Valenz. sup. n. 8. latè Heef. de rationib. reddend. loco 10. à n. 134. usq. ad n. 185. Ansaldo. de comerc. discurs. 39. n. 14. 23. n. 15. 24. n. 7. 39. n. 7.**

88 Limitatur vigesimosecundo, quando tutor, curator, vel quilibet alius administrator fecerit, quod dominus erat solutus facere, vel quando in gerenda administratione se habuerunt secundum consuetudinem similibus administratorum, quia modus, quo aliquid fit, & non quo fieri potest, consideratur; *l. si negotia ff. negot. gest. Valenz. conf. 179. n. 82. 83. § 84. Cavalcan. dec. 37. n. 19. 1. p. Cravet. de antiquitat. tempor. 1. p. sect. 4. num. 8. latè Heef. de rationib. reddend. loc. 10. à n. 160. loc. 23. à n. 4. § 24. à n. 7. 39. à n. 14. 62. à n. 18. § 40.*

89 Limitatur vigesimotertio, quod tutores, curatores, & cæteri administratores non teneantur ex eo, quod ædificia, seu molendina collapsa, vel ruinam minantia non reedificent, seu restaurant, quando administrationis pecuniam non habent, quia vento non reficiuntur, sed magna expensa, quam de suo facere non tenentur; *l. jus ali-*

mentorum §. fin. ff. ubi pupillus educari debet, l. magis puto §. si pupillus ff. de rebus eorum, cum infinitis Valenz. conf. 179. n. 111. § 112. vel eam habent ad alium finem applicatam, quia si pecuniæ sunt ad alios effectus applicatæ non imputatur administratori, quod illas non expendit in refectioe, seu reiteratione; l. inter causas 26. §. abesse ff. mandati, l. quid ergo 3. §. quid ergo ff. de eo, qui pro tutore, Valenz. conf. 179. n. 113. vel compertum est, quod expensum non esset profuturum, ex dict. l. quid ergo, l. ultro 11. §. is autem ff. de negot. gest. l. 1. §. penult. ff. ad Tertul. Valenz. n. 115. Heef. sup. à n. 134.


Limitatur vigesimoquarto, quod non teneantur de occupatis per adultum, & de his, de quibus per illum fuerunt spoliati; *Paul. Mel. ad Castib. de aliment. cap. 37. §. 2. n. 13. § cap. 70. §. 3. n. 18. idem Paul. Mel. lib. 3. obs. 124. n. 60. latè de materia hujus capituli Heef. de rationib. reddend. loc. 10.*

Limitatur vigesimoquinto, ut compensatio negligentia in quibusdam casibus compenletur per maiorem diligentiam in aliis: verum in contrarium stat veritas ex *l. §. ideò si socius, l. non ob eam rem ff. pro socio, Gregor. Rosignol. de contractu societatis discurs. 1. sect. 23. per tot. quibus non advertitur l. si negotia ff. de negotiis gestis, ubi negligentia in aliquibus casibus cum diligentia maiori in aliis compensatur, quia respondet glos. ibi quod hæc lex procedit in negotiorum gestore, qui non tenetur nisi pro his, quæ fecit, & non pro his, quæ facere debebat, Rosignol. sup. n. 4.*

Limitatur vigesimosexto, quando ex utraque parte datur culpa: quia culposus non potest de culpa redarguere ex *l. si putator, l. item ff. ad l. Aquiliam, Craveta conf. 919. à n. 19. § conf. 928. n. 4. Filicius de societ. cap. 12. n. 16. Ansaldo. de comerc. discurs. 39. n. 14. ubi cum multis docet, quod qui culpæ causam dedit, culpam allegare non possit, & quod culpa in omni casu cum culpa compenletur Cyriacus contr.*

97 *contr. 197. à n. 21. § 451. à n. 136. neque
damnum, qui occasionem damni dedit
ex l. quero S. locatorem ff. locati, Rocca*
98 *de affecurationibus notabil. 22. à n. 27.
neque eviçtione cogere ille, de cuius fa-*

*cto, & culpa eviçtio fuit secuta ex l.
fundum 46. ff. de eviçtionibus, neque 99
de spolio, qui sua culpa à possessione
cecideret, ut diximus tract. 3. lib. 6. cap.
44.*



LIBER QUINTUS.

CAPUT PRIMUM.

Actio contraria tutelæ, vel curæ, an,
& quando competat tutori, vel cu-
ratori contra pupillum, seu adultum?

SUMMARIUM.

- 1 Actio contraria tutela, quæ sit, & unde dicta.
- 2 Quare introducta fuit, & à quo jure?
- 3 Bonæ fidei est.
- 4 Tutori benè gerenti contra adultum datur.
- 5 Et curator, sive minoris, sive prodigi, & similibus, actio utilis contraria datur.
- 6 Heredibus competit, & in hæredes datur.
- 7 Hæc actio extraordinaria, nec pænalis est, sed rei persecutoria.
- 8 Ejus definitio traditur.
- 9 Post tutelam finitam conceditur.
- 10 Contrariorum eadem est disciplina.
- 11 Curatori post finitam curam conceditur.
- 12 Quid in curatore ad litem?
- 13 Actio hæc ex eo provenit, quod tutor, vel curator aliquid in rem pupilli, seu minoris expendit.
- 14 Licet sine decreto, dummodo utiliter.
- 15 Ita si debitum pupilli, aut minoris legaliter solverit.
- 16 Et si aliquid in rem pupilli, seu adultæ ante tutelam, curam, seu post, versum fuerit.

- 17 Quando, scilicet, pro pupillo, seu adulto se obligavit, & bona sua, ut liberaretur.
- 18 Vel ex eo quod tutori, seu curator, certum salarium constitutum sit.
- 19 Vel quod tutor, seu curator exactiorem debiti sui ob tutelam, seu curam, distulit.
- 20 Hac tamen actione non petitur illud, quod pupillus ex alia causa debet.
- 21 Ad petendas expensas mala fide factas denegatur.
- 22 Et ad illud plus æquo expensum.
- 23 Vel quod non expediebat.
- 24 Vel indebitè solutum.
- 25 Vel expensas in se ipsos factas.
- 26 Vel repetendum quod pro contutore, vel contestatore solverit.
- 27 Hæc actio conceditur, licet pupillus, vel adultus directam non moveat.
- 28 Et fortius, si pupillus actionem de rationibus tutela distrabendis intentaverit.
- 29 Vel tutor, seu curator, ut suspectus, remotus sit.
- 30 Quæ propter tutelam, vel curam abest, in hac actione venit.
- 31 Et quæ tutor, seu curator negotiis pupilli, seu adultæ impeditus lucrari non potuit.
- 32 Nisi tantum in substantia pupilli, seu minoris fuerit, ut exinde expense fieri potuerint, vel nisi ad usus actione tutelæ teneatur.
- 33 Hodie non usuras, sed interesse damni emergentis, seu lucri cessantis petere possunt.
- 34 Obligatus ex administratione petere potest,

- potest, ut rationes suas excutiantur.
- 35 Et quare.
- 36 Et qua via.
- 37 Alii, quibus hæc actio competit, narrantur.
- 38 Si in rationibus datis, vel coactè, vel voluntariè dominus rationis debitor appareat, condemnandus venit, licet per reconventionem non petatur.
- 39 Actiones cognatæ unum iudicium constituunt.
- 40 Aliter periculum datur.
- 41 Et merito appellatur, quia contra jus profertur.
- 42 An, & quando exceptio rei iudicatæ competat ex sententia prolata in mutua petitione.

I Actenus actiones declaratæ sunt, quæ pupillo, vel minori, cuius tutela, vel cura gesta est, ratione tutelæ, vel curæ contra tutorem, vel curatorem competunt; nunc ergo consentaneum est, ut illa actio declaretur, quæ à contrario contra adultum, vel minorem competit tutori, vel curatori, quæ solet actio tutelæ, seu curæ contraria vocari: ratio nominis per se patet, quia videlicet actioni tutelæ est quodammodo opposita, sicut illa pupillo contra tutorem, ita hæc è contrario, vel vicissim tutori contra pupillum datur, quæ idèò introducta fuit teste *Ulpian.* in l. i. ff. de contrar. tutel. act. ut facilius tutores administrationem susciperent, scientes pupillum quoque sibi obligatum fore ex administratione, & ut servaretur æqualitas inter tutorem, & curatorem, & pupillum, adultumque, ut sicut illi ad suscipiendum onus quasi publicum plerumque compelli possunt, ita vicissim habeant hanc de indemnitate contrariam actionem, quæ est actio personalis, quia descendit ex quasi contractu, ex §. tutoris quoque *Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nascunt.* prætoriam, sive à præto-

re introducta, ex l. i. ff. de contrar. tutel. util. action. quia cum de jure civili nullum remedium tutori concessum, & nulla contraria tutelæ persecutio constituta esset, prætor, ut solet, ex æquitate providit, ut haberet tutorem aliquam de indemnitate actionem; *Mynsing. in §. actionum 28. Inst. de actionib.* ratio rationis habetur in dict. l. i. in princip. quia pupillus absque tutoris autoritate non obligatur, ut latè diximus tract. 3. lib. 6. cap. 21. per tot. nec in rem suam autor tutor fieri potest, ex §. 2. *Inst. de autoritate tutor.* ergo inspecto rigore juris, nulla ei actio datur; nihilominus tamen: quia lex obligare potest eum, qui se ipsum obligare non potest, idèò receptum est, ut pupillus tutori suo sine alia autoritate obligetur ad hoc, ut provocarentur tutores, ut promptius de suo impenderent aliquid pro pupillis, dum sciunt se recepturos quod impendissent *Petr. Gregor. syntagmat. juris lib. 23. cap. 11. per tot.*

Est actio bonæ fidei arg. l. sancimus 28. cod. de administr. tutor. in qua bona fides agnoscenda est: quia licet actiones prætoriam ordinariè sint stricti juris, nihilominus, quia directa actio tutelæ est bonæ fidei, ut diximus lib. 2. cap. 1. idèò contraria talis erit. Servanda est in utroque iudicio ex eadem tutela nato conformis æqualitas, *Manz. de tutel. 2. p. tit. 4. n. 6. Petr. Gregor. d. cap. 11. à n. 1. ad n. 5.*

Datur hæc actio tutori contra adultum, cuius tutelam gessit; l. i. §. i. ff. de contr. tutel. act. quia sicut pupillus tutorem obligatum habet ex administratione tutelæ, eum quoque convenire potest, si malè gessit: ita quoque tutor pupillum, si benè gessit, & fortassis quædam pro ipso exposuit; *Manz. de tutel. 2. p. tit. 4. n. 7. Barb. Peres, Zoex. ad tit. cod. de contrar. judic. ubi quoque Azor, Cyn. & Bruneman.*

Curatori etiam datur utilis contraria, qui curam alterius gessit, sive is minor, sive prodigus, sive furiosus, aut

ant similis, vel quandoque etiam pupillus fuerit; *ex l. 1. §. 2. ff. de contrar. tutel. act.* quia sicut illis, qui sub cura fuerunt, jura utilem curationis causa actionem concesserunt, ut diximus *lib. 4. cap. 11.* & quidem vel utilem negotiorum gestorum, vel utilem tutelæ actionem, ut ibidem explicavimus: ita contra ipsis curatoribus utilem negotiorum gestorum, vel tutelæ concedunt, si quid curationis causa impenderunt; *l. ait prætor §. §. si furiosus ff. de negot. gest. Luc. in theatr. veritatis, §. justit. tom. 7. tract. 4. de tutorib. discurs. 12. ferè per tot. Petr. Gregor. syntagmat. juris lib. 13. cap. 11. n. 4 §. 5.*

Mortuo tutore, vel curatore eorum hæredibus datur, & mortuo eo, qui sub tutela, vel cura fuit contra hæredes, vel successores illius conceditur; *ex l. 3. §. fin. l. penult. ff. de contr. tutel. §. util. action. Manz. de tutel. 2. p. tit. 4. n. 9.* usque ad triginta annos; *ex l. 3. §. fin. ff. dict. tit. l. 8. cod. arbitr. tutel.* quia licet sit prætorica, est tamen non extraordinaria, vel pænalis, sed persecutoria rei; *Manz. dict. tit. 4. n. 47. ubi n. 48.* sic nostram actionem definit: *Quod sit personalis bonæ fidei, quæ competit tutori, finito officio, contra adultum ad ea consequenda, quæ ipsi propter tutelam absunt, vel absutura sunt.*

Tutori, seu ejus hæredibus conceditur hæc actio, ubi primum officium tutoris finitum fuerit; *l. 1. §. 3. ff. contrar. tutel. action.* quia directa eo tantum tempore competit, contrariorum autem eadem est disciplina; cum ergo à tutela remotus eo loco haberi debeat, quo esset finita, ideò sicut remotus actione tutelæ conveniri potest; ita quoque contrario judicio, si quid aberit, persequi poterit; *l. 4. ff. eodem titul.*

Curatori, ejusque hæredibus datur actio etiam ante finitam curam, *ex dict. l. 1. §. 3.* & curatori ad litem aliquid bona fide eroganti competit actio ad sumptus statim repetendos, quia sta-

tim finita lite, cura ejus finita est, & actio non contra pupillum, sed contra tutores instituitur: *l. 4. cod. de in litem dando tutore, vel curatore, Manz. de tutel. 2. p. tit. 4. n. 45. §. 46.*

Procedit ex eo, quod tutor, vel curator in rem pupilli, seu minoris aliquid expendit, *ex §. tutores Inst. de obligat. quæ ex contract. nascunt. Manz. dict. tit. 4. n. 10.* etiam si sine decreto utiliter expendisset, *l. 3. cod. de admin. tutor. Manz. n. 11.* vel debitum pupilli, aut minoris legaliter solverit, *l. Titium 47. §. tutor ff. de admin. tutor. Manz. n. 12.* vel si aliquid in rem pupilli, seu adulti ante, vel post tutelam, seu curam versum est; *l. 3. §. judicio 8. ff. de contr. tutel. act. Manz. n. 14.* ex eo, quod pro pupillo, seu minori se obligavit, aut bona sua, ut liberetur; *dict. §. tutores, l. si tutor 6. ff. de contr. tutel. act. Manz. n. 31.* ex eo, quod tutori, vel curatori certum salarium constitutum sit; *arg. l. à tutorib. §. fin. ff. de admin. tutor. Manz. n. 32.* ex eo, quod tutor, vel curator ex actionem debiti sui distulit ob tutelam, vel curam; *ex l. 1. §. an in hoc 5. ff. de contr. tutel. act. Manz. n. 34.* licet hac actione peti non possit à tutore, seu curatore illud, quod ex alia causa sibi à pupillo, vel minore debetur, v. g. debitum patris, *ex dict. §. an in hoc, Manz. n. 33.*

Denegatur ad petendas expensas mala fide factas, *l. penult. ff. de contr. tutel. act. Manz. sup. n. 19.* ad repetendum illud, quod plus æquo tutor, vel curator expenderit *l. quid ergo 3. ff. dict. tit. Manz. n. 20.* ad repetendum illud, quod expensum in pupillo, seu minori non expediebat, *ex dict. l. in princip. Manz. n. 22.* ad repetendum indebitè solutum; *arg. l. tutor 13. §. 2. l. sine hæred. 32. §. Lucius ff. de admin. tutor. Manz. sup. n. 27.* ad repetendum expensas in se ipsos factas; *l. à tutorib. 33. §. fin. ff. dict. tit. Manz. sup. n. 28.* ad repetendum illud, quod pro contutore, vel concuratore solverit; *l. 1. cod. de contr. tutel. act. Manz. sup. n. 28.*

- 27 **30** Conceditur etiam, si pupillus, vel adultus directam actionem non moveat, l. 1. §. fin. ff. de contr. tutel. action.
- 28 **Manz. sup. n. 15.** & multò magis, si actio de tutelæ rationibus distrahendis à pupillo fuerit intentata; l. 2. ff. eodem,
- 29 vel tutor, seu curator sit remotus, ut suspectus, l. 4. ff. eodem, *Manz. sup. n. 17. §. 18.*
- 30 **31** Venit in hanc actionem, & datur ad ea consequenda, quæ propter tutelam, vel curam ipsis absunt; l. 3. §. 1. ff. de contrar. tutel. action. *Manz. de tutel. 2. p. tit. 4. n. 36.* & ad ea, quæ tutor, seu curator negotiis pupillaribus, seu minoris impeditus lucrari non potuit; *Manz. sup. n. 37.* & ad usuras pecuniarum, quas de suo impendit; l. 3. §. 1. ff. de contr. tutel. action. donec ei pecuniæ reddentur; *ex dict. l. 3. §. 4. Manz. n. 38. §. 39.* nisi tantum in substantia pupilli, seu minoris fuerit, ut exinde potuerint expensæ fieri, *dict. l. 3. §. 1. Manz. n. 4.* vel nisi ad usuras actione tutelæ teneatur, *dict. l. 3. §. planè 2.*
- 33 **Manz. sup. n. 41.** qui docet n. 42. quod hodie non usuras, sed interesse damni emergentis, seu lucri cessantis petere possint.
- 34 **35** Pro coronide hujus capituli notandum est, quod qui ex administratione tenetur, actionem intendere potest, ut rationes suas excutiantur; *Avil. in capitib. prætor. cap. 30. n. 4. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 24.* novillimè *Arouc. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. n. 37.* & est tx. optimus in l. 1. §. fin. ff. de contr. tutel. action. ubi ratio traditur: quia nonnunquam ij, quorum administratio gesta fuit, de ratiociniis agere nolunt, quia nihil eis debetur, sed ipsi debent, quod pluris in administratione impensum est *Arouc. sup. dict. n. 37.* & diximus lib. 2. cap. 9. per tot.
- 36 **36** Deinde notandum est, quod si ex instrumento potest administrator summarie, & per decendum conveniri, ut rationes reddat: aliàs ordinariè, si instrumentum nullum factum fuit, *Gratian. cap. 655. n. 22. §. 852. n. 25. Par-*

lad. lib. 2. quotidian. cap. fin. 1. p. §. 12. n. 34. Arouc. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. n. 37. eodem modo, vel ordinariè, si non adsit instrumentum, vel ex instrumento executivè per administratorem contra dominum agendum sit, ut rationes ipse invitus accipiat, *Arouc. dict. n. 37. in fin.*

Hæc actio contraria non solum tutori, sed etiam ei, qui pro tutore negotia gessit, competere debet, utilis curator pupilli, furiosi, prodigi videlicet contrarium judicium negotiorum gestorum; item, & curator ventris, & hæredibus eorum in hæredes pupillarium, & aliorum, per triginta annorum spatium; datur & fideiustoribus tutorum, & curatorum *Petrus Gregor. syntagmat. jur. lib. 13. cap. 11. n. 5.*

Si tutor, vel curator, vel alius administrator reddat rationes suæ administrationis, sive voluntarius, sive coactus, ex sententia, & ex redditione appareat debitor dominus administrationis, iste venit condemnandus, licet per reconventionem non sit petitum: quia reddens rationes non tenetur reconvenire dominum administrationis, ut sibi solvat, quod ex illis fuerit reliquatus, quia datur mutua, & reciproca petitio *ex l. 1. §. ult. ff. qua sententia sine appellat. rescindant. l. si idem §. §. si mutua ff. de jurisdiction. l. Lucius §. 8. ff. mandat. l. 4. §. tutela ff. de obligationib. §. actionib. l. in hoc judic. 27. ff. famil. exciscund. & diximus latè lib. 1. cap. 5. à n. 26. Maresc. de reconvent. enarrat. 5. §. 6. per tot. Gisebert. de reconvent. cap. 20. per tot.*

Quod ex iis rationibus procedit: primo, quia quod actiones cognatæ unum judicium constituunt *ex l. in hoc judicio 27. ff. semel excisc. & sic non possunt judicari pro parte ex l. 1. cod. de ordin. judicior. Gisebert. sup. n. 7.* secundo, quia nisi Judex mutuas petitiones actionum cognatorum una sententia decidat, datur periculum, quod enim Judex condemnat, alius absolvat *contra tx. in l. cognit. §. cum sequent. ff. de*

de liberal. caus. l. 3. cod. de sententia interlocut. Gisebert. d. cap. 20. à num. 8. tertio, quia merito appellatur, si non una sententia definiantur, propterea quod omnes ex una causa dimanent, neque possit prius constare de una, quàm de altera; ideòque Judex separatam de his pronuncians sententiam contra jus præfert ex l. 1. §. ult. ff. quæ sentent. sine appellat. l. Judex 9. cod. de judic. Gisebert. sup. n. 9. quarto, quia nisi mutux petitiones, actionum cognatorum una sententia terminentur, tunc exceptio rei judicatæ ex una obstat in altera, cum ex una causa inter easdem personas invicem competant l. 3. 4. & 5. cum sequentib. l. mater 11. ff. de exceptionib. rei judicat. Gisebert. d. cap. 20. n. 10. ideòque una intentata, & ex ea reddita ratio, ab alio alia intentari non debet Maresc. sup. enarrat. 1. n. 126. Thusc. tom. 6. conclus. 60. à n. 5.

CAPUT II.

Tutor, vel curator, seu alius administrator quas expensas actione contraria tutelæ, seu curæ, mandati, seu negotiorum gestorum petere valeat?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor, & similis expendentibus ratione administrationis expensas repetere possunt, & n. 2.
- 2 Quod in nullo casu impeditur.
- 3 Locupletari cum jactura aliena juri naturali repugnans est.
- 4 Alteri per alterum iniqua conditio inferri nequit.
- 5 Natura nihil amat, quod ab honestate absit.
- 6 Expensæ etiam sine decreto Judicis factæ, dummodo utiliter, repeti possunt.
- 7 Ita alimentorum expensæ, licet expensens mater, frater, patruus, aut conjunctus sit.
- 8 Quod extenditur ad alimenta præ-

- titia sorori pupilli, minoris, & similia.
- 9 Et licet expensæ utiliter factæ excedant valorem omnium facultatum pupilli, seu minoris.
- 10 Quod in omni administratione procedit.
- 11 Quando utiliter factæ dicantur.
- 12 Dicta n. 9. declarantur.
- 13 Etiam litis expensæ repetuntur.
- 14 Licet tristis eventus successerit, si utiliter instituta, vel procurata fuit.
- 15 Expensæ etiam factæ ab gerentibus res pupilli, seu alterius administrationis in viaticis, deducto eo, quod in domo sua expensuri erant.
- 16 Et quando pedester, vel non ire hujusmodi administratores teneantur, declaratur.
- 17 Aliquando etiam tutores, & curatores ex bonis pupilli alendi sunt.
- 18 Quæ alimenta tribus in casibus taxari possunt.
- 19 Si petita, & non taxata fuerint, ad administrationem compelli nequeunt.
- 20 Expensæ necessariae repetuntur.
- 21 Et utiles, & quæ sint.
- 22 Alimenta expensæ necessariae sunt.
- 23 Expensæ pro erudiendo pupillo, seu minore repetuntur.
- 24 Et erogata in meliorationibus, licet res, in quibus factæ, non extent.
- 25 Dummodo initio spe boni, & finis probabilis factæ sint.
- 26 Contrarium in negotiorum gestore.
- 27 Et ratio differentia traditur, ubi de expensis in nuptiis, & agrorum cultura.
- 28 Pro expensis utiliter factis retentio competit.
- 29 Pater, tutor, seu curator filii, si ve administrator peculii castrensium, seu quasi, expensas repetit, licet non protestatus esset.
- 30 Et datur exemplum.
- 31 Idem in matre, & avia tutricibus.
- 32 Etiam expensæ erogatae pro recreandis pupillis aliquando repetuntur.

- 33 *Et aliquando elemosinae, & donationes.*
- 34 *Et pro alendis, seu dotandis illis, quos pupillus, seu maior alere tenebatur.*
- 35 *Et facta in re, & patrimonio minorum, in reficiendis agris, & vineis collocandis.*
- 36 *Etiam negotiorum gestor expensas alterius causa factas repetit.*
- 37 *Et quae sunt pro domino administrationis, sive iste tanquam usufructuarius eas facere teneretur, sive aliis titulis, de quibus hic.*
- 38 *Inutiliter tamen non repetuntur, quod remanet arbitrio Judicis.*
- 39 *Nec culposè facta, vel imprudenter, vel excessivè.*
- 40 *Nec à matre, vel avia non tutricibus facta sine protestatione.*
- 41 *Et quando clandestinae, & secretæ factae repetantur, latè declaratur.*
- 42 *Et quando munera.*
- 43 *Expensum post administrationem remotam non repetitur.*
- 44 *Sed hoc limitatur.*
- 45 *Socius quando vel non repetat expensas factas cum nuntio misso in remotas regiones ad societatis negotia.*
- 46 *Factae, prohibente regimine, mandato, contractu, vel Judice, non repetuntur.*
- 47 *Nec voluntariae; & quae sint; & de aliis remissivè.*
- 48 *Nec excessivæ; quod declaratur n. 49.*
- 50 *Et quando expensae post denuntiationem factae repetantur.*

Nemo est, qui nesciat, tutorem, curatorem, seu alium quemcumque administratorem repetere posse expensas, quas intuitu tutelae, curae, seu administrationis fecit; l. 1. §. 1. ff. tutel. rationib. distrabend. l. 3. cod. de admin. tutor. l. cum plures §. fin. ff. de admin. tutor. jura in cap. antecedent. allegat. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. à n. 127. cum seqq. Thom. de tutorib. & curatorib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. à n.

83. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 7. Garc. de expens. cap. 3. n. 51. & cap. 4. n. 7. & cap. 20. per tot. Escob. de ratioc. cap. 25. per tot. ratio est, quod, ubi quis aliquid pro rerum acquisitione, conservatione, & administratione expendit, omninò talis expensa sit refundenda; ita ut nullus sit casus, qui hoc genus deductionis impediatur; l. fundus qui ff. familiae erciscund. cum non sit rationi naturali consentaneum, ut quis locupletetur cum jactura aliena contra reg. tx, in l. nam cum hoc natura 14. ff. de condit. indebit. l. jure naturæ ff. dereg. jur. & quod alteri per alterum iniqua conditio inferatur, ex l. non debet 74. ff. eodem; quia natura nihil amat, quod ab honestate absit, ex cap. jus naturale 1. distin. Garc. de expens. cap. 3. n. 12. Rosignol. de societ. prænotat. 14. per tot. à n. 1. ad n. 6. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 157. n. 1. 2. & 3. ubi alios.

Ampliatu primo, quod comprehendat expensas factas sine decreto Judicis, dummodo probentur utiliter factae, ut diximus in cap. anteced. dummodo in his sumptibus adsit modus, Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 127. & 2. p. cap. 3. à n. 3. Cyriac. contr. 163. n. 13. Paul. Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 42. n. 6. & cap. 37. §. 2. n. 13. latè Cephal. cons. 429. ubi latè à n. 1. usq. ad n. 174. de omnibus expensis, quae sunt beneficio tutoribus, & curatoribus.

Ampliatu secundo, quod expensas alimentorum repetat tutor, curator, seu administrator, etiam si conjunctus fuerit, ut mater, frater, patruus, ut latè diximus tract. 3. lib. 5. c. 15. & 16. per tot. quia cum præcesserit causa necessaria, ex qua alere tenebatur, non donare voluisse censetur, Gutter. sup. n. 130. Thom. sup. num. 84. Surd. de alim. tit. 9. q. 39. in fin. Vide quae latè diximus tract. 3. lib. 5. cap. 16. Thom. sup. n. 85. Gutter. sup. num. 131. Surd. sup. q. 14. ubi hoc extendit ad alimenta præstita sorori pupilli, seu minoris, prodigi, aut furiosi, de quo dict. lib. 5. cap. 17. Gutter. 2. p. cap. 3. Nicol. Bas.

Baj. Galuron in theatro jurisprudent. Valentina cap. 2. per tot. 1. p.

Ampliatur tertio, quod comprehendat expensas utiliter factas, licet excedant valorem omnium facultatum pupilli, seu minoris, l. 1. § 3. ff. de contrar. judic. tutel. quod in omni administratione procedere dicunt *Garc. de expens. cap. 20. n. 16. Surd. de aliment. tit. fin. à n. 7. § 9. 39. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 138. § n. 141.* subdens tunc dici utiliter expensum, quando erogavit pro defensione causa status pupilli, cui fuerat mota quaestio, quando erogavit pro sanitate pupilli, vel minoris, pro solvendis magistris, pro liberando pupillo, seu minore à crimine, *Thom. de tutorib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. n. 87.*

dummodo administrator non habeat mandatum, seu regimen, quo prohibetur plures expensas facere, quam ferunt facultates suæ administrationis, prout habent Confratres Domorum Misericordiæ hujus Regni, & regulariter cæteræ Confraternitates: quia tunc, si excedant, etiam intuitu pietatis de suo solvere tenentur, ex his, quæ diximus *tract. 1. lib. 4. 10. n. 96.* & sic judicatum fuit contra fratres Domus Misericordiæ Eborensis plus in anno suæ administrationis expendentes, quam redditus recepti ab ipsis fortè potuissent: idem in tutore tradit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 1. n. 19. Paul. Mel. sup. cap. 42. Heef. infra à n. 180. Baj. d. cap. 21. num. 28. § 29. § 30. cum seqq. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 43. glos. 158. n. 4.*

Ampliatur quarto, quod prædicta actione repetant expensas litis; *Garc. de expens. cap. 20. n. 17. Gutter. dict. c. 1. n. 141. Thom. dict. cap. 1. n. 88.* etiam si tristis eventus successerit, si utiliter instituta, vel prosecuta fuit, l. quid ergo ff. de contr. judic. tutel. l. si servus in rem ff. de in rem verso, l. si servum cod. eodem, *Gutter. dict. cap. 1. n. 145 Thom. sup. n. 89. Afflict. dec. 70. ubi Urceol. Ric. collect. 2170. Seraphin. de privil. juram. privileg. 32. Mansin. de juram.*

p. 4. effect. 45. Cov. pract. c. 27. ibi *Far. & alij, quos citavimus tract. 3. lib. 6. cap. 21. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 24. Urceol. forens. cons. 55. n. 16. Heef. de rationib. reddend. loc. 11. à num. 220. § tract. 3. lib. 6. cap. 20. ex quo supple, quæ his defuerint, latè Lar. videndus dec. 88. per tot. ubi habes jura, & DD.*

Ampliatur quinto, quod prædictis actionibus repetantur expensæ, quas fecerunt alibi res pupilli, seu minoris, vel alterius administrationis gerentes, & viatica, si alibi ratione administrationis protecti fuerint, deducto eo, quod domi erant expensuri; *Tiraquel. de nobilit. cap. 20. n. 77. Garc. de expens. cap. 4. n. 10. § 11. Surd. de aliment. tit. 6. q. 4. n. 5. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 134. Padilh. in l. 1. n. 18. cod. de transact. Baef. de decim. tutor. c. 1. n. 3. Thom. de tutorib. tract. 1. tit. 34. cap. 1. n. 86. Escob. de ratioc. cap. 25. n. 66. Dambouder. in patroc. pupil. tit. de tutor. merced. à n. 10. & probatur ex l. 1. §. si pupillus ff. de tutel. rationib. distrahend. qui omnes dicunt, quod tutores, seu curatores, aut administratores rustici tenentur ire pedester, si equitare non solent; nam si equitare solent, pedester ire non tenentur, si quidem eas expensas pro administratione facere possunt, quas per se fecissent; *Thom. dict. n. 86. § cæteri sup. citati. Vide Valens. cons. 154. n. 24. Tegas sup. n. 22. Heef. de rationib. reddend. loc. 11. à n. 251. cum seqq. Rosignol. de societ. disquisit. 2. sect. 17. per tot.**

Ampliatur sexto, quod tutor, vel curator Principis, sive pauper, sive dives, & aliorum pupillorum, tutores, vel curatores pauperes, qui decimam, vel aliud fallarium non habent, sint alendi ex bonis ipsius pupilli, & expensæ alimentorum sint in calculo recipiendæ; *Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 132. § 133. l. à tutorib. §. fin. ff. de aliment. tutor. Roland. cons. 5. Surd. de aliment. tit. ultim. q. 44. à n. 1. Menoch. lib. 3. cons. 228. Cavalcan. de tutorib. n. 309. Thom. de tutorib. tract. 10. tit. 31. cap. 1. à n. 1.*

Mon-

- 18 *Montan. de tutel. cap. 23. n. 19. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 36. à n. 28. Graian. cap. 919. quæ quidem alimenta tribus in caibus taxari potest Judex. Primo, quando tutor pauper est. Secundo, quando pro negotiis pupilli alii profici debet, & propria derelinquere negotia. Tertio pro laboris sui remuneratione; Thom. ubi proximè n. 7. Surd. conf. 159. n. 24. Corn. lib. 4. conf. 62. n. 9. Franch. decis. 122. à n. 1. Cavalc. sup. n. 310. & si fuerint petita, & à Judice non taxentur ad administrationem compelli non possunt; Menoch. conf. 380. à n. 24. Grac. de expens. cap. 20. n. 13. Montan. de tutel. cap. 23. n. 22. Escob. de ratioc. cap. 27. à n. 29. Canc. 1. var. cap. 7. n. 48. Galgan. dict. tit. 36. n. 32.*
- 19
- 20 Ampliatur septimo, quod non tantum repetant expensas necessarias, quæ illæ sunt, sine quibus, vel res omnino periret, vel deterior facta foret; *ex l. ei, qui S. fin. ff. de petit. hered. Garc. de expens. cap. 2. n. 7. sed etiam expensas utiles, quæ illæ sunt, quibus res melior facta est; Garc. dict. n. 7. § cap. 20.*
- 21
- 22 à n. 16. idè repetunt expensas alimentorum, quæ necessariæ sunt, *Garc. dict. cap. 2. n. 9. § cap. 3. n. 10. expensas pro erudiendo pupillo, seu minore, Grac. cap. 3. n. 46. § 51. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 3. per tot. & cæteras, de quibus lib. 8. cap. 14. à n. 47. § Rosignol. de societ. prenotat. 14. per tot. Molin. disp. 418. Heef. de bonor. conjugalium communiorumque divisione loc. 4. à n. 42.*
- 23
- 24 Ampliatur octavo, quod repetant expensas in meliorationibus utiliter erogatas, licet non extent res, in quibus melioramenta facta fuerunt, *Grac. de expens. cap. 20. n. 20. Spin. de testam. glos. 29. à n. 57. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. à n. 146. Alb. conf. 210. n. 3. Thom. de tutorib. § curatorib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. n. 90. de quo plura vide quæ diximus tract. 2. lib. 3. cap. 8. per tot. § lib. 8. cap. 10. per tot. & ultra DD. in dict. cap. allegat. vide Gal. de fructib. disp. 13. per tot. dummodo initio spe boni, & probabilis finis expensa fa-*
- 25

cta fuit, licet postea malum, & finitrum exitum habeat; *ex l. quid ergo S. contrarium vers. sufficit ff. de contr. util. act. tutel. l. qui mutuam ff. mandat. Escob. de ratioc. cap. 25. n. 52. quod non ita se habet in negotiorum gestore cujus expensa repeti non potest, quando finitrum exitum habuit, licet à principio videretur utilis glos. in l. ex parte verb. obtinuit ff. mandat. Carof. de locat. cap. de mercede negotiat. q. 5. n. 15. Gregor. Lop. in l. 25. tit. 5. partit. 3. Escob. de ratioc. cap. 25. n. 53. ubi eam differentia rationem præstant, dicentes, quod in negotiorum gestore idè hoc constitutum est, quia in eventu rei gestæ judicatur, utiliter, an inutiliter negotium gerere cæperit. Unde, si bonum exitum non habuit, non repetit: quia inutiliter absque fundamento inutiliter expendere cæpisse præsumitur; secus tamen in tutore, vel bonorum curatore expendente: quia cum isti administratores ratione officii administrare teneantur, sufficit, quod ab initio rem utiliter agere sibi ipsis prudenter vitum fuisset. Vide lib. 6. cap. 3. à n. 65. Heef. de rationib. reddend. loc. 11. n. 214 § 215. expensas nuptiarum repetit tutor Paul. Emil. ad Castilb. de aliment. decis. 40. n. 14. & similiter expensas factas pro cultura agrorum, idem decis. 4. n. 11.*

Ampliatur octavo, quod pro expensis utiliter factis competat tutore, curatori, & cuicumque alii administratori retentio; *Hermos. in l. 9. tit. 2. partit. 5. glos. 3. § 4. n. 81. ubi per totas agit de personis, quibus competit retentio, & de causis, ob quas competit; Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 12. sed vide Salgad. in labyrinth. creditor. 3. p. cap. 9. per tot. Rosignol. de societate prenotat. 14. n. 6. Emil. sup. decis. 56. n. 7. § 64. à n. 1. § decis. 42. à n. 1.*

Ampliatur nono, quod pater, tutor, vel curator filii, sive administrator peculii castrensis, seu quasi castrensis repetat expensas, quas fecit, sive ut curator, sive ut administrator bonorum filii,

fili, etiam si expendendo non protestetur eas facere animo compendiandi, ut optime probat *Escob. de ratioc. cap. 25. n. 54. 55. & 56.* ponendo exemplum in patre administratore filii, qui ei acquisivit aliam maiorem militiam, vel beneficium, aut præbendam; *ex Gom. in l. 51. Taur. n. 16. & 23. Cravet. conf. 156. n. 15.*

Ampliatum decimo, quod etiam mater, vel avia tutrices repetant expensas; *ex Ord. lib. 4. tit. 99. per tot. ubi Barb. multos congerit, Escob. de ratioc. cap. 25. n. 56. & diximus latè tract. 3. lib. 5. cap. 16. ubi lectorem mitto videndum quiquid hîc desideraverit.*

Ampliatum undecimo, quod tutor, & curator repetant expensas factas pro honestis recreationibus pupilli, seu minoris, inspecta eorum qualitate, & bonorum facultate, nec non loci consuetudine, *Molin. de just. & jur. disp. 224. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 6. n. 11. Galgan. de tutel. q. 46. n. 18. Menoch. conf. 22. n. 15. Thom. de tutorib. tit. 19. cap. 43. n. 4530.* ubi idem dicunt de expensis elemosinarum, donationum, & liberationum ab ipso pupillo, seu minore factarum secundum suam qualitatem, & possibilitatem: quia semper expensæ sunt metiendæ ex viribus facultatum; *Auth. ut determinatus sit numerus Clericorum §. investigantes in fin. col. 1. Valenz. conf. 128. n. 35.* expensas factas pro alendis, vel dotandis illis, quos alere, vel dotare pupillus, seu minor tenetur, de quo diximus *tract. 3. lib. 5. cap. 17.* expensas, quas faciunt in re, & patrimonio minorum, veluti si ædificent, aut reficiant, agros, seu vineas colant, *Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. à n. 138. Valenz. conf. 133. à n. 79. cum plurib. seqq. Quæsad. Pil. contr. 47. per tot.* Vide latè *Castej. & Sabel. in verbis expensæ, & meliorationes.*

Ampliatum duodecimo, quod non solum tutor, curator, seu administrator, sed etiam negotiorum gestor repetat expensas factas causa alte-

rius, *l. ait prætor §. sed si quis ff. de negot. gest. l. Marcelus ff. de in rem verso, Valenz. conf. 154. n. 9. latè Leotard. de usur. q. 33. per tot.*

Ampliatum decimotertio, quod tutor, curator, seu quilibet alius administrator repetat expensas, quas fecit pro domino administrationis, sive iste teneretur eas facere, tamquam usufructuarius, de quibus *Garc. cap. 11. & 12.* sive tamquam feudatarius, de quibus idem *Garc. cap. 13.* sive ut maritus, de quibus *Garc. cap. 13.* sive ut inquilinus, conductor, seu usufructuarius, de quibus *Garc. cap. 14.* sive ut emphyteuta, de quibus *Garc. cap. 15.* sive ut maioratus possessor, de quibus *Garc. cap. 16.* sive ut hæres, de quibus *Garc. cap. 17.* sive ut emptor, de quibus *Garc. cap. 18.* sive, ut condominus, de quibus *Garc. cap. 19.* sive ut tutor, seu administrator, de quibus *Garc. cap. 20.* quia quocunque modo, & ex quacunque causa utiliter expendat, jus repetendi conservat *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 24. à n. 21. cum seqq. & §. 15. à n. 22. Capic. Latr. conf. 61. n. 64. Barbos. vot. 74. n. 19. & vot. 126. n. 63. Salgad. in labyrint. p. 1. cap. 13. Urceol. forens. conf. 55. n. 16. Quæsad. Pil. forens. contr. cap. 47. per tot. Rosignol. sup. prænotat. 14. per tot. Castej. Sabel. sup....*

Limitatur primo, quod non repetant expensas inutiliter factas; *Cæphal. conf. 429. n. 1. Thom. de tutorib. tit. 19. cap. 29. n. 4057.* quod tamen iudicis remanet arbitrio; *Menoch. de arbitr. cas. 173.* & sat est, quod spe boni finis factæ sint; *ex l. quid ergo §. contrarium ff. de contrar. act. tutel. Escob. de ratioc. cap. 25. n. 52. Thom. dict. n. 4057. Hees. de rationib. reddend. loc. 11. à n. 243. & 264. & de bonor. & in primis ad quæstum conjugal. eorumque division. & commun. 1. p. loc. 4. à n. 129.*

Limitatur secundo, quod non repetant expensas culposè factas, & quando eas non fieri utilius administrationi esset, *ex l. cum plures §. minimum ff. de admin. tutor. vel quan-*

37

38

39

do modum excedunt *Thom. de tutorib. tit. 19. c. 29. n. 4055. Garc. de expens. c. 20. n. 9. Escob. dict. cap. 25. Soccin. Fun. lib. 1. conf. 148. à n. 29. Luc. in theat. veritat. & justit. tom. 7. tract. 4. de tutorib. disc. 13. per tot. Fonia. dec. 31. ubi per tot. quod socius non tenetur socio pro expensis imprudenter factis, Molin. disp. 554. latè Sabel. in summa tractatum tom. 2. liter. E. in verbo expensæ 28. à n. 6.*

40 Limitatur tertio, quod non repetantur expensæ factæ à matre, vel avia, non tutrice sine protestatione *l. Nescennius ff. negot. gest. Ord. lib. 4. tit. 99. Montan. de tutel. cap. 32. glos. 9. n. 103. & diximus latè tract. 13. lib. 5. Thom. dict. cap. 29. n. 4058.*

41 Limitatur quarto, quod non repetant expensas clandestinas, quas vocamus secretas, nisi verosimiles sint ex qualitate negotij, ob quod esse factas asseritur: quia tunc sola possibilitas, & verosimilitudo est loco probationis, liquidem rerum magistra experientia demonstrat, quod negotia regulariter non possunt ad finem produci, nisi mediante recognitione, & expensis, quas non decet postea propagari, ut terminanter *Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 80. n. 16. & unusquisque, qui negotia habuit, optimus erit testis, præcipuè in miseris temporibus nostris, in quo omnia sunt venalia, tam in foro, quàm in domo, ut jam diximus tract. 3. lib. 7. quando de donationibus à tutoribus faciendis egimus, idèdque in calculo sunt recipienda munera, quæ tutor misit non solum pro expediendis pupilli negotiis, sed ea, quæ pater pupilli mittere consueverat ad conservandam, retinendamque amicitiam, Franch. dec. 178. n. 8. glos. in l. cum plures §. fin. ff. de administr. tutor. Urceol. forens. conf. 55. n. 12. 13. & 13. Sabel. sup. tom. 3. liter. L. §. libri 13. n. 20. & 41.*

43 Limitatur quinto, quod tutor, vel curator, seu administrator expensens post remotam administrationem

non repetat, *l. fin. cod. de neg. gest. l. si ex duobus ff. eodem Molin. disp. 554. à n. 1. Zachias de salar. q. 52. n. 12. nisi fiant in continuationem negotij inchoati, nec in rationibus imputare potest quantitatem sibi cessam adversus minorem Olea de ces. jur. dec. 51. n. 3. 31. Escob. de ratioc. cap. 23. n. 59. latè Heef. de rationib. reddend. loc. 12. à n. 1. usque ad 315.*

Limitatur sexto, ut non repetat socius expensas factas pro nuncio misso in remotas regiones ad negotia societatis, quando talis socius ex vi contractus teneretur per se ire: secus si ire non tenebatur *Gregor. Rosignol. de contractib. 7. de societ. disquisit. 2. sect. 17. per tot.*

Limitatur septimo, ut neque tutor, curator, seu quicumque alius administrator repetat expensas factas prohibente regimine, mandato, contractu, vel Judice ex rationibus, juribus, & Doctoribus citatis *tract. 1. lib. 4. c. 10. à n. 16. Amato resolut. 23. à num. 6. Heef. infra loc. 4. n. 128. & n. 159. Vide infra n. 50.*

Limitatur octavo, ut non repetant expensas voluntarias, quæ sunt illæ, de quibus egimus *tract. 2. lib. 3. cap. 8. à n. 64. ad n. 7. ex rationibus, & DD. ibidem traditis, latè Joannes Heef. de bonor. & in primis ad quæst. conjugal. commun. eorumque divis. 1. p. loc. 4. ubi à n. 1. usq. à n. 332. de sumptibus, & expensis in res communes dotales, vel paraphernales factis, & signanter à n. 184. cum seqq. usq. ad 204.*

Limitatur nono, in expensis excessivis, quas non repetunt tutores, curatores, cæterique expensentes *Heef. d. loc. 4. à n. 131. Gal. lib. 2. concl. 12. n. 7. si tales sunt ut pro illis solvendis sit necessarium vendere rem, in quibus factæ sunt Heef. num. 132. & 133. Barb. in l. divortio §. fin. ff. soluto num. 100. nisi vel sint necessariæ, vel factæ mandato expresso, vel tacito Heef. sup. n. 127. 138. & 139. Barb. n. 67. & 10. Girurb. ad consuetudin. glos. 10. cap. 15. n. 13.*

13. *Grac. de expensis cap. 1. 25.*

Quæ supra diximus, quod expensæ factæ post denuntiationem non repetuntur, intelligendum non est de expensis necessariis, atque quando jam emptas habet materias ad ædificandum *Heef. sup. n. 112. & 159. Giurb. d. cap. 15. n. 25. glos. 11. Gratian. cap. 193. n. 14. Marejcot. lib. 2. cap. 112. n. 33. Boer. decis. 47. Peg. cod. proem. Ord. lib. 1. glos. 43. n. 163.*

CAPUT III.

Quomodo probandæ sint expensæ, ut in calculo rationis recipiantur?

SUMMARIUM.

- 1 *Expendisse allegans probare tenetur.*
- 2 *Specificè, & non genericè.*
- 3 *Per confessionem partis probationum mater, & regina expensæ probantur.*
- 4 *Confessio scripturæ defectum supplet, omnemque probationem superat.*
- 5 *Testibus, & instrumentis præferitur.*
- 6 *Facta in articulis judicialis est, & concludenter probat: aliquando expendentis confessione probantur expensæ.*
- 7 *Et per confessionem extrajudicalem, præsentem parte, duobus testibus, loco, & tempore contestibus expensæ probantur.*
- 8 *Dummodo confitens minor, vel alius prohibitus contrahere non sit, quorum confessiones non probant.*
- 9 *Confessio absente parte coram duobus testibus semiplenè probat.*
- 10 *Geminatæ confessiones per testes singulares probatæ semiplenè probant.*
- 11 *Quid de confessione fiduciali cum amico tractante concordiam facta, & de facta in testamento, remissivè, & ad alium finem.*
- 12 *Per visum, & oculorum aspectum, magna, & certa probatio, expensæ probantur.*

- 13 *Quæ probatio omnem superat.*
- 14 *Quando admittenda, vel non.*
- 15 *Rei evidentia sufficit, quanvis testes non concludant, cum visus nunquam exclusus censeatur.*
- 16 *Probatio per evidentiam rei optimam, superlativam, validior, maior, & certior.*
- 17 *Tam ante litem captam, quam post in quocunque tempore admitti potest.*
- 18 *Omni probationi præferitur.*
- 19 *Per instrumenta publica, quæ rem claram, & manifestam, probationemque probatam faciunt, lexque dicitur, ubi publicum instrumentum est, expensæ probantur.*
- 20 *Absque illo examine veritas per instrumentum probatur.*
- 21 *Vel ab actore, vel à reo producatum respectu favoris, tam præjudicii.*
- 22 *Ubi casus instrumenti, vel legis est, non est disputandum, & contra producentem probat, cum in eo contenta fateatur.*
- 23 *Libri publici publica auctoritate confecti inter publica instrumenta habentur.*
- 24 *Ex libro Baptismi etas probatur.*
- 25 *Ex libro defunctorum mors.*
- 26 *Solutio gabellæ, seu tributum ex libro illorum.*
- 27 *Ex libro matriculæ scholasticus, & miles annos probat.*
- 28 *Ex libro æstimi, seu castrati valor, dominium, & possessio, seu redditus bonorum minoris, probantur.*
- 29 *Aliquando expensæ probantur per scripturas privatas à parte recognitas.*
- 30 *Scriptura privata à parte recognita publicæ comparatur.*
- 31 *Ad quod solum subscriptio sufficit.*
- 32 *Sed facta memoriæ causa, vel à parte non recognita per se non probat.*
- 33 *Nisi testibus, conjecturis, vel adminiculis aliis coadjuvetur.*
- 34 *Epistolæ missivæ appellatione scripturarum privatarum veniunt; &*

li
quando

- quando obligationem inducant, & contractum conficiant? In quo numero sunt litera cambii, & commissio- nem continentem.
- 35 *Literæ missivæ absentimissæ per debi- torem debitum consistentem probat eo modo, quo extrajudicialis confessio parte præsentem.*
- 36 *Secus si non creditori, sed tertio scribatur.*
- 37 *Per eam maioratus institui potest, sicut per aliam scripturam priva- tam.*
- 38 *Per epistolam emptio, & venditio celebrari potest.*
- 39 *Societas iniri.*
- 40 *Et depositum.*
- 41 *Cessio jurium, & actionum; & inter vivos donatio, & pactum.*
- 42 *Et mandatum.*
- 43 *Constitutumque.*
- 44 *Compromissum.*
- 45 *Contractus emphyteuticus.*
- 46 *Feudum per epistolam relinqui potest.*
- 47 *Hæreditas per epistolam addi, & re- cusari potest.*
- 48 *Fideicommissum relinqui, & legatum.*
- 49 *Codicillus celebrari.*
- 50 *Libertas relinqui.*
- 51 *Præsentatio.*
- 52 *Jus Patronatus, consensus, & spon- salia.*
- 53 *Dotis contractus, & alia remissa.*
- 54 *Per epistolam consanguinitas non probatur.*
- 55 *Libri privatae privatae sunt scriptu- ra, de quibus remissivè.*
- 56 *De libris dominorum contra rusti- cos, & de similibus libris, remis- sivè, & n. 57.*
- 58 *Predictis tamen libris expensæ non probantur, nisi parvæ sint.*
- 59 *Dummodò verò similes, claræ, ac specificatæ sint, & maior illarum pars comprobata.*
- 60 *Quæ dicatur summa magna, vel parva, certa regula terminari ne- quit, sed attentis circumstantiis, de quibus hîc arbitrio Judicis relin- quitur, & n. 61.*
- 62 *Aliquando per libros rationum tu- torum, & curatorum magnæ ex- pensæ probantur, concurrentibus requisitis, de quibus ibi.*
- 63 *Quod procedit in libris ordine cons- criptis, non de his memonæ causa conservandæ absque ordine conse- ctis.*
- 64 *Qui non plus probant, quàm confes- sio facta absente parte.*
- 65 *Per juramentum omnes expensæ communiter fieri solitæ sine præ- sentia testium probari possunt, qua- rum aliqua traduntur.*
- 66 *Expensæ dummodò verosimiles sint, reficiendæ sunt tutori, vel ami- nistratori sine prævia illarum justi- ficatione.*
- 67 *In hac materia expensarum, ea ad- mittitur probatio, quæ secundum facti circumstantiam haberi potest.*
- 68 *Actu necessario probato, expensæ etiam illius necessariæ probatæ censentur, & semper in calculo re- cipiendæ consuetæ, & verosimiles.*
- 69 *Ad quod sufficit, quiddam conjectura- les arbitrio boni viri sint, & ad justificandum expensas verosimi- les admittitur.*
- 70 *A pupillo repetit factas, quando pro se fecit similes: verosimilitu- do ipsa probatio est.*
- 71 *Aliquando per simplicem assertio- nem expendentis expensæ proban- tur, quando scilicet ita pactum est inter contrahentes.*
- 72 *Promittens stare assertione alte- rius, de jurata intelligitur, & non de simplici.*
- 73 *Juratisque expensis illius pacto vir- tute, non reducuntur ad arbitrium boni viri, licet præsumptio sit jura- tum plus fuisse, quàm expensum.*
- 74 *Pactumque illud revocari nequit; nisi administrans de statu post promissionem notabiliter mutetur.*
- 75 *Aliquando simplex assertio sufficit, nec de calumnia jurare tenetur.*
- 76 *Proximè dicta limitantur.*
- 77 *Predictum pactum in susceptione tutelæ;*

tutele, seu curæ fieri nequit.

- 78 Contra tutores, curatoresque consanguineos non exacta, & scrupulosa ratio esse debet.
- 79 Idèd tutori, vel curatori consanguineo parcelæ admittuntur, extraneis non admittendæ.
- 80 Tutor, curator, seu quilibet alius administrator partitas librorum aliunde justificare potest, modo hic dato, & n. 81. seq.
- 82 Etiam omissa in libris, aliunde justificare possunt.
- 83 Ad quod testes domestici admittuntur, & in ædificiis, aliisque operibus factis periti.
- 84 Judexque potest undecunque investigare, & inquirere attentam qualitatem personæ, & rerum gestarum.
- 85 Etiam sine libris, aliunde tutor, curator, administratorque ad reddendam rationem admittitur.
- 86 Calculatores notare possunt, quod sine libris ratio reddi potest.
- 87 Praxis in dandis, & impugnandis rationibus, tum quo ad receptum, tum quo ad expensum, refertur.
- 88 Præstans rationes quo ad expensas vices actoris sustinet.
- 89 Instrumentum probatio validior est.
- 90 Probatioque probata, & clarior, evidensque dicitur, licèt notarius solum subscribat mortuus, & testes sint.
- 91 Ad instar legis instrumentum omnem dubitationem removet.
- 92 Casum legis ad favorem illud habentis inducet.
- 93 Diciturque de testu, idest, quod in se habet instrumentum ex ipso comprobatur.
- 94 Instrumentum rem definitionis, & sententiæ habet.
- 95 Operatur, quod debitor pro condemnatur habetur.
- 96 Per peritos expensæ probari possunt, dummodo de mandato Judicis mensuratio, & destinatio facta fuisset.
- 97 Patrique citatione.

- 98 Inducitur Ord. lib. 3. tit. 59. an in expensis locum habeat.
- 99 Prædicta Ord. fallit, si pars in judicio confiteatur, secus extra judicium.
- 100 Fallit etiam quando de probatione mixta agitur, de quo exemplum datur.
- 101 Et inter personas Ecclesiasticas.
- 102 Et in literis cambii.
- 103 Et quando agitur ex quasi contractibus.
- 104 Et quando de qualitate instrumenti agitur.
- 105 Et quando Rex dispensat, quod extenditur ad testes jam productos, & pars contraria testes producere potest.
- 106 Et quando juramento partis contrariæ relinquitur.
- 107 Et quando contrahitur inter personas hic designatas.
- 108 Nisi inter eos instrumentum celebratum sit, quia tunc distractus per testes probari nequit.
- 109 Aliæ personæ dantur, inter quas instrumento opus non est.
- 110 Inter mercatores societatem per publicum instrumentum celebrantes, omnia dubia exinde orientia per testes probantur, & quando inter eos instrumenta privata probent?
- 111 Quando de contractu non constat per instrumentum, distractus, & solutiones per testes probari possunt.
- 112 In contractu nautico etiam instrumento opus non est.
- 113 Neque quando agitur de libris camporum, Officialium Indiæ, & Minæ, vel publicæ mercium vectigalium, nec de securatorum publicis.
- 114 Deperdito instrumento, & nota, per testes contractum probari potest.
- 115 Sed solum per notarium instrumentum conficientem, ejus tenor probari nequit.
- 116 Neque quando instrumentum re ve-

ra factum fuit, & à parte adversa subtractum, eo opus est.

117 Nec quando agitur de probando contractu inter tertios.

118 Nec quando probatio per probationes fit.

119 Expendens cum de jure pro se praesumptionem habeat, expensarum summam etiam excedentem legis taxam per testes probare potest; licet administratio per scripturam publicam data esset.

I

Qui expendisse dicit, probare tenetur, si in dubium revocetur, an expendisset; *Bald. in l. 1. cod. de fin. instrument. Garc. de expens. cap. 20. n. 23. Mascard. de probat. concl. 720. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 147. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. num. 93. Montan. de tutel. cap. 32. glos. 9. n. 160. Cardin. de Luc. in theatr. veritat. & just. in tract. de tutorib. discurs. 16. n. 11. & in tract. de benefic. discurs. 38. n. 8. & discurs. 51. n. 8. & in tract. de judic. discurs. 39. n. 31. & non sufficit probare genericè, & in confuso, sed requiritur probatio specifica ad quamlibet expensam cum sua causa, ex DD. proximè citatis, & ex relatis lib. 2. c. 8. n. 62. Zachias post tract. de salario dec. 46. n. 5. Berart. in specul. visitat. secular. cap. 23. n. 131. ex l. qui sub conditione ff. de condit. & demonstr. cum multis Peg. forens. cap. 3. à n. 705. & omnium optimus Dambouder. in patrocin. pupillor. tit. de tutor. & curator. rationis justificatione à n. 1. usque ad. 42. Heef. de rationib. reddend. loc. 12. à n. 1. Heef. de honor. commun. eorumque divisione loco 4. à n. 291. p. 1. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 156. n. 4.*

3

Hujusmodi probatio multis modis fieri potest; vel enim fieri potest partis confessione judiciali, quæ inter omnes probationes est prima, illarumque mater, & regina dicitur; *Luc. in theatro veritat. & justit. & tom. 14. tract. de judic. discurs. 23. à n. 1. l. 2. cod. de institut. & substitut. l. rura cod. de omn.*

*agro deserto lib. 11. l. cum à te cod. de transact. Gom. 3. var. cap. 12. n. 4. Cardos. in prax. verb. confessio, & verbo rescriptum n. 46. Peg. forens. cap. 28. n. 20. scripturæ defectum supplet ex Ord. lib. 3. tit. 59. Barb. ibi in princip. n. 4. Peg. forens. cap. 28. n. 770. & 772. Ord. lib. 4. tit. 19. §. 2. Valasc. de jur. employent. q. 7. n. 27. Thom. Vas alleg. 72. num. 53. omnem denique superat probationem, *Luc. de servitutib. discurs. 29. habet vim sententiæ, & rei judicatæ; Gratian. cap. 151. n. 11. cap. 274. n. 11. & c. 339. n. 10. præfertur testibus, & instrumentis Gratian. cap. 870. n. 2. & facta in articulis judicialis est, & concludenter probat; Ord. lib. 3. tit. 50. §. 1. & tit. 53. §. 9. & 66. in princip. junct. §. 9. l. cum præcum cod. de liberal. caus. Cardos. verb. confessio n. 1. Thom. Vas alleg. 72. n. 139. Nogueir. alleg. 28. n. 38. & 43. Cald. conf. 23. à n. 1. Gam. dec. 255. Cabed. 2. p. dec. 29. n. 7. & aliquando expendentis confessione, veluti quando de recepto tantum constat per confessionem expendentis; quia tunc quo ad expensas ejus confessioni est standum, dum contrarium non probatur; *Salgad. in labyrinth. 3. p. cap. 7. num. 32. Mantio. dec. 363. n. 2. Menoch. cas. 93. à n. 10. Sccac. de judic. lib. 2. c. 11. num. 299. Arouc. in annotationib. practicis ad jus civile ad tx. in l. 2. §. 1. ff. de rer. division. n. 285. in fin. Moraes de executionib. lib. 1. cap. 4. §. 3. cas. 20. per tot. Farinac. in reportorio de judiciis q. 8. per tot.***

Aut extrajudiciali facta, præsentate parte, quæ duobus testibus loco, & tempore confessionibus probata concludit, *Luc. in tract. de judic. discurs. 23. n. 16. & n. 20. dummodo contentens non sit minor, vel alius prohibitus contrahere, quorum confessiones extrajudiciales etiam coram duobus testibus loco, & tempore factæ, nihil probant; *Luc. sup. n. 17. Gratian. cap. 49. n. 21. c. 144. n. 60. cap. 116. n. 52. Berlich. conclus. practic. concl. 36. n. 101, 102. & 103. 1. p. cap. ult. de succes. ab intestat. l. quæ**

ro 58. §. ult. ff. de ædilit. edict. l. 4. § 7. ff. de probat. in fin. DD. apud Berlich. ubi proximè, late Postb. resolut. 56. à n. 1. ad n. 13. Barb. infr. à n. 1. usq. ad n. 11. Farinac. sup. q. 4. per tot.

9 Absente parte factæ coram duobus testibus semiplenè probant; Luc. sup. n. 18. nisi sint geminatæ; quia tunc etiam per testes singulares probatæ semiplenè concludunt, Luc. sup. dict. discurs. 23. n. 23. § de credito discurs. 79. per tot. ubi n. 13. de confessione fiduciali cum amico tractante concordiam facta, quam non probare resolvit; § discurs. 80. ubi per tot. de confessione facta in testamento; Gratian. cap. 144. n. 10. 677. n. 5. 753. n. 14. 909. n. 2. Cyriac. contr. 91. n. 20. Moraes lib. 2. cap. 27. n. 6. postbius sup. n. 18. ubi de confessione facta ad alium finem; infiniti apud Barb. in cap. ex parte de confessis n. 10. Ord. lib. 3. tit. 52. in princip. ibi Barb.

12 Eodem modo fieri potest per visum, & aspectum oculorum, quæ est magna, ac certa probationis species, utpote infallibilis, non subjecta falsitatibus, quibus subjacent aliæ species, Mantie. decis. 79. Ottobonus postea Summus Pontifex Alexander Octavus decis. 62. per tot. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 160. Garc. de expens. cap. 21. n. 23. Bart. in l. cum Servus ff. de verbor. obligat. idè dicitur omnem superare probationum speciem per Luc. in tract. de servitutib. discurs. 29. n. 13. § in tract. de judic. discurs. 24. n. 1. § 7. ubi declarat probationem per aspectum oculorum tantum admittendam esse in his, quæ solo sensu corporeo à quocunque percipiuntur, non verò in his, in quibus operatio intellectus intret, Gratian. cap. 277. n. 7. ubi, quod sufficit per rei evidentiam, quanvis testes non concludant; Mend. à Castr. 1. p. lib. 3. cap. 13. §. 4. n. 17. ubi, quod visus nunquam censetur exclusus; Berlich. practicar. conclus. tom. 1. concl. 47. per tot. ubi n. 14. quod probatio per evidentiam rei est optima, & superlativa omnium pro-

bationum, qua nulla validior, maior, & certior; § n. 10. quod potest concedi ante litem nondum captam ad perpetuam rei memoriam, post litem captam, & ante litis contestationem, & post lapsum termini ad probandum, & post conclusionem in causa, & post sententiam, & ipso actu executivo, & plura alia, de quibus à n. 1. usque ad n. 41. cum infinitis DD. & quod omni probationi præfertur; Pacian. de probat. lib. 1. cap. 44. n. 10. Valasc. de jure emphyt. q. 7. n. 21. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 62. n. 2. Leit. fin. regund. cap. 11. n. 68. cum infinitis Barb. in cap. ex tenore 35. de testib. n. 4. Mascard. conclusion. in proemio q. 8. n. 7. Cald. in l. si curatorem verbo minorib. n. 14. § 18.

19 Vel per publica instrumenta, quæ faciunt probationem probatam, rem claram, & ita manifestam, ut lex haberi dicatur, ubi instrumentum habetur; Luc. in tract. de judic. discurs. 26. à n. 1. l. cum precibus cod. de probat. Cald. forens. lib. 1. q. 4. n. 3. Clement. sapè de verbor. signific. cum longa DD. serie Peg. forens. cap. 19. n. 1. Barb. ad tx. in cap. cum contingat de rescript. n. 3. § in cap. cum delecti de donat. n. 4. Pareja de instrument. edict. tit. 1. resol. 3. §. 2. à n. 1. idè eorum fides incorrupta dicitur, ex l. emancipatione cod. de fide instrum. Peg. sup. n. 3. Pareja dict. §. 2. n. 11. & absque ullo examine veritas per ea probatur, ex glos. in l. hæres palam ff. de testament. & infrà cod. de fideicommis. Afflict. dec. 166. n. 2. Cyriac. contr. 407. n. 68. Cov. in cap. cum esses de testam. Peg. sup. n. 3. sive producantur ab actore, live à reo, qui producens instrumentum, omnia in eo contenta fateri censetur, tam respectu illius, quod in ejus favorem tendit, quàm ratione illius, quod ejus damnum respicit de Luc. in prax. judic. cap. 31. ubi per tot. de probatione per publicum instrumentum, & instrumenti casus, ubi evenit, non est disputandum de litis eventu, nec ubi est casus legis; Zach. de salar. q. 52. n. 58. Bald. lib. 2. cons. 215. & contra produca-

17

18

19

20

21

22

- ducentem probat; *Peg. forens. cap. 1. n. 23. Cancer. 1. var. cap. 19. n. 3. Berlich. concl. jur. 1. p. concl. 36. à n. 7. usq. ad 10. ubi multa jura, multosque DD. allegat; Parej. de instrum. ediction. tit. 7. resol. 3. à n. 1. ubi cum multis probat, quod producens instrumentum, contenta in eo fateri videtur Salgad. in labyrinth. 2. p. cap. 6. à n. 24. Moraes de execution. lib. 1. cap. 1. à n. 1. de Luc. in prax. 1. p. cap. 32. per tot.*
- 23 Inter publica instrumenta connumerantur libri publici, qui sunt omnes, qui publica autoritate conficiuntur, ut diximus latè *lib. 2. cap. 8. & probat Luc. in tract. de judic. discurs. 30. à n. 3. & ferè per tot. quare ex libro*
- 24 *baptismi poterit tutor, vel curator minoris probare ætatem, Luc. sup. dict. discurs. 30. n. 8. & 9. Barb. de officio, & potestat. Episcop. alleg. 32. Cyriac. contr. 157. ex libro defunctorum mortem,*
- 25 *Luc. sup. n. 7. & 8. ex libro gabellarum, seu alterius tributi, seu collectæ illius solutionem l. sup. n. 11. ex libro matriculæ militum, vel scholasticorum annos,*
- 26 *per quos literis, vel armis minor operam dedit; Luc. sup. à n. 5. ex libro æltimi, seu castrati valorem, dominium, possessionem, seu redditum annum bonorum minoris, Luc. sup. n. 36. de Luc. in prax. judic. 1. p. cap. 31. per tot. de libris publicis, & privatis, Scop. ad Gratian. cap. 137. per tot. & obs. 203. per tot. Janua de scriptura privata lib. 4. tit. de libris rationis officialis de publico deputati à n. 1. usq. ad 43. Berlich. sup. n. 10. Farinac. in reportorio de judicis q. 60. à n. 41.*
- 27
- 28
- 29 Aliquando etiam facere valebunt probationem per scripturas privatas à parte recognitas; *ex Ord. lib. 3. tit. 25. ibi Barb. cum multis l. scripturas cod. qui potiores in pignor. habeant. Luca de feud. discurs. 29. n. 4. & 94. n. 2. & de societat. officii discurs. 6. n. 9. & de judic. discurs. 29. per tot. & de credit. discurs. 65. n. 9. & discurs. 81. à n. 2. & discurs. 22. à n. 9. & 26. à n. 11. & 33. à n. 5. quia tunc scripturæ publicæ com-*
- 30
- paratur, l. publica S. fin. ff. depositi cum multis Peg. forens. cap. 1. n. 109. Barb. in cap. 2. de fide instrumentor. nec requiritur, quod sit scripta, & subscripta à parte recognoscente, quia subscriptio sufficit, Luc. de judic. discurs. 29. n. 21. & de credit. discurs. 65. n. 9. & 81. n. 2. secùs verò vel ubi est scripta in enoria causa; Luc. de judic. discurs. 29. n. 46. vel est à parte non recognita, quia tunc scriptura privata per se nihil probat, nisi testibus muniatur, Peg. dict. c. 1. n. 87. & 88. vel alius conjecturis, seu adminiculis coadjuvetur; Luc. de feudis discurs. 94. à n. 6. ubi aliqua adminicula refert; & latè Peg. forens. dict. c. 1. per tot. Janua de scriptur. lib. 1. q. 4. à n. 1. usq. ad 277. l. instrumenta cod. de probat. l. exemplo, l. rationes cod. de fid. instrument. l. nuda cod. de donationib. Auth. si quis vult cod. qui potiores in pignor. de Luc. in prax. judicial. 1. p. cap. 39. ubi per tot. de scriptura privata latè Berlichius conclus. practic. 1. p. conclus. 36. à n. 24. latè Barb. in dict. cap. 2. à n. 2. ad n. 15. ubi citat infinitos Farinac. in reportorio de judic. q. 59. & 60. per tot. Vel. à dissertation. 21. usq. ad 26.*
- 31
- 32
- 33
- 34
- 35
- 36
- 37
- Privatarum scripturarum appellatione veniunt epistolæ missivæ, quæ obligationem inducunt, & contractum conficiunt per acceptationem, quando dirigitur, & ordinatur epistola ad contrahendam, vel inducendam obligationem, ut sunt literæ cambij, seu ordines commissionem continentes, *Barth. in l. Titius ff. de constitut. pecunia, Luc. in tract. de alienat. discurs. 26. n. 12. & 13. & discurs. 47. n. 6. 7. 8. ut sunt literæ missivæ absenti missæ: quoniam, ubi epistola debitoris directè scripta sit creditori confitendo debitum, probat debitum eodem modo, quo confessio extrajudicialis probat, præsentem partem facta, Luc. de judic. discurs. 23. n. 21. & discurs. 29. n. 25. & de credito discurs. 79. n. 8. & 13. & 148. n. 2. secùs verò, si non creditori, sed tertio scribantur, Luc. dict. n. 8. 13. & 2. Celsus dec. 264. in fin. ubi duram judic-*
- 38
- 39
- cat

cat partem contrariam, & per eam potest institui maioratus; *Peg. de maiorat. cap. 5. n. 149.* sicut per aliam scripturam, *Reynsf. obs. 22. à n. 1. Molin. de prin. og. lib. 2. cap. 8. à n. 1. & alter. disp. 600. n. 40. Castib. lib. 5. cap. 149. à n. 1. Fragos. de regim. reipub. 3. p. lib. 3. disp. 18. §. 5. à n. 15.* per epistolam emptio, & venditio celebrari potest, *ex l. i. ff. de contrahenda emptione, Jan. ua de scriptur. privat. lib. 3. q. 6. per tot. societas iniri, l. societatem ff. pro socio, Janua sup. q. 7. per tot. locatio, & conductio, Janua q. 8. per tot. depositum ex l. publica §. fin. ff. depositi, Janua q. 9. per tot. cessio iurium, & acticum; Janua q. 10. per totam; pactum, l. 2. ff. de pactis, Janua q. 11. per tot. donatio inter vivos; h. si donatio, l. ambigi, l. si aliquid cod. de donationib. Janua q. 12. per tot. mandatum; l. 1. l. si pro u. atorem ff. de precutorib. Clem. 1. eodem. tit. Janua q. 14. per tot. constitutum; l. qui autem §. fin. l. Titius Ceyo, l. quidam ff. de constituta pecunia, Jan. q. 15. compromissum, Jan. q. 17. per tot. contractus emphyteuticus per epistolam celebrari potest; Jan. q. 19. per tot. feudum per epistolam relinqui potest; Jan. q. 18. per tot. hæreditas per epistolam addi potest; Jan. q. 20. per tot. & recusari valet; Jan. q. 21. per tot. fideicommissum per epistolam relinqui potest; Jan. q. 22. per tot. legatum similiter Jan. q. 23. codicillus per epistolam celebrari potest; Jan. q. 24. libertas per epistolam relinqui potest; Jan. q. 25. præsentatio per epistolam fieri potest; Jan. q. 26. jus Patronatus, consensus, alicujus sponsalia per epistolam celebrari possunt; Jan. à q. 27. usq. ad 30. dotis contractus per epistolam celebrari potest; Jan. q. 32. per tot. & infinita alia per epistolam fieri possunt; de quibus Jan. dict. lib. 3. à q. 1. usq. ad ultimam, ad quem lectorem remitto, qui quidem q. 33. asserit, quod per epistolam non probatur consanguinitas; *Anfald. discurs. 62. de epistolis inter mercatores, Berlich. dict. concl. 36. à n. 50. ad 55. Barb.**

in cap. 2. de fide instrumentor. à n. 2. ad n. 15. Farinac. in reportorio de judiciis q. 59. & 60. per tot.

Appellatione scripturarum privatarum continentur libri privati, de quorum fide latè diximus *lib. 2. cap. 8. per tot. & tractat Jan. de scriptura privata lib. 4. per tot.* ubi postquam in principio egit de generalibus, transiit ad agendum de libris dominorum contrarusticos à n. 1. usq. ad 11. de libris factorum à n. 1. usq. ad 8. de libris tutorum, & curatorum à n. 1. usq. ad 42. de libris administratoris à n. 1. ad 7. de libris patroni navis, à n. 1. usq. ad 5. de libris proxenetarum, & mediatorum à n. 1. usq. ad 11. de libris rationum infutorum, à n. 1. usq. 98. de libris rationum societatis, à n. 1. usq. ad 31. & de pluribus aliis libris privatis in sequentibus titulis, de quibus etiam DD. supra citati, de publicis instrumentis agentes, & intrà citandi, & quamplurimialij apud *Anfald. de comerc. discurs. general. & ultim. à n. 1. usq. ad n. 185.* latissimè videndus *Berlich. concl. practicar. 1. p. concl. 36. à n. 39. usq. ad 50. de Luc. in prax. cap. 31. per tot. de fide libror. latè Farinac. in reportor. de judiciis q. 59. à n. 1. ad n. 45. Sabel. in summa in verbo libri.*

Quibus tamen libris non probantur expentæ, nisi fuerint partæ, ut diximus *lib. 2. cap. 8. n. 68. Corneus lib. 4. cons. 18. n. 9. Alex. lib. 2. cons. 54. Montan. de tutel. 32. reg. 8. n. 2. Thom. de tutorib. tit. 34. cap. 1. n. 92. Mascard. concl. 976. n. 60. Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de libris tutor. Borgn. de tutorib. n. 212. Bursat. cons. 105. n. 27. Alciat. reg. 3. præsumpt. 4. n. 6.* quialies citant; *Jan. lib. 4. tit. de libris tutor. n. 7.* dummodo sint verosimiles, claræ, ac specificatæ, & maior pars illarum comprobata, *Jan. multis relatis dict. n. 7. & nos diximus dict. cap. 8. Oter. de officialib. reipub. 2. p. c. 10. n. 26. & 27. de Luc. sup. latè Farinac. sup. q. 59. & 60. per tot. Sabel. in summa tractat. lit. L. §. libri 13. n. 21. & 41. & 42.*

60 Quæ autem dicatur summa magna, vel parva, certa regula determinari non potest; sed est consideranda persona minoris, an scilicet sit plebeus, vel mechanicus, aut nobilis, vel illustris, & etiam ejus bona an sint plura, vel pauca, & an sit minor dives, seu pauper; *Borg. de tutorib. n. 233. Jan. dict. lib. 4. tit. de lib. tutor. n. 9.* qui alios refert, & sic manet arbitrio Judicis secundum *Scac. de judic. cap. 11. n. 181.*

61 *Jan. sup. n. 10.* qui ex singularum casuum circumstantiis, attendit scilicet qualitate locorum, & personarum arbitrabitur; quoniam ut nostri maiores advertunt, illa summa, quæ in magna te, & divite est modica, in pupillari, & paupere est magna *Ord. lib. 3. tit. 52. §. 1.* optimè *Luc. de judic. discurs. 19. n. 13.* ubi alios refert *Zach. post tract. de salario dec. 69. à n. 3. usq. ad 17. Peireir. de revisionib. cap. 18. num. 8. § 9. Scac. de appellationib. q. 17. limit. 40. à n. 4. Bart. in authent. nisi breviores cod. de sentent. ex breviliquo recitand. optimè Azin. in prax. §. 3. c. 32. n. 32.*

62 Aliquando etiam possunt probari expensæ magnæ per libros rationum tutorum, & curatorum octo concurrentibus requisitis, de quibus *Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de libris tutorum à n. 13.* Primum, quod data, & accepta, clarè & indistinctè completantur. Secundum, quod causam dati contineant. Tertium, appositionem temporis, & diei habeant. Quartum, quod sit fidedigna persona, quæ illos scripsit. Quintum, quod verosimilia contineant. Sextum, quod juramentum ipsius scribentis, si est in humanis, accedat. Septimum, quod libri tantum rationes pertinentes ad bona ejus, de cujus administratione agitur, contineant. Octavum, quod difficultas aliter probandi interveniat *Jan. à dict. n. 13. usq. ad 16. Montan. dict. reg. 8 à n. 14. cum seqq. Cravet. de antiquit. tempor. §. limitatur octavo à n. 1. cum seqq. Zach. sup. dec. 46. per tot. § dec. 69. per tot. Berart. in specul. visitationis cap. 23. à*

n. 131. § à n. 141. Hees. loc. 12. num. 12. Vel. à disertat. 21. usq. ad 26. per tot. de scriptura privata Sabel. in summa tractat. liter. L.S. libri 13. à n. 47. § à n. 20.

Proximè dicta intellige de libris ordine conscriptis, & confectis, non de scartafaciis, quæ memoriæ causa conservandæ sine ordine conscribuntur, quæ quidem nihil probant, nec pro scribente, nec contra, ut resolvit *Menoch. conf. 296. Felic. de societ. lib. 1. cap. 18. n. 2. Jan. de scriptur. privat. lib. 5. tit. de scartafaciis n. 1. 2. 3. 4. § 5.* ubi quod non plus probat, quàm confessio facta, parte absente; *Bald. in rub. cod. de constit. pecunia, Menoch. sup. n. 75. § 94. & diximus lib. 2. cap. 8. n. 39. § 48. Luc. de judic. discurs. 30. n. 12. § 25. Farinac. in report. de judic. q. 59. § 60. per tot. Sabel. cum multis d. §. libri n.*

Similiter quoque per juramentum probari possunt omnes expensæ, quæ communiter fieri solent sine præsentia testium, prout sunt itinerum, litium, alimentorum, cæterorumque negotiorum, quorum expensæ minuatim, & dietim fiunt, ad quas probandas non est facilè adhibere testes, nec possibile petere apochas solutionis, & eas justificare, propterea satis est, quod sint verosimiles, & quod quis juraverit eas fecisse, terminanter *Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de libris tutor. n. 26.* optimè *Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 80. n. 17.* firmantes se in generali regula, quod expensæ, dummodo sint verosimiles, sint beneficiendæ tutoribus, vel administratori sine prævia illarum justificatione, *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. à n. 151. Scac. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 151. & terminanter Ansaldo. dict. discurs. 80. n. 17. & sic in materia expensarum ea probatio admittitur, quæ haberi potest secundum facti circumstantiam, & talis, qualis haberi potest, est necessariò admittenda; Zach. post tract. de salario decis. 87. n. 13. Federic. de Sen. conf. 119. n. 4. & judicatum est in Rot. decis. 283.*

68 *n. 1. p. 1. recent.* & expensas dicitur probare pro actu necessarias, qui actum probat; *Zach. sup. decis. 96. n. 12.* & semper in calculo sunt recipiendæ expensæ fieri consuevit; *Zach. post tract. de salario decis. 53. n. 2.* & verosimiles, 69 *Zach. n. 3.* & ad probationem earum sufficit, quod sint conjecturales arbitrio boni viri *Zach. n. 4.* nec non quævis probatio sufficit, & admittitur ad justificandum expensas verosimiles *Zachias decis. 97. n. 9.* vide infra *cap. 8. n. 78.* ubi benè *Castilb. decis. 42. n. 5.* ubi, quod repetit pro pupillo factas, quando similes pro se fecit, *§ decis. 64. n. 14.* ubi quod verosimiles expensæ sunt recipiendæ, quia verosimilitudo ipsa probatio est *Hees. de honor. commun. eorumque divis. loco 4. à n. 319. 1. p. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 156. n. 4. Sabel. d. n. 41.*

71 Pariter per simplicem assertionem expendentis probantur expensæ, veluti si quis suscipiens administrationem deducat in pactum, quod expensæ administrationis per ejus simplicem administrationem probentur, & pactum sit acceptum à parte contraria tunc; *l. jusjurand. 7. ff. de jur. jurand. Berlich. conclus. pract. 1. p. concl. 78. à n. 76. cum plurib. sequent. & in specie n. 83.* 72 requiritur tamen, ut sit jurata; quia quando quis promittit stare assertioni alterius, hujusmodi promissio non intelligitur de simplici assertionem, sed de jurata, *l. Theopompus 14. de dot. præleg. Berlich. sup. n. 84.* & jurando virtute pacti non reducuntur expensæ juratæ ad arbitrium boni viri; etiam si præsumptio sit, quod plusquam expensum juratum sit, *l. 1. l. 2. cod. de reb. cred. l. admonendi 31. ff. de jurejur. Berlich. sup. n. 79. qui n. 81. asserit, quod hujusmodi promissio non potest revocari, l. 5. cod. de oblig. & act. nisi administrans post promissionem notabiliter de statu mutetur; ex l. si quis jurandum 11. cod. de reb. credit. Berlich. sup. n. 82. Hees. d. loco 4. à n. 291. usq. ad 331. cum multis Giurb. ad consuetudinem cap. 2.*

glos. 7. per tot. Ægid. infra.
Simplex, & non jurata sufficit, 75 quando deducitur in pactum expressè, quod simplici assertioni absque juramento credatur; *Berlich. sup. n. 84. Gail. lib. 1. obs. 151. n. 11.* quia tunc nec de calumnia jurare tenetur; *Berlich. n. 85.* nisi immentas, & superfluas 76 expensas fecisse simplici assertionem affirmaverit, *ex l. sciendum tamen 19. §. illud ff. de edilit. edict. Berlich. sup. n. 86.* vel nisi administrationis dominus contrarium probare se offerat, & faciat, *Berlich. n. 88. Ægid. in l. hoc jure ff. de just. 2. p. sett. 3. per tot.*

77 Verum hujusmodi pactum nullo modo fieri potest in susceptione tutelæ, vel curæ; quia repugnat juribus decidentibus expensas esse probandas per tutores, quibus renunciare non potest pupillus, seu minor, *Giurb. Ægid. & cæteri alii in locis proximè citatis.*

78 Cum contra tutores, curatoresque consanguineos pupilli, seu minoris, non exacta, & scrupulosa debeat esse ratio, ut jam diximus, & probat *Paul. Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 7. §. 2. n. 1.* ita tutori, vel curatori consanguineo admittuntur parcelle extraneis non admittendæ, *Paul. Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 37. §. 2. n. 17. §. 18. Montan. de tutel. cap. 38. n. 68. Urceol. forens. conf. 55. n. 17. Hees. de rationib. reddend. loc. 12. §. loc. 8. à n. 1. usq. ad 14. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 156. n. 7. §. glos. 1680. n. 24.*

80 Deinde tutor, curator, seu qui libet alius administrator partitas librorum aliunde justificare potest, vel per instrumenta publica, aut scripturas privatas, vel per rei, & operis evidentiam, vel per alias conjecturas arbitrio Judicis approbandas *Urceol. conf. forens. conf. 55. n. 6. Merlin. dec. 569. n. 5.* & reprobatis *Tuscho, & Farinacio* contrarium sentientibus, idem concludit *Gait. de credit. cap. 2. tit. 4. sub n. 889. Cyriac. contr. 412. n. 21. §. 22.* ubi in- 81 quiunt, quod in hac materia probatio

- veritatis eorum, quæ in libris tutor, curator, seu alius administrator conscripsit se gessisse, vel expendisse, potest fieri per testes, vel instrumenta publica, & quandoque per scripturas privatas, aut per rei, vel operis evidentiam, aut alias conjecturas arbitrio
- 82 Judicis probandas. Tutor, curator, vel alius administrator potest veritatem eorum, quæ omisit, in libris scribere, aliundè probare, & justificare, & talis probatio benè suffragatur; *Urceol. sup. n. 7. Cyriac. contr. 544. n. 112. & in terminis de expensis Urceol. dict. n. 7. Gait. sup. n. 821. & ad hunc effectum admittuntur testes domesticæ, & in ædificiis, aliisque operibus factis periti; Urceol. sup. n. 8. Gutter. de tutel. p. 3. cap. 1. n. 150. Gait. dict. n. 821.*
- 83 imò Judex potest undecunque etiam investigare, & inquirere attenta qualitate personæ, & rerum gestarum; *Urceol. sup. n. 9. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 8. n. 18. Gutter. dict. cap. 1. n. 147. quodd eo certius redditur, quia etiam libe libris, & aliundè admittitur tutor, curator, seu alius administrator ad reddendam rationem administrationis; Urceol. sup. n. 10. Escob. de ratioc. dec. 9. n. 16. Mel. ad Castilb. de aliment. cap. 37. §. 2. n. 32. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. q. 7. n. 18. Prat. ad Paschal. de patria potestat. 3. p. post cap. 9. & diximus lib. 2. cap. 8. n. 74. § cap. 9. n. 24. & hoc lib. cap. 10. n. 4. Arouc. alleg. 49. n. 33. ubi quod calculatores habent jurisdictionem ad votandum, quod sine libris ratio reddi potest; Ansaldo. de comerc. discurs. 73. à num. 44. Heef. de rationib. reddend. loc. 12. ubi per tot. de probatione expensarum, latè Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 6. per tot.*
- 84 Itaque ut hanc probationem expensarum concludamus, praxis pro coronide illius danda est, & sic qui rationes dat, debet prius in particulari capite ponere recepta cum omni distinctione, & claritate, scilicet, quod recepit quantum, ex quo, in quo tem-
- pore, à quo, & in quo loco, postea similiter debet ponere expensum cum eadem declaratione, & distinctione proxima, & hoc facto debet dari copiam parti contrariæ, quæ si invenerit recepta esse posita cum diminutione, tenetur deducere errores accepti per articulos, & probare, quia quo ad acceptum, & receptum statur dicto reddentis rationes, dum contrarium non probatur ab eo, qui eas recepit, si verò invenerit quodd expensæ non sunt veræ, non tenetur probare eas non esse veras, sed sufficit eas in dubium reddere, ut expendens teneatur eas deducere per articulos, & eas probare: quia sicut accipiens rationes debitoris de recepto tenetur probare, utique dans rationem tenetur expensas probare ex his, quæ diximus lib. 2. cap. 9. n. 2. § cap. 10. n. 93. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43. glos. 155. n. 3. quia præstans rationes, quo ad expensas excipiens vices actoris sustinet *ex l. 1. ff. de exceptionib. cum multis Calvol. in prax. verb. Reus conclus. 3. à n. 1. § 2. & nulla probatione se tueri, & defendere valet instrumento validior, quia instrumentum discussionem non indiget Thom. decis. 77. n. 3. Jov. de solemnitat. ib. in contractib. minor. glos. 15. §. 3. n. 8. cum dicatur probatio probata clarior, & evidens, licet sit transumptum, sed subscriptum manu ejusdem notarii, qui illud rogavit, Cephal. cons. 287. n. 1. & licet neque testes, neque notarius vivant Cov. pract. cap. 22. in princip. Jov. sup. n. 9. § 10. imò instrumentum removet omnem dubitationem ad instar legis, ut diximus sup. n. 19. cap. cum delicti de donationibus, l. emancipat. vè cod. de fide instrument. Jov. sup. n. 11. cum multis, & inducit casum legis ad favorem ejus, qui illud habet Jov. cum aliis n. 11. dicitur de testu Jov. sup. n. 13. Posth. resol. 53. n. 22. & ideò instrumentum habet vim definitionis & sententiæ Amat. resol. 63. n. 5. Jov. sup. n. 12. operatorque, ut debitor habeatur pro condemnato Benden. collectar. 21. n. 10. volum. 1. Jov. sup.*

sup. n. 12. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 10. glos. 156. n. 3.

96 Per peritos potest fieri probatio expensarum, & meliorationum, dummodo ætimatione, & mensuratio fiat mandato Judicis Ord. lib. 3. §. 2. Valasc. de partitionib. cap. 11. n. 13. Faria ad Cov. 2. var. cap. 13. n. 30. Hermosil. in l. 56. glos. 6. n. 44. tit. 5. p. 5. & cum partis citatione Gratian. cap. 600. n. 28. Hermosil. sup. n. 58. & 59. Valasc. sup. n. 15. Cyartin. forens. cap. 176. n. 8. Menoch. de arbitrar. q. 17. n. 5. Cyriac. contr. 320. n. 16. Barb. in l. cod. forum regundor. Cardos. verbo divisio n. 7. Hees. de bonorum commun. eorumque divisione 1. p. loco 4. à n. 247. ubi alios citat.

98 Ex Ordinatione nostra lib. 3. tit. 59. in principio nullus contractus, seu distractus quocunque nomine dictus super bonis immobilibus, excedens quantitatem quatuor millium teruntiorum, vel super bonis mobilibus, excedens quantitatem sexaginda millium teruntiorum potest probari, nisi publico instrumento sive sit factus à paganis in civitatibus, oppidis, & reribus, sive à militibus in castris, sive in terra, sive in mari, & sic in classibus, navibus, cymbis, & naviculis Ord. lib. 3. tit. 59. §. 1. & 2. ubi latè Barb. Thom. Vas latè alleg. 72. per tot. & sic expensas excedentes prædictas summas non esse recipiendas in calculo, etiam parte non opponente, tenuerunt ex Ord. in fin. princip. ibi Barb. n. 11. cum Barbof. & Cald.

99 Sed ab hac regula primo excipitur, quando pars confitetur ex l. cum te cod. de transactionibus, Barb. cum Gama, Caldas, Mascardo, Azevedo, Menochio, Surdo cum aliis Thom. Vas d. alleg. 72. n. 53. qui loquuntur de confectioe judiciali, & secus esse dicunt de extrajudiciali, ex dictis sup. à n. 3. usq. ad 11. Reynof. obs. 74. per tot. Pinheir. de emphyteusi disp. 1. n. 25. & disp. 2. n. 166.

100 Secundo excipitur casus, in quo agitur de probatione missa, quæ fit per testes, vel instrumentum, veluti si

quis promittat refarcire damna, vel solvere interesse, vel simile per publicum instrumentum, quia tunc per testes, damna, seu interesse probari potest, ut cum Barth. Menoch. Valasc. Caldas, & Mascard. docet Barb. sup. n. 5. Thom. Vas sup. à n. 52.

Tertio excipitur casus, in quo 101 agitur inter personas Ecclesiasticas, inter quas probatio potest fieri per testes, nullo laico contrahente, ut ex Valasc. Cabed. & aliis tenet Barb. sup. à n. 2. & cum aliis Thom. Vas sup. à n. 2. Peg. for. cap. 1. à n. 24.

Quarto excipitur casus, in qui- 102 bus agitur de literis cambii, ut cum Gamma, Valasc. Gratian. Azeved. docet Barb. sup. n. 3. Thom. Vas sup. à num. Peg. sup. à n. 25.

Quinto excipitur casus, in quo 103 agitur ex quasi contractibus ex Ord. lib. 3. tit. 59. §. 22. Barb. sup. n. 8. Vas d. alleg. 72. à n. 2.

Sexto, casus, in quo agitur de pro- 104 banda qualitate instrumenti, ut cum Gam. Gonsal. Mascard. Flamin. docet Barb. princip. Ord. lib. 3. tit. 59. n. 6. & cum aliis Thom. Vas sup. à n. 52. cum aliis Thom. Vas sup. à n. 52. cum multis Pinh. de emphyteus. disp. 1. sect. 2. n. 25. & disp. 4. sect. 8. n. 66.

Septimo, casus, in quo Rex dispen- 105 sat, quæ dispensatio prodest etiam ad testes, seu productos, ut cum Valasc. Cald. & aliis docet Barb. sup. n. 7. Thom. Vas alleg. 72. à n. 18. cum seqq. Peg. latè ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 76. à n. 1. usq. ad n. 15. virtute cujus potest pars contraria etiam testes dare Peg. sup. n. 13. & ad novum regimen Senatus Palatini cap. 50. per tot.

Octavo, casus, in quo pars in jura- 106 mentum partis contrariæ defert Thom. Vas sup. n. 27. & 28. Valasc. de jure emphyteutico q. 24. n. 26. qui alios citant Ord. d. tit. 59. §. 5. ubi cum multis Barbofa.

Nono, casus, in quo inter patrem, & 107 filium naturalem, vel inter socerū, aut socram, aut inter fratres ex Ord. d. tit. 59.

- §. 11. ubi cum multis *Barb.* inter vivos, vulgò cunhados, affinitate durante *Barbos. sup. n. 6. Phæb. tom. 1. arest.*
- 108 23. nisi contractus inter eos sit per scriptum celebratus, quia tunc distractus per scripturam est probandus *Ord. d. §. 11. ibi Barb. n. 7. Vas d. alleg. 72. à num....*
- 109 Decimo, casus, in quo agitur inter sobrinos, & patruos, vel avunculos, vel inter matrem, & filios, vel inter patruos *Ord. lib. 3. tit. 59. §. 11. Vas sup. à n....*
- 110 Undecimo excipitur casus, in quo agitur inter mercatores societatem contrahentes per publicum instrumentum; quia omnia dubia ex ea procedentia probari possunt per testes *Ord. lib. 3. tit. 59. §. 13. Valasc. conf. 177. n. 7. Thom. Vas alleg. 72. à n. 49.* inter quos etiam probat ut publicum instrumentum scriptura privata, sive sit tantum subscripta, seu facta, & subscripta *Peg. forens. cap. 1. n. 30. Pereir. decis. 97. quidquid contrarium dicat Valasc. d. n. 7. quia contra eum stat stylus iudicandi, & infiniti apud Peg. d. n. 30. & dicemus latè lib. 8. cap. 1. à n. 84. ubi vide Arouc. in l. 2. §. 1. ff. de rerum division. n. 301. Pereir. dec. 97. per tot.*
- 111 Duodecimo excipitur casus, in quo de contractu non constat, neque de societate, vel recepto, nisi per confessionem, quia tunc admittitur probatio distractus, & cæterorum expensorum per testes, & chyrographa, ex dictis *sup. n. 6.*
- 112 Decimotertio excipitur contractus nauticus, qui ad suam probationem non indiget publico instrumento *Arouca in l. 2. §. 1. ff. de rerum division. n. 297.*
- 113 Decimoquarto excipitur casus, ubi agitur de libris campiorum, de libris officialium Indiæ, & Minæ, vel publica mercium vectigalium, de pollice securatorum, justificatis requisitis *Peg. cum multis 1. forens. cap. 1. n. 26. 28. & 29.*
- 114 Decimoquinto excipitur casus, quando est factum instrumentum, sed fuit deperditum, & nota, ex quo desumptum fiat: quia tunc ejus tenor probari potest per testes discretos, & bonum intellectum habentes *ex Ord. lib. 3. tit. 60. §. 8. ubi cum multis Barb. sed non poterit probari solum per ipsum Notarium deponentem de tenore instrumenti etiam à se confecti Parex. de instrumentor. editione tit. 1. resolut. 3. §. 3. n. 9. Gratian. cap. 16. à n. 50. Molin. lib. 3. cap. 13. n. 44. Peg. ad novum regim. Senat. Palat. cap. 50. Leit. de gravaminib. q. 6. à n. 137. Phæb. aresto 70. Mend. in prax. 2. p. lib. 1. cap. 3. n. 19. 20. & 21.*
- Decimosexto excipitur casus, in quo revera fuit factum instrumentum, sed fuit à parte adversa subtractum *Ord. lib. 3. tit. 60. §. 6. ibi Barb. & diximus lib. 1. cap. 4. à n. 21. Farin. q. 150. à n. 154. & q. 176. à n. 29.*
- Decimosextimo excipitur casus in quo agitur de probatione contractus inter tertios, & non inter ipsos contrahentes realiter, vel interpretative *Thom. Vas, sup. & ita quotidie in Senatu judicamus.*
- Decimooctavo excipitur casus, in quo probatio fit per præsumptionem, quia Ordinatio requirens probationem per scripturam, non excludit probationem per præsumptionem juris *Pinbeir. de emphyt. disp. 4. sect. 8. n. 166. Valasc. de jure emphyteut. q. 7. n. 33. & q. 7. n. 33. & q. 8. n. 18. Cald. de ext. int. emphyt. cap. 1. n. 39. Arouc. allegat. 50. n. 21. & sic expendens habens pro se præsumptionem juris, potest probare quantitatem expensarum sine scriptura, etiam si excedant taxam *Ord. lib. 3. tit. 59. & ita pluribus in casibus modo vidente, modo conjudicante Senatus decrevit, etiam si administratio sit data per publicum instrumentum, ex dictis sup. à n. 100.**

CAPUT IV.

An, & quando tutoribus, & curatoribus debeatur sallarium?

SUMMARIUM.

- 1 Tutoribus, & curatoribus nullum sallarium debetur.
- 2 Cùm eorum munus gratuitum esse debeat.
- 3 Et publicum munus sit.
- 4 Unde eis datum per conditionem ob turpem causam repetitur.
- 5 Cùm turpiter sallarium recipiatur pro eo, quod quis gratis facere tenetur.
- 6 Nisi in contrarium consuetudo fuerit.
- 7 Vel Judex in datione tutoris constituat ex justa causa sallarium.
- 8 Judex tamen, qui tutorem constituit, solum sallarium dare potest, dummodo pro tutela administranda, & non administrata petatur.
- 9 Tutor, vel curator, qui sallarium non petiit pro administranda tutela, vel cura, præsumitur voluisse gratis administrare.
- 10 Nisi ipse tutor, vel curator tempore susceptæ tutelæ, vel curæ sallarium petierit, quia tunc Judex potest eum sallariare.
- 11 Sallarium tutori, seu curatori solvendum non est, si non satisdederit.
- 12 Quæ sit causa justa, ut sallarium tutori constituatur.
- 13 Justa causa est tutela, seu cura alicujus Principis.
- 14 Sicut etiam est, quando pro negotiis gerendis diversa loca adire, & iter facere necesse est; quæ in constitutione sallarii attendenda sint.
- 15 Multitudo etiam negotiorum justa causa esse potest.
- 16 In hac materia extrajudicialis protestatio sufficit.
- 17 Etiam ab aliis contutoribus sallarium constitui potest aliquando.
- 18 Si tutor pro pupillo egerit, & curator pro adulto, res ad curam, seu tutelam non pertinentes, sallarium debetur.
- 19 Et si tamquam advocatus, patrocinium præstiterit.
- 20 Idem si aliquid fecerit, quod tamquam tutor, seu curator facere non tenebatur.
- 21 Et quando à testatore sallarium relictum fuerit.
- 22 Dicta de tutoribus, & curatoribus, in aliis voluntariis administratoribus procedunt.
- 23 Item quando suscipiens administrationem, operas suas solitus locare esset; vel consuetudo adesset, regionis sallarium debetur.
- 24 Sed proxima conclusio de solito operas locare limitatur in sequentibus.
- 25 Quando mandatum à domino tacitè, vel expressè revocatum fuisset; & ex quibus revocatio colligatur?
- 26 Et quando de mandato patris filius paterna administrat; vel de mandato matris materna.
- 27 Nisi post mortem patris, vel matris administret, quia tum sallarium debetur.
- 28 Quando administrator domino administrationis obsequium debet, sallarium non debetur, quorum aliqui narrantur.
- 29 Idem de amico arētissimo, administrante bona amici.
- 30 Idem quando socius res societatis administrat; & quid amplius lucri ferat?
- 31 Quid quando creditor bona debitoris administrat?
- 32 Quid quando administrator se negligenter gerit in administratione, & de dolo?
- 33 Non debetur sallarium, dum ratio non redditur.
- 34 Tutor an procuratori sallarium constituere possit? Et quando post remotionem solvendum sit.

1 **J**uris nostri regula est, quod tuto-
 ribus, & curatoribus nulla mer-
 ces, nullumque fallarium debeatur,
 deducta ex l. à tutoribus §. principa-
 libus ff. de administr. tutor. l. qui
 negotiationem ff. eodem, l. qui sine usuris
 ff. de negot. gestis, Franch. dec. 122. per
 tot. ibi Add. Bald. in cap. cum ab omni
 de vita, & honestate clericor. Zach. de
 2 fallario q. 87. per tot. §. n. 2. plures dat;
 tum quia munus tutelæ, seu curæ de-
 bet esse gratuitum, ex glos. in l. eos ff.
 de tutelis, & in l. 1. ff. mandati, Gutter.
 de tutel. 3. p. cap. 2. à n. 1. Cost. de remed.
 subsidiar. remed. 106. illat. 5. à num. 1.
 Baeg. de decim. tutorib. præstand. cap. 1.
 3 n. 1. Zach. sup. n. 1. tum quia tutelæ,
 seu curæ munus publicum officium
 est, quod unusquisque subire tenetur;
 Galgauer. de tutor. lib. 2. tit. 36. à n. 26.
 Borgn. de tutorib. n. 310. Zach. sup. n.
 3. & diximus tract. 3. lib. 1. cap. 2. §. 3.
 4 idè si aliquid ipsis datum sit, repeti po-
 test per conditionem ob turpem cau-
 sam Gutter. dict. cap. 2. n. 2. Gratian. c.
 910. n. 6. cum aliis Zach. dict. q. 87. n. 4.
 5 quia turpiter recipitur fallarium, pro
 faciendo id, quod quis gratis facere te-
 netur; Escob. de ratioc. cap. 16. num. 4.
 Zach. sup. n. 5. Surd. de aliment. tit. 1.
 q. 7. n. 6. Luc. de tutorib. discurs. 18. &
 de fideicom. discurs. 188. Altograd. lib.
 2. conf. 57. per tot.

6 Regula hæc variis modis limita-
 tur à DD. de ea agentibus; & primo
 limitatur, ubi contraria fuerit consue-
 tudo, de qua limitatione latè in sequen-
 ti capite agendum est, Deo favente, &
 pro ea Cyriac. contr. 503. per tot. Sabel.
 in summatractat. verbo tutela à n. 22.

7 Limitatur secundo, quando Ju-
 dex in datione tutoris, vel curatoris
 ipsi fallarium constituerit, ex justa, &
 concurrente causa, propter quam æqui-
 tas, & ratio suadeat, ut ipsis fallarium
 solvatur, l. à tutorib. §. fin. ff. de admin.
 tutor. glos. in l. si hereditas ff. ad exhib.
 bend. Garc. de expens. cap. 20. à n. 13.
 Galgan. dict. tit. 36. à n. 31. Borgn. sup.
 n. 310. cum infinitis Zach. de fallar. q.

87. n. 6. Escob. de ratioc. cap. 27. Heef.
 de rationib. redd. loco 11. à n. 124. Alto-
 grad. lib. 2. conf. 57. per tot. Nicol. Bas.
 & Galcer. in theatro jurisprudent. Va-
 lentin. 1. p. cap. 2. à n. 1. ad n. 39.

Requiritur tamen ad hoc, ut falla-
 rium constituatur ab ipsomet Judice,
 qui tutorem, vel curatorem dedit, ex
 l. à tutorib. §. quemadmodum ff. de ad-
 min. tutor. Zach. sup. à n. 3. & petitum
 fit pro tutela, vel cura administranda,
 non verò pro administrata, l. qui mu-
 tua §. fallarium ff. mandati, l. fallarium
 cod. eodem, Zach. sup. n. 17. Cyriac.
 contr. 103. n. 6. quia cum tutor, vel cura-
 tor administraverit tutelam, seu cura-
 ram absque eo, quod fallarium petierit,
 præsumitur gratis administrare voluisse,
 & hoc ipso videtur tacitè asserere
 se pro illo exercitio nullum fallarium
 pertendere, l. sed an ultro ff. neg. gest.
 Zach. n. 18. nisi ipse tutor, vel curator
 tempore susceptæ tutelæ, vel curæ
 sibi fallarium petierit; quia tunc potest
 Judex eum fallariare; Escobar de ra-
 tioc. cap. 27. n. 34. Zach. n. 20. Menoch.
 de arbitr. cas. 512. n. 4. & conf. 228. num.
 38. nec non quod sit præstita cautio;
 quia fallarium non est solvendum tuto-
 ri, vel curatoris, licèt fuerit à principio
 constitutum, si non satisfecerit Baeg.
 de decim. tutor. cap. 12. n. 14. Zach. sup.
 n. 21. Heef. dict. loc. 11. n. 125. Cyriac.
 contr. 503. per tot. latè Cortiad. dec. 157.
 à n. 37. latè Irenz. de protestat. cap. 34.
 à n. 1 ad n. 72.

Debet etiam intervenire justa cau-
 sa, ut tutori, curatorique fallarium
 constituatur: qualis erit, si tutor, vel
 curator esset aded pauper, ut suis la-
 boribus victum quærere cogeretur;
 quia cum tunc non tenerentur bona
 divitis pupilli, seu minoris tueri, illis
 est fallarium assignandum, ex l. 1. §. si
 pupillis ff. de tutel. ration. distrabend.
 Menoch. dict. cas. 512. à n. 11. Zachias
 sup. n. 7. Cost. sup. n. 106. Heef. sup. n.
 127. Cyriac. contr. 503. per tot. Irenz.
 de protestat. cap. 34. à n. 1. ad 72.

Erit etiam justa causa, quando
 quis

quis tutelam, vel curam gerit alicujus Principis; *Galgan. de tutel. lib. 2. titul. 36. n. 34. Menoch. dict. cas. 512. n. 13. & dict. conf. 228. n. 31. cum multis Zachias dict. q. 87. n. 12. & q. 57. Franch. dec. 122. qui alios referunt, Heef. sup. n. 153. Cyriac. contr. 503. per tot. Cortiad. d. dec. 157. à n. 40.*

14 Erit quoque justa causa, quando tutor, vel curator pro negotiis pupilli, seu minoris cogitur diversa loca adire, & iterfacere, ut diximus hoc *lib. cap. 1. n. 15. Baeç. de decim. tutor. cap. 1. n. 3. & 5. l. 1. §. si pupillus ff. de tutel. rationib. distrabend. Surd. de aliment. q. 47. n. 8. cum aliis Zach. dict. q. 87. n. 11. ubi docet, quòd ad constituendum hujusmodi fallarium est habenda ratio qualitatis personæ tutoris, & negotij, & consideranda persona pupilli, & bonorum facultas, Heef. de rationib. redd. loc. 11. à n. 125. Cognatus contr. 503. Cortiad. cum multis dec. 157. à n. 46.*

15 Item justa causa erit, quando tutela, vel cura esset talis ob multitudinem, & gravitatem negotiorum, quæ in ea adessent, ut cogeretur tutor, seu curator propria deferere, ut illis incumberet; *Cyriac. contr. 503. num. 49. Surd. de aliment. tit. 1. q. 47. n. 8. Franch. dec. 122. ibi Amendol. & de Luc. Prat. lib. 2. discept. cap. 5. per tot. Cancer. 1. var. cap. 7. plures apud Zach. de fallar. q. 87. n. 8. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 2. n. 4. Escob. de ratioc. cap. 27. ubi quòd sufficit, quòd tutor, vel curator extrajudicialiter dicat, vel protestatus sit velle fallarium, ut ei assignare teneatur; de Luc. ad Franch. obs. 122. num. 4. Valenz. conf. 179. à n. 61. Cyriac. contr. 503. Iranz. de protestat. cap. 34. per tot.*

17 Imò in hoc casu non solum fallarium constitui potest à Judice, verùm etiam ab aliis contutoribus, *l. 1. §. si pupillus ff. tutel. rationib. distrab. Escob. de ratioc. cap. 27. n. 30. Surd. dict. q. 47. à n. 1. cum multis Zach. de fallar. q. 87. à n. 9. videndus Franch. dec. 123. per tot. & ad eam Amendol. & de Luca Escob. de ratioc. cap. 27. n. 29. & 30. &*

51. & 52. Heef. de rationib. redd. loc. 11. n. 127. & 128. Iranz. sup. d. cap. 34.

Limitatur tertio, quando tutor egerit pro pupillo, curator pro adulto res ad curam, vel tutelam non pertinentes, ut puta, si pupilli agrum coluerit, vindemias fecerit, triticum, & poma collegerit; *Zach. de fallar. q. 87. n. 26. Franch. decis. 122. n. 4. ibi Add. Baeç. de decim. tutor. cap. 1. n. 6. si tamquam advocatus patrociniū in causis pupilli, vel minoris præstitit Ansald. de comerc. & mercatur. discurs. 80. num. 23. Galter. in prax. tutel. p. 3. rub. 2. n. 42. Barbat. de division. fructuum 1. p. c. 16. n. 249. Zach. dict. q. 87. n. 28. & 52. si aliquid fecit, quod ex officio tutelæ, seu curæ facere non tenebatur: quia quotiescunque jura duorum concurrunt in persona unius, idem servandum est in persona unius, quod servatur in persona duorum; *l. si mihi, & tibi ff. legat. 1. l. Titia §. qui Mario ff. de ann. legat. Zach. dict. q. 52. à n. 25. & q. 87. à n. 26. Ansald. dict. discurs. 80. n. 24. Cardin. Luc. de tutor. discurs. 18. per tot. & de fideicom. discurs. 188. à n. 12. & in compend. tractat. de tutorib. à n. 58. Escob. de ratioc. cap. 27. n. 29. & num. 52. Heef. sup. à n. 126. & n. 127. 128. & 129. cum multis Iranz. de protestat. cap. 34. per tot. & maximè à n. 38. cum seqq.**

Limitatur quarto, quando à testatore fuerit ipsi tutori, seu curator certum fallarium in testamento relictum; *Baeç. de decim. tutor. cap. 18. à n. 13. & 16. Cyriac. contr. 583. à n. 31. Zach. de fallar. q. 87. n. 22. Franch. decis. 122. per tot. ibi Amendol. & Luc. apud quos rationes habes.*

Quæ diximus de tutoribus, & curatoribus, applicanda sunt cæteris aliis administratoribus voluntariis, qui nullo jure cogente administrationem suscipiunt, quibus non debetur fallarium, nisi à principio sit conventum, vel de eo saltem extrajudicialiter protestati fuerint; *l. fallarium ff. mandati, l. 1. cod. eodem, l. jubemus cod. de advocat. diversorum judicum, vel nisi suscipiens admi-*

18

19

20

21

22

23

admi-

administrationem solitus sit operas suas locare, aut adesset consuetudo regionis in contrarium; *Zach. de fallar. q. 52. à n. 6. usq. ad 9. Ubold. de duob. fratr. p. 6. n. 27. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 14. à n. 49.* vel nisi versemur in administratoribus publicis, quibus de jure, seu de regimine sit dispositum fallarium, *Zach. sup. n. 9. Gratian. cap. 257. Bas. in theatro jurisprudent. cap. 22. n. 1. § 2. § n. 3. § 4. Cortiad. cum multis decis. 157. à n. 47.*

24 Licet suscipienti administrationem de mandato domini debeatur fallarium, quando consuetus operas suas locare, ut notant DD. ad jura suprà citat, & ad *lx. in l. 1. ff. de variis, § extraordin. cogn.* tamen prædicta doctrina non procedit in sequentibus casibus.

25 Primus est, quando mandatum à domino fuisse expressè revocatum, ut quia ei significavit, ne diutiùs in suarum rerum administrationem se ingeret, vel tacite, vel quia ad tempus tantùm mandatum dedit, vel quia statum mutavit, vel quia ei à domino petiti fuerunt libri rationis, *l. fin. cod. de neg. gest. l. si ex duobus ff. eodem, Molin. disp. 554. à n. 1. l. tutor. ff. de appellat. cum multis Zach. de fallar. q. 52. à n. 12. usq. ad 18.*

26 Secundus est, quando de mandato patris filius bona paterna administrat; *l. illud cod. de collat. latè Zach. dict. q. 52. à n. 19. usq. ad 34. & diximus tract. 2. lib. 2. cap. 12. à n. 192.* vel de mandato materno materna bona administrat, ut cū veriori sententia docet *Zach. sup. à n. 38.* nisi administret post mortem patris, vel matris, quia tunc ei fallarium debetur; *Zach. n. 35. Zeval. q. 102. à n. 13. Escob. de ratioc. cap. 27. à n. 55. Sabel. in sum. tract. in verb. fallarium à n. 11.*

28 Tertius est, quando administrator obsequium debet ei, cujus bona administrat, ut libertus, qui administrat bona patroni, uxor, quæ administrat bona mariti; *Zach. sup. à n. 47.* ubi multos citat.

29 Quartus est, quando amicus arctissimus administrat bona amici *glos. in l. 1. §. advocatus ff. de variis, § extraordin. cogn. Zach. sup. à n. 54. usque ad 56.* ubi sex requisita refert ad veram amicitiam.

30 Quintus est, quando socius res societatis administrat *Zach. Zup. à n. 57. Ubold. sup. p. 6. n. 3. § 34.* ubi multos citat; *Mantic. de tacitis lib. 6. tit. 14. à n. 1.* sed tantùm maiorem partem lucri arbitrio boni Judicis liquidandam reportabit, *l. si non fuerit ff. pro socio Mantic. sup. n. 48. Zach. cum aliis dict. q. 52. n. 60. § 61. Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. n. 24. Rota Genuensis dec. 16. n. 15. Flores var. q. 8. §. 3. num. 3.*

31 Sextus, quando creditor bona sui debitoris administrat *dict. l. fallarium ff. mandati, l. 1. cod. eodem, l. jubemus cod. de advocatis,* nisi mandato aliorum creditorum cum expressa conventionione de fallario administrationem susceperit, vel nisi missus sit in possessionem bonorum debitoris Judicis decreto; *Escob. de ratioc. cap. 27. n. 60. latè Zach. à n. 62. ad 65.*

32 Septimus, quando administrator negligenter in administratione se gereret; *l. Titio Medico ff. ad municipalem* quia tunc non solum ei non debetur fallarium pro tempore, quo negligenter se gessit, sed etiam pro tempore, quo diligenter se habuit, ut probat *Zach. à n. 66. ad 75.* ubi quòd prædicta maiori cum ratione procedant contra administratorem dolosum. Vide in *cap. seqq. n. 36.*

33 Octavus est, quando nondum suæ administrationis rationes dedit; *Fontan. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 18. num. 43. Menoch. de arbitr. cas. 512. Zach. dict. q. 52. à n. 77.* ubi alios citat. Vide in *cap. sequenti à n. 101. § 10.*

34 Procuratoris fallarium constitui potest à tutore comensuratum pro modo laborum, & est solvendum etiam post remotionem in scio procuratore factam; *Zach. post tract. de fallar. decis. 6.*

cis. 6. per tot. & 7. per tot. Bas. Galar. in theat. juris prudentiæ Valentine, c. 22. n. 19. ubi plures dat concordantes.

CAPUT V.

Tutoribus, & curatoribus an, & quando vigesima pars fructuum debeatur.

SUMMARIUM.

- 1 *Materia proponitur.*
- 2 *Apud nos vigesimam partem fructuum tutores, & curatores habent.*
- 3 *Etiam matri, & aviæ tutricibus debetur vigesima, & apud Castelanos decima.*
- 4 *Et Patri filii curatoris de his, quorum usufructum non habet; quod temperatur.*
- 5 *Et tutori, qui pupilli, seu minoris culpa non administravit.*
- 6 *Et omni administratori sallarium debetur, quando domini culpa non administravit.*
- 7 *Tutori, seu curatori, siue testamentario, siue legitimo, aut dativo decima, seu vigesima debetur.*
- 8 *Filio matris, vel patris curatoriam etiam debetur.*
- 9 *Et frater fratris tutori, seu curatoriam.*
- 10 *Licet fructus ad alendum minorem seu pupillum non sufficiant.*
- 11 *Et licet tutor, seu curator repudiavit, vel acceptavit legatum à testatore relictum; quod temperatur.*
- 12 *Et debetur etiam ex fructibus, quos per factores expensis pupilli, seu minoris administravit; quod temperatur.*
- 13 *Regula tamen est, quod tutori, seu curatoriam decima, seu vigesima non debeatur ex fructibus perceptis per factores, si iis non solvat.*
- 14 *Quæ regula intelligitur.*
- 15 *Proponens per se ipsum administrare censetur.*
- 16 *Nisi dominus inferiores factores pulset, quo casu principales agnos-*

- cit, eorum periculum subit, & ab eis rationem petere potest, eisque vigesima, seu decima debetur.*
- 17 *Aliquando etiam tutori honorario, seu notitiæ causa dato debetur.*
- 18 *Et aliquando subrogato impediti loco.*
- 19 *Aliquando etiam remoto.*
- 20 *Tutori, seu curatoriam etiam post finitam tutelam, seu curam gerenti aliquando ex ipsis gestis debetur.*
- 21 *Et quando in prædicto casu non debetur? Et curatoriam absentis vigesima debetur.*
- 22 *Curatoriam etiam mulieris prodigæ debetur.*
- 23 *Et dato mulieri luxuriosè viventi.*
- 24 *Curatoriam etiam, seu tutoriam in firmo, durante infirmitate, si alius datus non sit.*
- 25 *Et non solum de bonis in regno administratis, sed etiam extra regnum, si alius ibi datus non est.*
- 26 *Et curatoriam absentis propinqui, licet pater, vel mater sit; idem de executoribus testamenti, & depositariis.*
- 27 *Eodem modo, quo tutoribus, curatoribus debetur.*
- 28 *Et curatoriam furiosi, prodigi, & muti, aliorumque similium.*
- 29 *Si furiosus habens dilucida intervala probet per notabile tempus administrasse, pro hoc tempore decima, seu vigesima cessabit.*
- 30 *A quo tempore, & usque decima vel vigesima debeatur.*
- 31 *Ventris etiam, & captivi curatoriam debetur.*
- 32 *Et ad juncto tutori, vel curatoriam pro rata.*
- 33 *Idem de coadjutore Episcopi, & Regis, seu Ducis, & vel intra n. 16.*
- 34 *Debetur, licet in instrumento tutelæ dicatur, quod, ea finita, omnia cum omnibus fructibus resituet, nisi pensatè, & animo remittendæ verba aposita fuere.*

- 35 *Alia, Præter decimam, seu vigesimam, referuntur, quæ tutori seu curatori solvenda sunt.*
- 36 *Tutoribus, & curatoribus gerentibus bene pro parte, & pro parte male, pro illa debetur decima, vel vigesima.*
- 37 *Ex omnibus fructibus debetur, tum naturalibus, tum civilibus, tum industrialibus.*
- 38 *Ita de fructibus rerum alienari prohibitarum.*
- 39 *Item de Sylva cædua, & de arboribus viventorum dejectis.*
- 40 *De lapidicinis, & metalorum venis.*
- 41 *De glandibus, & similibus.*
- 42 *De bonis castrensibus, vel quasi.*
- 43 *De pedagis, prætoris, & victigalibus.*
- 44 *De venationibus, piscationibus, & annuis redditibus, & pecudum partibus.*
- 45 *De multis, & confiscationibus.*
- 46 *De oblationibus, & distributionibus quotidianis.*
- 47 *Decima, seu vigesima debetur etiam de fructibus pendentibus tempore susceptæ, vel finitæ tutelæ, seu curæ.*
- 48 *Si bis, & amplius in anno fructus legantur, totidem decima, seu vigesima debetur.*
- 49 *Inspecie, si fructus extent vigesima debetur, & non inæstimatione.*
- 50 *Tutori, seu curatori Clerici etiam debetur.*
- 51 *Et tutor, vel curator colono inhibere potest, ne eo inscio fructus colligat, retinereque, & contraria actione petere potest.*
- 52 *De interesse etiam pecuniarum pupilli, & de præceptoris, & comendis ecclesiasticis debetur.*
- 53 *Descendentibus in fine anni debetur, & ad heredes transmittitur.*
- 54 *Pecunias administratas absque pænarum in cursu retinere possunt, ex pertensione salarii, licet postea in subsistens pertensio detegatur.*
- 55 *Nullo habito respectu ad onera decima, seu vigesima debetur, & vi-*
- de infrà n. 85.
- 56 *Tutoribus, vel curatoribus, putativis non debetur.*
- 57 *Nec pro tutoribus, seu procuratoribus, licet bene gesserint, cum tutores vel curatores non sint.*
- 58 *Hi tamen expensas necessarias, & utiles, nec non sallarium arbitrio Judicis repetunt.*
- 59 *Idem dicendum de tutoribus, & curatoribus in validè datis.*
- 60 *Ita in tutoribus, & curatoribus se esse datos ignorantibus.*
- 61 *Similiter tutoribus Regum, Ducum, & Marchionum, & similium.*
- 62 *Nec tutoribus non gerentibus debetur, nisi modica omissio sit.*
- 63 *Et quando non tutoribus absentibus reipublicæ causa.*
- 64 *Nec tutoribus, seu curatoribus furto non gerentibus, debetur.*
- 65 *Licet uni exploribus tutoribus à Judice cum causæ cognitione decreta administratio esset, & legatum pluribus tutoribus, vel curatoribus relictum fuisset, non administrantibus vigesima, aut decima non debetur.*
- 66 *Si mala gestio in uno noceat bene gestis in aliis, nec pro bene gestis vigesima, aut decima debetur.*
- 67 *Licet sallarium à lege, consuetudine, Judice, vel à testatore constitutum sit.*
- 68 *Imò nec expensas repetunt, nisi in utilitatem versas fuisse probaverint, vel lucuperiores esse factos.*
- 69 *Remotis ob suspicionem doli, licet in effectu non sint, non debetur.*
- 70 *Sola suspicio alicujus mali opperatur, ac si casus cecidisset.*
- 71 *Non conficientibus inventarium, quando facere tenentur, non debetur, nec sallarium ullum.*
- 72 *Nec negantibus se esse tutores, vel curatores.*
- 73 *Nec damnatis ratione doli, vel negligentie fructus, vel interesse.*
- 74 *Una decima, seu vigesima pro omnibus tutoribus debetur; & quomodo in*

- do inter eos dividatur.
- 75 Curatoribus ad lites non debetur, sed salarium à iudice taxandum.
- 76 Idem in curatoribus bonis datis.
- 77 Idem in coadjuctore Regis, Principis, vel Ducis minoris.
- 78 Præter decimam, seu vigesimam tutor, seu curator tamquam tales nihil amplius pertendere possunt.
- 79 Nisi Princeps rescripto concederetur.
- 80 Vel à propinquis pupilli, seu adulti, vel amicis sponte aliquid oblatum sit.
- 81 Vel expensas, vel aliquid debitum extra officium tutoris, vel curatoris.
- 82 Ex thesauro infundo pupilli, seu adulti invento decima, seu vigesima non debetur.
- 83 Sed ratione inventionis tutor, seu curator inventor dimidium habet.
- 84 Ex protocollorum exemplis non debetur.
- 85 Non debetur, nisi prius oneribus deductis, quod exemplificatur.
- 86 Et prius de ductis expensis.
- 87 Ex donationibus semel factis ob proferum adventum, non ex necessitate, non debetur.
- 88 Secus ex necessitate donatis.
- 89 Ex fructibus juris patronatus non debetur.
- 90 Nec de alimentis debitis patrono egeno, nec ex collationibus, & præsentationibus.
- 91 Nec ex partu ancillarum.
- 92 Nec ex rebus pupillo seu adulto donatis, licet ex fructibus eorum reportabit.
- 93 Nec ex rebus illicitè acquisitis.
- 94 Ex fructibus pupillo, seu adulto, & alteri copulativè, aut alternativè debitis, tantum pro rata ad pupillum pertinentibus vigesima, seu decima debetur.
- 95 Curatori certæ rei quando debetur, vel salarium?
- 96 Nec debetur si ei renunciatum sit, & quando renunciare dicatur?
- 97 Nec quando pupillum alere promiserit, & fructus omnes ad alimenta necessarii sunt.
- 98 Nec executoribus ultimarum voluntatum vigesima, aut salarium debetur.
- 99 Et quando huiusmodi executor salarium habere debeat?
- 100 Depositario vigesima non debetur, sed salarium ratione unius pro centenariis.
- 101 Et quibus depositariis salarium debeat?
- 102 Usque quàm quantitatem vigesima debeat? declaratur.
- 103 Ex mercedibus, quas pupillus vel minor serviendo, famulando vel operas suas locando acquirunt, vigesima non debetur.
- 104 Quid in hac materia servatur aliis in regnis? traditur.
- 105 Tutoribus, curatoribus, & cæteris administratoribus salarium petentibus, vel debitum ex administratione, exceptio non redditæ rationis obstat.
- 106 Non obstat tamen, si debitum ex alia causa petatur.
- 107 Ita socio mutuanti societate ex contractu particulari petenti debitum huiusmodi exceptio non obstat, per rationes, de quibus hic.
- 108 Ude ante redditas rationes vigesima non debetur, nec administratoribus salarium.
- 109 Hodie de stilo mercantili omnibus commissariis salarium debetur, & quale sit? multis in regnis declaratur, & in seriè sequenti.
- 110 Salarium corritagii debetur sive venditio per publicos proxenetas fiat, vel non.
- 111 Si vigesima non petatur in rationibus reddendis, postea peti nequit, per rationem, de qua hic.

Ordinatio nostra lib. 1. tit. 87. §. 53. invitavit tutores, & curatores, illis concedendo vigesimam partem fructuum, ut spe præmij

pupillorum, minorumque personas, & bona diligentius gubernarent; de quo latè *Peg. ibi glos. 55. per tot. Fragos. de regimin. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. §. 1. Cost. ad Caminh. annot. 22. n. 3. Themud. dec. 259. à n. 4. & apud Hispanos decimam fructuum habent partem, per l. 2. tit. 7. lib. 3. fori, de cujus materia integrum tractatum fecit *Baeç. de decim. tutor. & circa eam ferè tertiam partem tractatus de tutelis consumavit Gutter. & non pauca dedit Escob. de ratioc. & passim apud DD. Castellanos de ea tractatur, de quibus indiscursu**

2 *capitis; cujus erit regula, quod apud nos vigesima pars fructuum debetur tutoribus, & curatoribus; ut probatur ex Ord. alleg. & ex DD. jam citatis, & ultra eos sic docent Barb. in l. fructus ff. solut. n. 21. Zach. de fallar, q. 87. n. 29. Escob. de ratioc. cap. 28. à num. 3. Baeç. de decim. tutor. cap. 1. Gutter. de tutel. 3. cap. 2. n. 15.*

3 Ampliatur primo, quòd etiam matri, vel aviaë tutricibus debeatur decima fructuum, & apud nos vigesima *Baeç. de decim. tutor. cap. 4. n. 9. §. n. 31. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 4. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 4. n. 8. ubi alios refer.*

4 Ampliatur secundo, quòd apud nos debeatur vigesima, & apud Hispanos decima patri curatori bonorum filij, de quibus non habet usum fructum, ex DD. quos citavimus hoc tract. *lib. 1. cap. 2. n. 5. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 4. n. 6. Thom. ubi proximè n. 31. licet Baeç. de decim. tutor. cap. 4. n. 10. contrarium ausus fuerit affirmare, cujus opinio tunc sequenda est, quando fructus ad alimenta filij non sufficerent, ex Thom. sup. dict. n. 31.*

5 Ampliatur tertio, quòd prædicta decima, seu vigesima debeatur tutori, seu curatori, qui culpa pupilli, seu minoris non administraverit; *Baeç. de decim. tutor. cap. 11. n. 32. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 11. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 13. n. 15. quia fortè eum vulneravit, ut exemplificat Gutter. d.*

n. 15. & est regula generalis, quòd omni administratori fallarium debetur, quando culpa domini administrationis non administravit, Bart. in l. si uno §. cum quidam ff. locati n. 5. Sinl. 1. §. divus ff. de var. & extraordinar. cognitionib. latissimè Cardinal. Luc. in tract. de tutor. discurs. 18. à n. 1. usq. ad 20. ubi plures refert.

Ampliatur quarto, quòd prædicta vigesima, seu decima debeatur tutori, seu curatori, sive sit testamentarius, sive legitimus, sive dativus, *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53.*

Ampliatur quinto, quòd filio patris, vel matris curatori vigesima debeatur, sicut decima in regno Castellæ; *Thom. dict. tit. 31. cap. 1. n. 5. Baeç. de decim. tutor. cap. 4. n. 9. §. 31.*

Ampliatur sexto, quòd debeatur fratri tutori, vel curatori alterius fratris, seu sororis, *Baeç. sup. dict. cap. 5. n. 5. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 4. n. 12. §. 17. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 10. Baeç. de decim. tutor. cap. 10. per tot.*

Ampliatur septimo, quòd debeatur tutori, seu curatori, etiam si fructus non sufficiant pro pupillo, seu minore alendo *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 12. per tot. Thom. dict. cap. 1. num. 10. Baeç. de decim. tutor. cap. 10. per tot.*

Ampliatur octavo, quòd debeatur etiam si tutor, vel curator repudiaverit legatum sibi à testatore relictum, vel acceptaverit, nisi ex aperta, vel conjecturata mente defuncti colligatur legatum esse relictum in fallarium tutelæ, seu curæ; *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. Baeç. de decim. tutor. cap. 5. à n. 5. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 5. n. 78. Escob. de ratioc. cap. 30. n. 27. §. 28. Thom. d. tit. 31. cap. 1. n. 7.*

Ampliatur nono, quòd debeatur tutori, seu curatori, etiam habito respectu ad fructus, quos per factores expensis pupilli, vel minoris administravit; quando ita bona pupilli defusa sunt, & ampla, ut per ipsum tutorem, seu curatorem administrari commode non possint; & pater pupilli, seu minoris,

13 noris, vel alius, à quo bona habuit, solitus esse per factores administrare; nam licet regulariter tutori, vel curatori non debeatur decima, seu vigesima fructuum per factores administratos, nisi ipse tutor, seu curator eos solvat, ut tenent *Escob. de ratioc. cap. 27. à n. 35. Cavalcan. de tutorib. n. 210. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 2. n. 20. Caroc. de locat. tit. de administ. tutor. q. 3. n. 40. Baec. de decim. tutor. cap. 21. n. 6.* qui alios referunt, *l. ita autem §. gessisse ff. admin. tutor. Thom. sup. n. 12. Salgad. in labyr. 1. p. cap. 13. à n. 32. Emil. ad Castilb. dec. 42. n. 5. & dec. 25. n. 22.* ubi quod factoribus salarium constitui potest *Altograd. Menoch. & Cyriac. intra citandi Jov. de solemnitatib. in contractib. minorum glos. 19. §. 3. n. 116.*

14 Tamen hoc procedere arbitror, quando ipse tutor, vel curator possit commodè per se bona administrare, secùs autem quando per se commodè administrare non possit, & talia bona administrari solerent per factores positos ab eo, à quo ea pupillus habuit; quia pro factoribus à se electis rationes reddere tenetur, ut diximus hoc tract. lib. 4. cap. 1. per tot. & probatur *ex l. filio intestato ff. de solution. cum proponens dicatur per se ipsum administrasse; Ansald. de comerc. & mercatur. discurs. 29. n. 14. & n. 4. ubi multos citat. & discurs. 80. n. 6. & discurs. 98. n. 35. Luc. de tutorib. discurs. 15. num. 14. & discurs. 22. n. 4. & 15. nisi dominus administrationis pulsset factores inferiores, quia tunc in principales agnoscit, Luc. de regalib. discurs. 86. in fin. & eorum periculum subit, ut diximus dict. cap. 1. & lib. 4. cap. 13. n. 59. & probant DD. proximè citati cum multis, quos ibi allegant, ob quam obligationem reddendæ rationis, & suscipiendi in se periculum administrationis factorum, justè ferunt decimam, seu vigesimam, non obstante, quod factores sint soluti ex bonis pupilli, seu minoris; quia in hoc casu non sunt factores tutoris, seu curatotis, sed pupilli, seu minoris,*

late *Jan. de scriptur. privat. lib. 4. de libris institor. à num. 1. ad. n. 98. & alij apud eum Salgad. sup. n. 34. Garc. de expens. cap. 20. n. 14. in terminis Castil. dec. 22. n. 22. & 42. n. 5. qui alios refert Altograd. lib. 2. conf. 57. n. 11. Cyriac. controuv. 503. n. 22. Menoch. conf. 228. n. 26.*

Ampliatum decimo, quòd debeatur tutoti honorario, vel notitiæ causa dato, ut instruat tutores datos, si se in gerenda tutela ingesserit; *Baec. de decim. tutor. cap. 6. à n. 10. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 6. per tot. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 8. Escob. de ratioc. cap. 20. à n. 20. Cardinal. Luc. in tract. de tutorib. discurs. 5. per tot.* ubi alios citat; secùs autem, si in tutela gerenda se non ingesserit, ex allegatis DD.

Ampliatum undecimo, quòd debeatur subrogato loco tutoris impediti, si primus nullo modo gerere, vel consulere possit, si autem primus administrare, & consulere possit, non vigesima, seu decima ei debetur, sed salarium; *Baec. sup. c. 8. per tot. Gutt. dict. 3. p. cap. 10. per tot. Thom. sup. n. 9. Luc. de fideicom. discurs. 188. n. 12.* qui alios referunt.

Ampliatum duodecimo, quòd etiam debeatur tutori, vel curatori remoto non ex dolo, & culpa ipsius, sed ex inimititia, vel paupertate, nisi pupillo, vel minori, eorumque bonis damnum dedisset, *Baec. sup. n. 46. Gutter. 3. p. cap. 12. n. 34. Thom. dict. tit. 31. cap. 1. n. 13.*

Ampliatum decimotertio, quòd debeatur tutori, vel curatori post finitam tutelam, vel curam gerenti, ipsi tutelæ, seu curæ connexa; *Baec. de decim. tutor. cap. 18. per tot. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 19. per tot. Thom. sup. n. 15.* secùs autem, si separata gerat; quia tunc non vigesima, seu decima, sed salarium debetur, ex DD. citatis, & ex *Scob. de ratioc. c. 28. n. 45.* ubi alios invenies *Thom. dict. n. 15. Phab. 1. p. aresto 78.* ubi quod curatoribus absentibus idem salarium datur, quod tutori.

- 22 Ampliatur decimoquarto, quòd
debeat curatori dato prodigæ mulie-
ri, *Bacq. sup. cap. 14. Gutt. cap. 15. Thom.*
23 *n. 14. vel dato mulieri luxuriosè viven-*
ti; Thom. dict. n. 14. Gutter. cap. 17. per
tot. Escob. dict. cap. 28. n. 40. de quo in
Ord. lib. 4. tit. ult.
- 24 Ampliatur decimoquinto, quòd
debeat tutore, vel curatori infirmo
pro tempore, quo duravit infirmitas,
alio non dato tutore, seu curatore;
Escob. de ratioc. cap. 27. n. 22. Dambou-
der. in patroc. pupil. tit. de tutor. § cu-
rator. merced. n. 26. § 27. qui alios re-
ferunt.
- 25 Ampliatur decimosexto, quòd
debeat tutore, seu curatori non so-
lùm de rebus administratis in regno,
sed de bonis extra regnum, nisi ibi al-
ter tutor, vel curator constitutus sit;
Bacq. de decim. tutoris cap. 34. num. 7.
Gutter. de tutel. 3. p. cap. 44. per tot. Es-
cob. de ratioc. cap. 29. n. 22. Thom. de tu-
torib. tit. 31. n. 29.
- 26 Ampliatur decimoséptimo, quòd
debeat curatori dato bonis absentis
propinqui, licet sit curator absentis
pater, vel mater, aut frater, ut dispu-
tando optimè resolvit *Escob. de ratioc.*
cap. 28. à n. 29. usq. ad 36. Gregor. Lop.
in l. 24. tit. 29. partit. 2. qui alios ci-
tant, vide Gutt. de tutel. 3. p. cap. 17.
per tot. Phœb. 1. p. arest. 26. § 78. ex-
tendit dispositio nostræ ordinationis
ad executores testamenti depositarios,
& curatores.
- 27 Ampliatur decimoóctavo, quòd
debeat curatoribus eodem modo,
quo tutoribus debetur; *Gutter. de tu-*
tel. 3. p. cap. 3. per tot. Thom. dict. tit. 31.
601 *cap. 1. n. 2. Bacq. de decim. tutor. cap. 3.*
à n. 32. Escob. de ratioc. cap. 28. num. 8.
Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. glos. 55. ad §.
53. n. 6. ibi Barb. Molin. disp. 224. num.
44. Phœb. 1. p. arest. 26. Fragos. de regi-
min. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. §. 1. n. 14.
- 28 Ampliatur decimonono, quòd
debeat curatoribus furiosi, prodigi,
muti, & surdi, fatui, mentecapti, &
aliorum simili morbo laborantium;
Escob. de ratioc. cap. 28. à n. 4. Thom. d.
cap. 1. n. 2. Gutter. dict. cap. 3. Fragos.
dict. §. 1. nisi furiosus habeat dilucida
intervala, & probet per notabile tem-
pus se ad sanam mentem reversum bo-
na sua administravisse: quia tunc pro
eo tempore cessabit vigesima, seu de-
cima; Fragos. dict. §. 1. n. 16. Bacq. de
decim. tutor. cap. 3. n. 45. Thom. dict. n.
2. Escob. dict. cap. 28. n. 11. Phœb. 1. p.
arest. 26. § 78.
- Ampliatur vigesimo, quòd illis
debeat vigesima, seu decima à die
scientiæ tutelæ, seu curæ usque ad
diem, in quo finita fuit tutela, seu cu-
ra; *Bacq. de decim. tutor. cap. 33. n. 12.*
Gutter. de tutel. 3. p. cap. 42. per tot.
Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. num. 28.
qui alios citant.
- Ampliatur vigesimoprime, quòd
debeat curatori ventris, latè *Escob.*
de ratioc. cap. 28. à n. 15. ubi etiam n.
16. concludit deberi curatori captivi
ex rationibus præstitis; Thom. dict. c.
1. n. 2.
- Ampliatur vigesimosecundo, quòd
debeat tutore, vel curatori adju-
cto pro rata; *Thom. de tutorib. tit. 31.*
cap. 1. n. 26. Escob. de ratioc. cap. 28. n.
24. § n. 25. ubi etiam de coadjutore
Episcopi latissimè Gutter. de tutel. 3. p.
cap. 21. ubi per tot. de coadjutore Re-
gis, Ducis, vel Episcopi, de quibus
fusè Zach. de sallar. q. 61. per tot.
- Ampliatur vigesimotertio, quòd
debeat tutore, vel curatore, etiam si
ex consuetudine notariorum in instru-
mento tutelæ, seu curæ dicatur, quod
finita tutela, seu cura tutor, vel cura-
tor restituet suo pupillo, seu minori
omnia bona sua cum fructibus, & red-
ditibus omnibus, nisi pensatè, & ani-
mo remittendi decimam, seu vigesi-
mam prædicta verba fuerunt à tutore,
seu curatore apposita; *Escob. de ratioc.*
cap. 28. n. 42. Bacq. de decim. cap. 18.
per tot. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 20. per
tot. Thom. de tutorib. tit. 31. c. 1. n. 68.
- Ampliatur vigesimoquarto, quòd
ultra vigesimam, seu decimam refundi
debet

debetur tutoribus, & curatoribus, quod ipsi extra officium tutoris, vel curatoris in utilitatem pupilli, vel minoris fecerunt, vel advocando pro eo, vel propriis manibus fundum collendo; *Escob. de ratioc. cap. 27. n. 52. & 54.* vel pro eo itinerando; *Escob. dict. cap. 27. n. 29.* vel eum tamquam medicus, aut chirurgus, curando, vel similia faciendo, quæ ad tutorem, vel curatorem non spectant, ut diximus in *cap. antecedent. à n. 14. Fragos. de regim. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. n. 13. Heef. de rationib. reddend. loc. 12. n. 242.*

36 Ampliatur vigesimoquinto, quod tutoribus, & curatoribus partim bene administrantibus, & partim malè debeat vigesima, seu decima pro parte bene administrata, nisi administratio unius temporis administrationi alterius temporis noceat, *Fragos. dict. disp. 18. n. 8. 9. & 10. Baeç. de decim. tutor. cap. 13. n. 31.* quorum opinionem amplectimur, non obstante, quod diximus in *cap. antecedent. n. 32.* quia benignior est, *Gutter. cap. 14. Baeç. cap. 13. n. 4. & 31. Thom. n. 40.*

37 Ampliatur vigesimo sexto, quod ex omnibus fructibus debeat; *Gutt. de tutel. 3. p. cap. 23.* tam naturalibus, quàm civilibus, quàm in dustrialibus; *Fragos. sup. à n. 25. usque ad n. 29.* ubi bene probat, & alios adducit, & sic debetur de fructibus rerum alienari prohibitarum; *Gutter. de tutel. cap. 30. n. 17. & 18. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 18.* de sylva cædua in casibus, in quibus ad usum fructuarium minorem spectat, & de arboribus etiam viventem dejectis, quatenus pro usu ad usum fructuarium pertinent; *Thom. sup. n. 17. Gutter. cap. 27. Fragos. cum aliis n. 30.* de lapidicinis, & venis metalorum; *Fragos. dict. n. 30. Baeç. cap. 23. n. 8. Gutter. cap. 25. n. 5. Thom. dict. cap. 1. n. 16.* de glandibus, nucibus, castaneis, piris, & aliis arborum fructibus; *Gutter. cap. 30. n. 16. Thom. dict. n. 16. Molin. de primog. lib. 1. cap. 15. n. 22. Escob. de ratioc. cap. 29. à n. 1.* de

bonis castrensis, vel quasi castrensis; *Escob. de ratioc. cap. 29. num. 14. Thom. dict. n. 16.* de pedagiis, prætorii, & vectigalibus; *Gutter. cap. 24. Thom. dict. n. 16.* de venationibus, & piscationibus; *Fragos. n. 30.* de annuis redditibus; *Fragos. dict. n. 30. Thom. num. 21. Gutter. cap. 35.* de partibus pecudum; *Thom. dict. n. 16. Escob. dict. cap. 29. n. 20. Gutter. cap. 30.* de multis, & confiscationibus pupillo, seu adulto pertinentibus, *Thom. dict. n. 16. Gutt. cap. 24. Escob. dict. cap. 29. à n. 1. cum seqq. Baeç. cap. 22. n. 3.* de oblationibus, quas parrochianni ex consuetudine facere tenentur, & de distributionibus quotidianis; *Escob. de ratioc. cap. 29. à n. 16.*

47 Ampliatur vigesimo septimo, quod illis debeat ex fructibus pendentibus tempore susceptæ, vel finitæ tutelæ, vel curæ pro rata laboris, ut contra *Baeç. sup. 28.* tenent *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 36. per tot. Escob. cap. 30. n. 22. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 22. Fragos. n. 34.* cum *Baeç. transit.*

48 Ampliatur vigesimo octavo, quod illis bis, terque in anno debeat, si fructus bis, & ter in anno legantur; *Gutter. de tutel. cap. 38. per tot. p. 3. Thom. dict. tit. 31. cap. 1. n. 23. Fragos. de regim. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. §. 1. n. 36. Escob. de ratioc.*

49 Ampliatur vigesimo nono, quod illis debeat vigesima, seu decima pars fructuum in speciè, & non in æstimatione; *Baeç. cap. 32. per tot. Gutter. dict. 3. p. cap. 40. per tot. Thom. sup. n. 25. Escob. de ratioc. cap. 30. à n. 3.* declarantes ampliationem procedere quando fructus sunt extantes.

50 Ampliatur trigésimo, quod tutori seu curator Clerici debeat vigesima, seu decima pars fructuum bonorum Ecclesiasticorum, & sic fructuum Ecclesiasticorum habere apud nos vigesimam; *Fragos. dict. disp. 18. n. 38. latè Escob. de ratioc. cap. 29. à n. 15. latissimè Gutter. 3. p. cap. 32. per tot. vidend.*

- 51 Ampliatur trigessimoprime, quod in tantum debeatur, ut possit tutor, vel curator inhibere colono, ne eo incio fructus colligat, & retinere, & capere vigesimam illorum valeat, eamque contraria actione tutelæ petere; *Baeç. cap. 31. § 33. Gutt. cap. 39. Thom. n. 24.*
- 52 Ampliatur trigesimo secundo, quod illis debeatur de interesse pecuniarum pupilli, seu minoris, quas tutor, seu curator non convertit in emptionem prædiorum, sed in propriam utilitatem expendit, *Thom. sup. n. 27. Escob. de ratioc. cap. 28. à n. 46. cum sequent. & de præceptoriiis, & comendis Ecclesiasticis, quas pupillus, seu minor habet; Gutter. cap. 22. per tot. Escob. cap. 29. n. 8. Baeç. cap. 24. n. 3.*
- 53 Ampliatur trigesimo tertio, quod illis debeatur prorata decedentibus ante finem anni in tantum, ut ad hæredes transmittant, ut contra *Baeç. cap. 32. tenet Gutter. de tutel. 3. p. cap. 41. Thom. sup. n. 26. § 27.*
- 54 Ampliatur trigesimo quarto, quod possint retinere pecunias administratas ex pertensione fallarii absque pænarum in cursu, etiam si post modum pertensio fallarij insubsistens detegatur; *Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 36. n. 21. § 22. Alb. cons. 451. n. 24.*
- 55 Ampliatur trigesimo quinto, quod illis debeatur vigesima pars fructuum, nullo habito respectu ad onera, de quibus tenetur pupillus, seu minor, puta annui redditus, vel præstationes annuæ, vel alia pensio pro fructibus, puta canon emphyteuticus; *Escob. de ratioc. cap. 30. à n. 11. ad 21. contra Baeç. cap. 27. à n. 9. latè Gutter. de tutel. 3. p. cap. 34. per tot. Quasad. Pil. contr. forens. cap. 47. n. 19.*
- 56 Regula nostra sic tot ampliacionibus explicata limitatur primò in tutoribus, & curatoribus putativis, ut optimè probat ad contraria, respondendo *Fragos. de regimin. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. à n. 16. ad 21. in tutoribus, in procuratoribus, quanvis benè gesserint, quia tutores, & curatores non sunt Baeç. q. 20. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 7. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 32. ubi alios reperies, Zach. post tract. de fallar. decis. 87. per tot. Quasad. Pil. dict. cap. 47. n. 28. tenet contrarium § cap. 17. per tot.*
- 57 Repetunt tamen expensas necessarias, utiles, nec non fallarium arbitrio Judicis consequendum, ex DD. proximè citatis; *Zach. de fallar. q. 75. n. 14. § decis. 69. n. 17. § 85. n. 15. § 87. per tot.*
- Limitatur secundo, in tutoribus, & curatoribus in validè datis, quibus non debetur vigesima, sed fallarium, & expensas necessarias vel utiles deducunt; *Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 33. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 8. per tot. Baeç. de decima tutor. cap. 12. per tot.*
- Limitatur tertio, in tutoribus, & curatoribus ignorantibus se tutores, vel curatores esse, qui in hoc casu expensas utiles, vel necessarias repetunt, & fallarium arbitrio Judicis taxandum; *Baeç. cap. 7. n. 15. Gutter. cap. 9. per tot. Thom. sup. n. 34.*
- Limitatur quarto, in tutoribus, vel curatoribus Regum, Ducum; Marchionum; & commitum, quanvis competens fallarium eis assignari debet; *Gutter. cap. 11. per tot. Escob. de ratioc. cap. 28. à n. 37. Thom. sup. n. 35. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. § 53. glos. 55. n. 9. ubi alios allegat.*
- Limitatur quinto, in tutoribus, vel curatoribus non gerentibus, & si pro parte duntaxat gesserint, pro ea parte tantummodo debeatur; *Thom. sup. n. 36. Baeç. cap. 2. à n. 46. Gutt. cap. 13. nisi modicæ rei gettio omiſsa fuisset, sic curator furiosus pro tempore intermissi furoris, fallarium non debetur Altim. q. 239. n. § 240. à n. 43.*
- Limitatur sexto, in tutoribus, seu curatoribus absentibus causa reipublicæ, nisi per modicum tempus ab futuri essent, vel eorum absentia pupillo, seu minori pro futura sit; *Baeç. cap.*

ii. n. 37. *Gutter. cap. 13. n. 11. § 13. Thom. n. 37.*

64 Limitatur septimo, in tutoribus, & curatoribus casu fortuito non gerentibus, *Bart. in l. 1. §. Divus n. 6. ff. de var. §. extraordin. cognit. Gutter. sup. n. 14. Baeç. sup. n. 30. Ghom. sup. n. 38.*

65 Limitatur octavo, quod non debeat his, qui non administrant, etiam si uni expluribus à Judice tutelæ administratio cum causæ cognitione decreta, & legatum pluribus tutoribus, vel curatoribus fuisse relicum, *Baeç. sup. n. 31. Gutter. sup. n. 17. Thom. sup. n. 39. Capel. Tholos. decis. 293.*

66 Limitatur nono, quod non debeat tutoribus, seu curatoribus malè gerentibus pro ea parte, pro qua malè gesserunt, nec pro parte, pro qua benè gesserunt, si etiam isti noceat mala gestio; *Baeç. cap. 13. n. 4. § 31. Gutter. cap. 14. Thom. n. 40. sive fuerit à lege taxatum, sive à consuetudine, vel à Judice, vel à testatore constitutum, l. qui autem ff. de excusation. tutor. Menoch. conf. 228. Borgn. de tutorib. n. 310. Zach. cum multis de salario q. 87. n. 30. § 31. § q. 51.*

67 Imò nec expensas repetunt, nisi quatenus probaverint versas fuisse in utilitatem pupilli, seu minoris; & propter illas locupletiores factos esse; *l. si pupilli §. sed §. si quis ff. negot. gest. ibi Bald. & Castrensis Zach. dict. q. 87. n. 32. § 33.*

68 Limitatur decimo, in tutoribus, vel curatoribus remotis ob suspicionem doli, etiam si cum effectu nihil dolose gestum fuisse appareat; *l. judic. cod. de annon. §. tributis lib. 11. Zach. dict. q. 87. n. 35. § 36. quia sola alicujus mali suspicio idem operatur, ac si casus cecidisset, l. 1. §. suspicio l. pedius ff. de incendio Surd. decis. 183. n. 2. Zachias dict. n. 36.*

69 Limitatur undecimo, in tutoribus vel curatoribus non conficientibus inventarium, quando id facere tenentur, secundum ea, quæ diximus

tract. 1. lib. 4. cap. 1. per tot. § tract. 3. lib. 4. cap. ultim. nam tunc nullum salarium illis est solvendum; Zach. de sallar. q. 87. à n. 37. Borgn. de tutorib. n. 310. Surd. de aliment. tit. 7. q. 42. à n. 1. Caroc. de locat. tit. de administr. tutor. q. 3. n. 26. Zalin. de mendac. lib. 2. c. 95 per tot. Altim. de nullit. p. 240. à n. 43.

72 Limitatur duodecimo, in tutoribus, vel curatoribus negantibus, se esse tales, & alimenta pupillo, seu minori non præstantibus; *Baeç. de decima tutor. cap. 13. n. 36. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 14. n. 31. § 32. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 41. Zalin. dict. cap. 95.*

73 Limitatur decimotertio, in tutoribus, vel curatoribus damnatis ratione doli, vel negligentiae fructus, vel interesse minori, vel pupillo resarcire *Baeç. sup. n. 39. Gutter. sup. n. 33. Thom. sup. n. 42.*

74 Limitatur decimoquarto, quod una decima, seu vigesima pro omnibus debeat, quæ tamen ex pluribus tutoribus, vel curatoribus ei duntaxat dabitur, qui solus gessit, nisi ut contutori gratum faceret pro eo etiam administrasset: tunc enim decima inter eos dividitur, & si alter altero plus laborasset, maiorem partem consequi debet, & si uni à Judice tota administratio commissa fuisset, ipse integram vigesimam consequetur. Quod si tutores, vel curatores inter se administrationem dividerint, quilibet ratam consequi poterit, nisi aliter inter eos sit conventum, *Baeç. de decim. tutor. cap. 15. à n. 5. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 16. per tot. Thom. dict. tit. 31. cap. 1. n. 43.*

75 Limitatur decimoquinto, in curatoribus ad lites, quibus vigesima non debetur; *Baeç. cap. 17. à n. 12. Gutter. cap. 18. n. 3. Escob. de ratioc. cap. 28. n. 14. Thom. sup. n. 45. sed eis salarium à Judice taxandum est, Zach. de sallario q. 52. n. 23. § dec. 63. § 64.*

76 Limitatur decimosexto, in curatoribus bonis datis, quibus vigesima non debetur; *Baeç. cap. 16. Gutter. c.*

17. *Thom. sup. n. 44. Escob. dict. cap. 28. n. 13.* sed fallarium secundum negotij qualitatem, ex proximè citatis DD. *Salgad. in labyr. 1. p. cap. 13. §. 1. per tot. de quibus diximus tract. 3. lib. 4. cap. 6. per tot.*

77 Limitatur decimoséptimo, in coadjutore Regis, Principis, vel Ducis minoris vigintiquinque annorum, cui vigesima non debetur, sed fallarium moderatum juxta qualitatem personarum, & laboris; *Gutter. cap. 21. Escob. cap. 28. n. 26. Thom. sup. n. 47. Zach. de fallar. q. 61. per tot.*

78 Limitatur decimoóctavo, quod ultra vigesimam fructuum, nihil tutor, vel curator ex bonis pupilli, seu adulti pertendere possit tamquam tutor, vel tamquam curator; *Gutter. c. 22. per tot. Baec. cap. 21. à n. 6. nisi vel*

79 quando Principis rescripto concederetur; *Gutter. dict. cap. 22. n. 8. Baec. dict. cap. 21. n. 10. Thom. n. 50. vel nisi*

80 à propinquis pupilli, seu adulti, vel ab amicis sponte aliquid sit oblatum; *ex l. Nefenius cum seq. ff. de administrat. tutor. Gutter. dict. n. 8. Thom. n. 49. vel*

81 tandem nisi repetat expensas necessarias, aut utiles, vel aliquid ex quo extra officium tutoris, vel curatoris pupillum, seu adultum obligavit; *ex Gutt. dict. n. 8. Baec. sup. Thom. à n. 51.*

82 Limitatur decimonono, quod non debeatur ex thesauro in fundo pupilli, vel adulti invento: quia non est in fructu, *l. si quis §. si communis ff. de acquir. rer. domin. l. divorzio §. fundum ff. solut. matrim. licèt, si tutor, vel curator thesaurum invenisset ratione inventionis demidium lucraretur Baec. de decim. tutor. cap. 24. n. 5. Gutter. c. 26. per tot. Thom. n. 52. Zach. q. 70. ubi per tot. de fallario inventoris.*

84 Limitatur vigesimo, quod non debeatur ex protocollorum exemplis, quoniam cum semel extrahantur, non renascuntur *Baec. cap. 25. à num. 22. Gutter. cap. 27. n. 30. nisi tutor substitutus esset, ac tabelionis officium exerceret; Thom. dict. tit. 31. c. 1. n. 57.*

Limitatur vigesimoprimum, quod non debeatur vigesima, seu decima, nisi prius deductis oneribus; *Gutter. cap. 34. Thom. dict. cap. 1. n. 68. Escob. de ratioc. cap. 30. n. 20. ubi distinguit, ut si pro fructibus emphyteuta aliquid annum solvere teneatur, & hoc ad dominum proprietatis spectat, pro rata teneantur; Valasc. de jur. emphyt. quest. 17. n. 9. idem dicentes de titulari, ac pensionario quo ad fructus bonorum Ecclesiæ, Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 57. n. 8.*

Limitatur vigesimosecundo, quod non debeatur, nisi prius deductis expensis, *Gutter. cap. 37. Thom. sup. num. 63. Baec. cap. 29. Escob. cap. 30. n. 9. Fragos. de regim. reipub. 1. p. lib. 6. q. 18. n. 24. ubi multos citat.*

Limitatur vigesimotertio, quod non debeatur ex donationibus semel factis ob prosperum adventum, non ex necessitate *Baec. cap. 27. Gutter. cap. 28. Thom. n. 54. licèt deberi probent, si ex necessitate ordinariè, vel extraordinariè pupillo, vel adulto domino à subditis fierent.*

Limitatur vigesimoquarto, quod non debeatur ex fructibus juris patronatus, nempe ex præsentationibus *Baec. cap. 23. n. 33. nec de alimentis debitis patrono egeno, Gutter. cap. 29. n. 18. nec ex collationibus, & præsentationibus, quæ non conveniunt fructus nomine; Garc. de benefic. p. 5. cap. 1. n. 691. Thom. n. 55.*

Limitatur vigesimoquinto, quod non debeatur ex partu ancillarum; *Gutter. cap. 30. à n. 6. Thom. sup. n. 56. Baec. cap. 23. n. 4. Escob. cap. 29. n. 20. ubi alios reperies.*

Limitatur vigesimosexto, quod non debeatur ex rebus pupillo, seu adulto donatis, tametsi in fructibus eorum vigesimam reportabit, *Thom. sup. n. 57. Gutter. cap. 30. à n. 22. Baec. c. 24. à n. 18.*

Limitatur vigesimoséptimo, quod non debeatur ex rebus illicitè quæsitis; *Baec. cap. 26. per tot. Gutter. cap. 31. per*

per tot. *Fragos. de regim. reipub. 1. p. lib. 6. disp. 18. n. 39. ubi alios.*

94 Limitatur vigesimo octavo, quod non debeat ex fructibus pupillo, seu minori, & alteri copullativè, aut alternativè in solidum debitis, quorum tutor pro rata tantum ad minorem pertinentium vigesimam habebit, *Gutt. de tutel. 3. p. cap. 33. per tot. Thom. de tutorib. tit. 31. cap. 1. n. 61.*

95 Limitatur vigesimo nono, quod non debeat curatori certæ rei, nisi bonorum esset universitas, *Baeç. de decim. tutor. cap. 16. à n. 13. Gutter. 3. p. cap. 18. Escob. de ratioc. cap. 28. n. 4. Thom. dict. cap. 1. n. 67. attamen sallarium dabitur juxta mensuram laboris.*

96 Limitatur trigésimo, quod non debeat vigesima, si ei fuerit renunciatum, quod evenire dicitur, si tutor instrumento tutelæ promiserit, quod, illa finita, bona inventario descripta cum fructibus, & redditibus ex eis proventibus restituet, si scilicet, & animo vigesimam remittendi, ita promiserit; *Mexia in pragm. taxa panis concl. 2. n. 92. Escob. sup. n. 42. Thom. sup. n. 68. vel promiserit pupillum, seu minorem ex fructibus, & redditibus alere; quia tunc, si ad alimenta toti necessarij sint, vigesimam non habebit, ex DD. supra & ita me con- Judice in Senatu fuit judicatum Notario Antonio da Costa Pereira inter partes hæredes Vicentii Gonsalves, & Alexandrum de Almeida.*

98 Limitatur trigésimo primo, quod executoribus ultimarum voluntatum, nec vigesima, nec sallarium debeat; *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 45. n. 25. Thom. sup. n. 65. latissimè Zach. de sallario q. 66. à n. 1. usq. ad 19. nisi executio habeat tractum successivum, ita ut in primo anno testamentum impleri non possit, sed ad plures ejus executio extendatur, vel nisi executor talis sit, ut ex operibus, & laboribus suis vivat, & ob testamenti executionem à laborando, & à suis negotijs divertatur, Gutter. Thom. & Zach. sup. à num. 15.*

Themud. dec. 159. latè cæteris omnibus congestis Carp. de executor. ib. testament. lib. 3. cap. 11. per tot. Oliveir. de mun. provisor. cap. 2. §. 19. n. 63. de Luca ad Franch. dec. 122. n. 4.

Limitatur trigésimo secundo, in 100 depositario, cui vigesima non debetur, sed sallarium ratione unius pro centenario, ut judicatum dicit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. glos. 55. n. 7. latissimè Zach. de sallar. q. 63. per tot. à n. 1. usque ad n. 33. ubi distinguit inter 101 depositum judiciale, quod in judicio fit, sive de mandato Judicis, sive ex deponentis voluntate ad purgandam moram, & ex hoc deposito sallarium deberi etiam non conventum docet à n. 29. & inter depositum extrajudiciale, quod extra judicium fit, & in hoc subdistinguit inter depositum factum gratia deponentis, & inter depositum factum gratia depositarij, in primo casu docet sallarium deberi à n. 15. cum seqq. in secundo non deberi affirmat n. 13. cum depositum habeat naturam mutui; l. Lucius Titius l. Publica Mavia §. Lucius Titius l. quintus ff. depositi, apud quem cætera circa sallarium depositarij invenies, & apud *Salgad. in labyr. credit. 1. p. cap. 13. §. 1. & p. 3. cap. 1. n. 20. & 29. Vide Phæb. 1. p. arest. 29. Pereir. in promptuar. verb. sallar. num. 1652.**

Limitatur trigésimo tertio, quod 102 ultra quinquaginta millia teruntiorum pro quolibet anno non possint apud nos ferre tutores, & curatores, licet pupilli, seu minoris tam pingues sint fructus, & redditus, quod vigesima pars illorum transcendat prædicta quingaginta millia teruntiorum pro quolibet anno ex *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. ibi Peg. & Barbof.*

Limitatur trigésimo quarto, quod 103 tutoribus, & curatoribus non debeat vigesima mercedum, quas pupillus, seu minor alteri famulando, seu serviendo, vel operas suas locando acquirit; ex *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. Escob. de ratioc. cap. ...*

- 104 Limitatur trigesimoquinto, in Italia, & Anglia, pro ut diximus *lib. 2. c. 10. n. 87. & 88. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 53. glos. 55. n. 2.* in Borgundia, ubi mater tutrix facit omnes fructus suos, & omnia mobilia consequitur; *Peg. n. 3. ubi n. 3. idem dicit quod ad Galos, & Aurelienses Galos, §. n. 4. ubi idem tradit quo ad Istrianos Italiae populos, Gutter. de tutel. 3. p. cap. 2. per tot. & quo ad Jardos, Quiesad. Pil. contr. forens. cap. 17. n. 5.*
- 105 Licet tutoribus, & curatoribus, cæterisque administratoribus petentibus fallarium administrationis obstat exceptio non redditæ rationis, ut supra diximus, & probat, *Cardinal. Luc. in theat. verit. §. just. tom. 3. tract. de credit. discurs. 61. & 62. nec non petentibus debitum administrationis, ex eodem Luc. dict. discurs. 61. & 62. per tot. & de tutorib. discurs. 10. per tot. & probat tx. rotundus in l. unic. §. exactio. cod. de rei uxoria actione, tamen si tutor, curator, seu alius administrator petat fallarium aut debitum ex alia causa, nempe patrocini in litibus, curationis in infirmitate, & similibus, de quibus in cap. anteced. à n. 18. & in hoc cap... à n. 35. eis non obstat exceptio non redditæ rationis, Luc. de credit. dict. discurs. 61. n. 4. & 5. & discurs. 62. n. 5. & 6. & de tutorib. discurs. 10. & de dote*
- 107 discurs. 94. & 183. per tot. & similiter, si socius in causam negotii socialis propriam pecuniam particulari contractu credidit, ei petenti dictum debitum non obstat exceptio non redditæ rationis; *Luc. de credit. discurs. 62. n. 5.* quia dicta exceptio tantum procedit in eo credito, quod pendet ab eadem causa administrationis; adeo ut tam debitum redditionis rationis quam creditum concurrant in persona, quæ materialiter, & formaliter sit unica. Secus autem data personarum diversitate, nempe administratoris, & creditoris, quoniam, sicut extraneo creditori mutuanti negotio sociali obstat non potest exceptio redditionis rationum, ad quam unus ex sociis teneatur, ita confocius, qui communi negotia mutuavit, esse non debet deterioris conditionis; *Luc. de credit. discurs. 62. n. 5. & omnes citandi in sequenti cap... à n. 40. & 41.*
- Limitatur trigesimo sexto, ut neque tutoribus, neque curatoribus debeat vigesima, neque cæteros administratoribus fallarium ante redditas rationes, *Menoch. de arbitrariis casu 512. Zach. de fallar. decis. 33. à n. 2. Fontanel. de pact. nuptialib. clausul. 4. glos. 18. n. 42. & alii citati in superior. cap. n. 33. Sabel. in sum. tractat. liter 5. §. 3. n. 10. & n. 20.*
- Sed quia hodie de filio mercantili omnibus Commissariis debetur fallarium suæ administrationis, quod vocamus Commissionem, sciendum est, quod in Ulyssipone, & toto regno debetur commissio, ratione trium pro centum pro venditionibus mercium, & pro emptione, & remissione eadem commissio, & pro exactione literarum cambij debetur fallarium, unus pro centum; & similiter transactione in America in Sula Divi Thomæ, & Cabi-Viridi ratione sex pro centum pro venditionibus, & quatuor pro emptionibus; & remissis, & pro literis cambij ratione duorum in in Sulis dos Affores, & cæteris ratione quinque pro venditionibus, & similiter pro emptionibus, & remissionibus, & pro literis, ratione duorum: in India, & Angola ratione octo pro venditionibus, & quinque pro emptionibus, & remissio pro literis, ratione duorum pro exactione, pro transportandis ratione quatuor; in Costa Minæ ratione octo provendendo, & quinque pro emendo; in Italia, Galia, Hispania, Hollandia, Amburgo, Suecia, & Dinamarca provendendo ratione duorum & similiter pro emendo, & ratione dimidii pro literis exigendis; vel expediendis: in Anglia ratione, duorum, & dimidii provendendo, & similiter pro emendo, & in literis ratione dimidii pro centum,

centum, ut ex sequenti apparet.

TITULO.

Do estylo geral, observado entre os Homens de negocio, do que se tira de commiçao, de vendas, e remessas, por os Commissarios o seguinte.

Nesta Corte de Lisboa, e todo o Reyno se tira de commiçao da emportancia das vendas, a 3. por 100. e de emprego, e remessa do liquido os mesmos 3. por 100. e de cobrança de letras a 1. por 100. e de sacallas o mesmo 1. por 100.

Em todas as partes do Brasil; para, Maranhão, Ilhas de Cabo Verde, Ilha de São Thome; em todas estas partes se tira a 6. por 100. das vendas; e 4. por 100. de emprego, e de cobrar as letras a 2. por 100. e de sacallas os mesmos 2. por 100.

Nas Ilhas dos Affores, e Ilha da Madeira se tira a 5. por 100. das vendas; e 5. por 100. de emprego, e de cobrar as letras a 2. por 100. e de sacallas os mesmos 2. por 100.

Em Angolla, e na India se tira a 8. por 100. das vendas, e 5. por 100. de emprego, e remessa, e de cobrar letras a 2. por 100. e de sacallas a 4. por 100.

Costa da Mina, se tira a 8. por 100. das vendas, e 6. por 100. de emprego, e remessa.

Em todas as partes de Itallia; França; Espanha; Hollanda; Amburgo; Suecia; Dinamarca; se tira a 2. por 100. das vendas, e a 2. por 100. de emprego, e remessa; e de cobrar letras a meyo por 100. e de sacallas o mesmo meyo por 100.

Em Inglaterra se tira a 2. e meyo por 100. das vendas; e a 2. e meyo por 100. de emprego, e remessa, e de cobrar letras a meyo por 100. e de sacallas outro meyo por 100.

De resgate de Cativos se tira a 2. por 100.

Este he o pratico, e geral; quando

naõ ha convença partilar.

Ultra præmium commissionis præ-ito mium corritagii debetur ratione procentum, ut Senatus judicavit me con-Judice inter partes appellantes Maurum Teixeira, & Emmanuelem Ferreira de Sousa, & appellatum Antonium da Costa Cardona apud Notarium Franciscum Guedes de Saa, sive venditio fiat per publicos proxenetas, sive non.

Limitatur trigessimoseptimo, ut redditis rationibus nulla facta mentione fallarii amplius peti non possit, cum censeatur remissum, ut ex pluribus docet Sabel. in summa tractat. lit. S. S. 3. n. 20. Saraph. dec. 1312. Leoncil. dec. Ferrariens. 37. n. 7.

CAPUT VI.

Utrum via executiva habeat locum contra tutores, curatores, cæteroque administratores ante redditam rationem?

SUMMARIUM.

- 1 Via executiva, nisi in casibus expensis, locum non habet.
- 2 Ab executione incipiendum non est.
- 3 Ante rationes redditas, & calculum factum executioni non est locus.
- 4 Nec antea administrator debitor dici nequit.
- 5 Absque liquidatione nulliter ad executionem proceditur.
- 6 Neque Judex ad eam procedere potest.
- 7 Unde tutor, seu quilibet alius administrator tum voluntarius, tum necessarius à lege, vel ab homine executive conveniri nequit.
- 8 Nec pro capitali, finita negotiatio- ne, & administratione executive conveniri valet.
- 9 Et maximè si tutor, curator, vel alius rationes reddere paratus sit.
- 10 Et calculum offerre, peritum ad Judicem vel calculatorem petendo, sufficit.

- 11 Paratus reddere rationes à fraude immunis præsumitur.
- 12 Et contumacia cessante, pro certa summa agi nequit.
- 13 Licet obligatio cameralis ad sit.
- 14 Etiam contra fisci seu Regis administratores ante rationes executive non agitur nisi contumaces sint.
- 15 Tutor, aut alius administrator ante rationes nec per textu, quod rem vel pecuniam appropriavit sibi, condemnari nequit.
- 16 Etiam stante statuto hujusmodi appropriationem prohibente sub certa pena.
- 17 Dum ratio non redditur pecunias administrationis apud se retinere possunt, cum suis commiscere, & in proprios usus convertere.
- 18 Nec in hoc casu de furto tenentur, cum accusatio criminalis cesset, ubi consultum per actionem civilem est.
- 19 Contra administratorem furti nomine procedere prohibitum non est.
- 20 Sed procedit contra falsos procuratores, & administratores; non in vero aut legitimo, ante rationes redditas.
- 21 Alias carceres hujusmodi administratoribus replerentur, cum nemo administrator sit, quia pecunias exactas cum suis non commiscerat, & in usus proprios converterat.
- 22 Dum administrator interpellitur ad rationem reddendam in nullam penam incidit.
- 23 Ante rationes, partitas orroneas librorum emendare potest.
- 24 In causa fisci non inspicitur animus, & falsitas sed tantum exitus.
- 25 Scriptura falsa utens usque ad sententiam præseverare debet.
- 26 Contra bis petentem pena non intrat, nisi effectus exactionis sequatur.
- 27 Confessio certi debiti ab administratore, vel socio facta cum promissione solvendi ei non præjudicat ante rationes redditas.
- 28 Talis confessio in hibitam qualitatem liquidationis, & ex hibitionis habet.
- 29 Idem licet promissio de solvendo cum juramento detur.
- 30 Solutio summa confessate procedente solidatione alicujus compucti specialis. per textu aliorum pendendum non retardatur.
- 31 Nisi confessio ex calculo ex uno tantum libro resultet, cæteris non recognitis, quia tunc condemnari nequit.
- 32 Ratio ex libris alicujus societatis, sine aliis dispungi nequit.
- 33 Tutor, curator, seu quilibet alius administrator ex causa reddendarum rationum, etiam fiscalium carcerari nequit.
- 34 Neque arrestari.
- 35 Fidejussio data ad evitandam carcerationem in justam corrui.
- 36 In carcerato in justè expensæ, & damna solvenda sunt.
- 37 Tutor tamen, curator, aut administrator in fuga, vel suspectus in carcerari potest donec rationes reddat.
- 38 Via executiva inter socios non datur pro redditione rationum.
- 39 Sed actio pro socio, quæ ad carcerationem, nec ad sequestrum extenditur, & aliter faciens ad interesse, & damna tenetur.
- 40 Mater tutrix dotem repetens, ob rationes non redditas, non repellitur.
- 41 Quod limitatur pro contraria operatione concilianda.
- 42 Hujusmodi exceptio rationis non redditæ à fideiussore administratoris allegari potest.
- 43 Solvere promittens, vel satisfacere, intelligitur, quatenus de jure teneatur.
- 44 Fidejussio, & ejus obligatio pro administratore operari nequit plus, quàm ipsa administratio.
- 45 Confessio, seu obligatio relativa secundum relaxatum attenditur.

- 46 Exceptio rationis oblatæ ad impediendam executionem legitima est.
- 47 Cum ratione pendente, in certum sit, quis debitor aut creditor sit, & quare?
- 48 Administrator de receptis non tenetur, nisi ratiociniis disjunctis, & soluto sibi debito apparente.
- 49 Ex ratiocinio debitum quale, & quantum constare debet.
- 50 Administrator dominum, ut rationes recipiat, compellere potest.
- 51 Et ut calculatio, & remissio rationum fiat.
- 52 Administrator, tutor, & curator dolo, fraude, vel collusione subterfugiens rationes reddere per viam multæ ad eas præstrandam cogendi sunt.
- 53 Et carcerandi.
- 54 Et pro sorte, & ad se perventis conveniri.
- 55 Similiter, finita administratione, bona, stabilia, & quæ loco stabilium habentur, non obstantibus rationibus, executivè restituere compelluntur.
- 56 In similibus bonis loco depositarii habentur; depositarius executivè compellitur, sed exceptione dominii se defendere valet.
- 57 Et si tutor, curator, aut administrator prædicta bona non restituat, jussu judicis per carcerem compellitur.
- 58 Ita depositarius.
- 59 Et sequestrarius.
- 60 Et administrator concursus creditorum.
- 61 Hujusmodi administratori apud nos curator assimilatur.
- 62 Administrator concursus, & curator qualem potestatem habeant, & n. 63. & 64.
- 63 An executivè procedatur adversus tutores, curatores, & ceteros administratores, si eorum libri aliquo defectu laborant, vel in inventario bona omnia dolose non dedit, & n. 66?
- 67 Adversus prædictos executivè agitur si pecunias eis traditas ad aliquem usum certum, in suos convertant.
- 68 Et quando pro dote puella relicto, & à curatore illius recuperato?
- 69 Tutor, curator, socius, seu quilibet alius administrator executivè conveniuntur pro recepto confessato, si librum rationis non exhibent.
- 70 Adversus administratorem librum, & inventarium non exhibentem in letem juratur pro quantitate judicis arbitrio taxata.
- 71 Quando instrumentum garentium, adest, vel promissio de restituendo statim finita administratione, executivè agi potest.
- 72 Et quando bona administrationis non exhibet carcerari potest.
- 73 Quicumque administrator se debitorem confitens alicujus certæ summæ asserens se esse tantum debitorem ex administratione tantum executivè conveniri valet.
- 74 Similiter quando agitur de particulari solidatione inter socios.
- 75 An, ex divisionis charta executivè agi possit contra tutorem?
- 76 Ex privilegio fisci, Confraternitatis Misericordiæ, & causæ piæ executivè proceditur ex solo ratiocinio, licet ad huc sententia confirmatum non sit.

CUM via executiva locum non habeat, nisi in casibus à jure expressis, ut tenent *Cardin. Luc. de credit. discurs. 162. n. 3. & discurs. 164. n. 5. & de emptio. discurs. 45. n. 3. & de judic. discurs. 40. à n. 20. & 42. à n. 1. & de dote discurs. 58. ex regula, quod ab executione incipiendum non est, de qua Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 38. n. 16. Escob. de ratioc. cap. 21. à n. 12. Ord. lib. 4. titul. 76. in princ. ibi Barb. l. nimis prope cod. de execut. rei judic. Valenz. conf. 58. à n. 1. Coller. de proces. executivo 1. p. cap. 2. n. 102. Arouc. cum multis alleg. 49. à n. 8. Sande*

8. *Sande lib. 2. decision. friscar. defen. Etione II. tit. 9. Sabel. in sum. tractat. verb. tutela à n. 19.*

3 Rectè sequitur, quòd ante redditas rationes, & factum calculum executio locum non habet, ut docet & judicatum tradit *Mend. à Castr. 2. p. lib. 3. c. 21. §. 8. n. 124. § 126. & docent Valenz. conf. 86. à n. 41. & plures quos citavimus lib. 2. cap. 9. per tot. cum ante expunctas rationes, & factum calculum administrator debitor dici nequeat, ut probavimus latè *dict. cap. 9. & aliis in locis, neque detur liquidatio, sine qua nulliter ad executionem proceditur; Mend. in prax. 2. p. lib. 3. cap. 21. n. 108. Gratian. forens. cap. 393. à n. 8. Luc. de credit. discurs. 148. n. 3. § de judic. discurs. 33. à n. 38. quæ conclusio adedò vera est, ut doceant Bart. in l. proinde §. notandum ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. 2. cod. de except. rei judicat. Surd. decis. 27. à n. 5. Cov. 2. var. cap. 11. à n. 1. ubi Faria Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 38. n. 16. nullibi probari posse, quòd Judex ad executionem procedere valeat non præcedente liquidatione, ex quo nescitur quid, & quantum creditor consequi debeat, & debitor solvere teneatur; Arouc. alleg. 49. à n. 8. § in annotationib. practic. ad l. 1. §. 1. ff. de rer. divis. n. 285. Sabel. in sum. tractat. verb. administrat. n. 30. 33.**

7 Unde venit primo, quod ante redditam rationem administrator, sive sit tutor, sive curator, sive quicumque alius administrator, vel voluntarius, vel necessarius à lege, vel ab homine datus, executivè conveniri non potest; *Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 37. n. 23. Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 19. in tantum, ut nec etiam finita administratione executivè valeat conveniri pro capitali in administratione deducto, quia donec, & quo usque conficiantur culculi, rationesque expungantur, creditum capitalis, quod potuit ex frequenti facto negotiationis minui, & in totum perire, remaneat incertum, & illiquidum, proinde in efficaciam ad*

aperiendam executionem, sicut cæteris antiquioribus congestis voluerunt *Bald. conf. 463. n. 4. lib. 1. Cravet. conf. 231. n. 16. § 575. à n. 13. Parlador. lib. 2. quotidian. cap. fin. p. 1. §. 12. limit. 4. à n. 27. Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 15. Giurb. dec. 15. n. 3. Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 37. n. 20. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 5. q. 195. n. 1. Carlev. & alii citati lib. 1. cap. 6. n. 14. maximè, quando tutor, curator, vel alius quicumque administrator reddere rationes paratus sit; *Ansaldo. discurs. 31. n. 22. § 23. quòd absque dubio in quolibet administratore super abundat, cum debitori sufficiat calculum offerre, petendo à Judice, ut elligat peritum, seu calculatorem; Alex. in l. si mora ff. solut. Nevisan. conf. 94. n. 17. Gutter. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 53. Peg. forens. cap. 3. n. 731. Giurb. dec. 15. n. 14. quoniam reddere rationem paratus præsumitur immunis à fraude; *Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 36. n. 8. § 16. Hondend. conf. 109. n. 33. Paris. vermig. conf. 466. n. 26. & quod cessante contumacia agi nequeat pro certa summa, egregiè *Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 19. Ansaldo. sup. discurs. 31. n. 24. & generaliter quod pro certa summa etiam contenta in obligatione camerali non possit relaxari mandatum, nisi ob contumaciam in reddendo rationem plenissimè docent, *Sabel. in summa diversor. tract. tom. 1. lit. A. §. 14. n. 33. Ansaldo. dict. discurs. 31. n. 24. etiam si sit administrator fisci, pro cuius debitis executivè proceditur: quia ante calculum, & rationes dispunctas executivè etiam contra regios debitores non proceditur, nisi in reddendo rationes contumaces sint; quia tunc proceditur ad capturam, & postea ad ratiocinia; ex *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 52. & terminanter multis relatis docet *Berart. in specul. visitat. secular. cap. 14. n. 10. 11. § 12. Sabel. supra, & judicatum refert *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 53. in princip. n. 4. § 5. ubi alios citat.********

Immò neque tutor, neque cura-

tor, vel alius administrator, dum non reddit, nequeunt condemnari, sub per-textu, quod rem, vel pecuniam ad-ministratam sibi appropriaverunt; *An-sald. de comerc. discurs. 36. n. 1. & 2.* etiam stante statuto hujusmodi appropriatio-nem sub certa pœna prohibente; *An-sald. dict. n. 2. Alb. cons. 451. à n. 8.* si-quidem dum rationes non reddunt, possint interim pecunias administra-tionis apud se retinere, easque cum suis commiscere, ac etiam in proprios usus convertere; *An-sald. discurs. 36. n. 12. & 13. Alb. sup. dict. cons. 451. n. 10. & 11.* vide qua diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 10. à n. 1. cum seqq.* absque eo, quod furto teneantur; quia quando parti consultum est per actionem civili-lem, nulla locum sibi vendicat accu-satio criminalis, idèdque velamen ad-ministrationis temperat actionem fur-ti; *glos. in l. tres tutor. ff. de administr. tutor. latè in terminis, Vermigliol. cons. 174. à n. 1. cons. 264. à n. 5. Farin. cons. 160. n. 2. An-sald. discurs. 36. n. 9. Nogueir. alleg. 1. 54. & 55. Berart. in specul. visit. cap. 23. n. 147. ubi alios re-terunt Salgad. in labyrint. 1. p. 41. à n. 1. Sande d. definition. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 14.*

Quod ex ea nimium viva ratione procedit; quia licet contra administra-torem prohibitum non sit furti nomi-ne procedere; *ex l. actio §. quod si fu-randi ff. de tutel. rationib. distrab. l. fal-sus §. 1. ff. de furtis*; attamen hoc pro-cedit in falso procuratore, seu admi-nistratore, qui furandi animo res ad-ministrationis contrectat, non in vero, aut legitimo administratore, cum dum rationes non reddit, de animo furandi, & contrectatione non constat, sine quibus furtum non datur; *l. 1. ff. de furtis l. si procuratori ff. de conditione ob causam Vermigliol. cons. 466. à n. 8. An-sald. discurs. 36. n. 12.* ubi clamat, quod aliàs de omnibus res alienas ad-ministrantibus facile repleti possint carceres, cum vix sit aliquis, qui ex-ctas pecunias cum suis non cõmiscet,

& in proprios usus convertat; nam ut bene subdit *Alb. cons. 451. à n. 10. An-sald. dict. discurs. 36. n. 13.* quod donec administrator interpellitur ad reddend-am rationem, in nul-am incidit pœ-nam, *Berart. in specul. visitat. secular. cap. 14. n. 11. & 12. Hiesf. de ration. red-denda. loc. 4. à n. 36. Arouc. allegat. 49. à n. 1. cum seqq.*

Valent etiam tutores, cùratores, seu alij quicunque administratores, dum rationes non præstant, impunè partitas librorum erroneas emendare, non obstante statuto imponente pœ-nam contra apponentem in libris par-titas non veras; *An-sald. de comerc. dis-curs. 36. n. 4. & 5. Escob. de ratioc. cap. 42. n. 18. Guner ar. aec. 27. per tot.* siqui-dem etiam in causa fisci citra fraudem, & falsitatem non inspicitur animus, & falsitas, sed duntaxat exitus; *l. non in-telligitur §. quando ff. de jur. fisc. An-sald. sup. n. 5.* & scriptura falsa utens debet perseverare usque ad sententiam; *An-sald. n. 6. Luc. de regalib. dis-curs. 119. n. 22.* & pœna contra bis pe-tem non intrat, nisi sequatur effe-ctus exactionis; *An-sald. n. 7. Cabal. res. crim. cas. 169. n. 3.* & non secuta per-severantia usque ad totalem solidatio-nem, qua pendente possunt poenitere; *Luc. dict. discurs. 119. n. 17. & discurs. 120. n. 3.*

Secundò venit, quod confessio certi debiti facta ab administratore, vel socio cum promissione illud solvendi, ei non præjudicat ante redditionem rationum, & revisionem computorum, *An-sald. de comerc. discurs. 31. n. 7. & 8. & discurs. 37. n. 19. & discurs. 98. n. 34. Escob. de ratioc. cap. 21. à n. 1. & sig-nanter n. 12. & 22.* quia habet inhibitam qualitatem ad exhibitionem, & liqui-dationem computorum, *Peg. forens. cap. 3. num. 732. & 738. Roch. de societ. mercator. notabil. 3. n. 67. Nogueir. alleg. 33. n. 34. Carlev. de judic. tit. 5. disp. 7. à n. 9.* omnibus melior *Cappit. Galeot. lib. 1. contr. 41. à n. 8.* qui loquitur in specie de promissione facta de solven-

do, etiam juramento firmata, & cum clautula omni exceptione, & sub n. 10. § 11. vult idem objectum, quod tunc nempe ob exceptionem illiquidam retardari non debeat actio clara, & confessata, quando eadem exceptio ex diversis causis provenire, fecus, quando derivatur ex eadem causa, eumque sequuntur *Ansaldo. dict. cap. 31. num. 9. Cappic. Latro dec. 73. n. 27. § 28. Otobon. dec. 169. n. 14. § 15.* ubi solummodo inquit non intrare retardationem solutionis pro summa percipit confessata, quando præcessit solidatio alicujus computi specialis, nam hoc casu sub pertextu aliorum pendentium, seu reddendarum rationum non est retardanda solutio debiti jam liquidi, & confessati, nisi confessio resultet ex calculo ex uno tantum libro, cæteris non recognitis; quia condemnari nequit administrator ex calculo desumpto ex uno, vel altero libro, sed omnes debent edi, & recognosci, *Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 74. n. 39. Fontanel. de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. in fin.* ubi cum fuisset petita interim calculatio super libris cujusdam societatis existentibus in civitate Barcinonensi sine præjudicio aliorum jurium, & librorum, Senatus Cathalanus rejicit instantiam, ex quo rationes administrationis legitime reddi, & calculari non possint, nisi earumdem rationum volumina omnia in medium ederentur, & proferrentur, *Peg. for. cap. 3. n. 738. Arouc. alleg. 49. à n. 31.*

33 Tertio venit, quod tutor, vel curator, aut quilibet administrator carcerari non potest ex causa reddendarum rationum, etiam fiscalium; *Ansaldo. de comerc. § mercat. discurs. 36. n. 38. Otobon. dec. 146. p. 1. tom. 2. recentior. § dec. 209. & diximus lib. 1. cap. 8. per tot. & signanter n. 42. § 43. nec arrestari, l. sireus ff. de procuratorib. Bos. in practic. crimin. tit. de Captur. n. 9. § 92. Farin. q. 27. n. 152. Altimar. de nullitat. rub. 12. q. 10. n. 84. Peguer. decis. 133. per tot. Ansaldo. sup. n. 39. quod in*

tantum procedit, ut etiam quælibet fideiussio, quæ præstari contigerit, frustratoria esset; data enim injustitia, non solum sententiæ, sed ipsius carcerationis quælibet fideiussio in sequentem ejusdem carcerationis interpositam proculdubio corrueret; *Farin. in prax. q. 30. à n. 61. usq. ad 69. § q. 35. à n. 24. Ansaldo. sup. n. 41. § 42. ac injuste carcerato sunt expensæ, & damna solvenda, ut diximus dict. cap. 8. & docet Ansaldo. n. 44. Cyriac. contr. 469. n. 23. Peg. forens. cap. 16. n. à 87. Peguer. dec. 30. nisi tutor, curator, vel administrator, vel sit in fuga, aut de illa sit suspectus: quia tunc potest carcerari, & in carcere detineri, donec rationes dederit, aut fideiussores, vel cautiones de illis reddendis, præcedentibus requisitis, de quibus dict. cap. 8. per tot. conducit Cabal. in suis resolutionib. criminalib. cas. 146. à n. 1. usq. ad 18. late Ansaldo. discurs. 77. per tot. Arouc. alleg. 49. à n. 8. Peg. forens. cap. 3. à n. 733.*

Quarto venit, quod via executiva non detur inter socios pro redditione rationum; *Ansaldo. de comerc. § mercat. discurs. 37. n. 23. in fin.* ubi sic decisum refert in *Rot. sed actio pro socio, idem Ansaldo. discurs. 38. n. 49. Roch. de societ. inter mercatores notabil. 14. § 15. tx. in l. actione si communis ff. pro socio, quæ extendi non potest ad carcerationem, ex eodem Ansaldo. dict. num. 49. Arouc. in annotat. practic. ad l. 2. §. 1. ff. de rer. division. n. 285. Peg. for. cap. 3. n. 742. § 743. neque ad sequestrum Arouc. alleg. 49. à n. 9. aliàs faciens tenetur de damno, & interesse Arouc. n. 9.*

Quinto venit, quod matri tutrici repetenti dotem non potest opponi, quod rationes non dedit, & eo pertextu dos retineri: quia cum ante redditas rationes debitor dici nequeat, & illiquidum sit debitum, ei opponi non potest, ex veriori sententia, de qua *Salgad. in labyr. creditor. 3. p. cap. 9. n. 10. Amatt. var. resol. 409. à n. 101. Leon dec. 17. à n. 4. Fontan. de pact. nuptialib.*

lib. claus. 4. glos. 3. p. 12. n. 46. Anton. Monach. dec. 13. Negus. de pign. memb. 1. 5. p. à n. 36. Cavalcan. de tutor. n. 219. Gratian. dec. 279. à n. 13. ibi cum infinitis Scopp. Puteus lib. 1. dec. 246. Gutt. de tutel. 2. p. cap. 9. n. 52. Soccin. lib. 1. conf. 126. Bala. lib. 2. conf. 99. num. 5. Franch. dec. 642. ibi Amend. & de Luc. Paciphyl. de Salvian. interdict. inspect. 304. n. 28. Pascal. de virib. patriæ potest. 3. p. cap. 9. à n. 43. Marefcot. 2. var. cap. 121. à n. 67. Escob. de ratioc. cap. 21. Seraphyn. dec. 1455. Vir. dec. 317. Masfril. dec. 189. Castilb. lib. 2. dec. 32. Perigrin. lib. 1. conf. 100. Cardin. Luc. de tutor. discurs. 17. & de dote discurs. 37. qui plures referunt in contrarium, quorum opinionem admitto, quando mulier tutrix dotem petens subterfugit rationes reddere, quia censetur in dolo, fraude, & collusione, Salg. in labyr. creditor. 1. p. cap. 41. n. 13. Hermosil. in l. 9. tit. 2. p. 5. glos. 3. & 4. n. 79. cum multis Luc. de dote discurs. 94. & 183. per tot. Berthol. Bersan. de vid. c. 2. q. 29. à n. 1. usque ad n. 21. ubi hanc rem benè declarat Altimar. de nullit. contract. q. 45. n. 502. & n. 131.

42 Sexto venit, quod fideijubens, vel obligans se respectu administratoris pro certa summa in computum, & diminutionem illius, quòd est debitor administrator, possit opponere exceptionem non redditæ rationis ad hoc, ut recta via non condemnetur ad solutionem ipsius certæ summæ, pro quo cum clausula, omni exceptione, remota se obligavit, latissime *Anfald. de comerc. & mercatur. discurs. 31. per tot. à n. 1. usq. ad 25.* tum quia promittens solvere, vel satisfacere, intelligitur quatenus de jure teneatur, & non aliàs ex his promissionis de solvendo, *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 7. à n. 19. Cyriac. contr. 473. n. 30. Anfald. dict. discurs. 31. n. 3. & nos diximus tract. 1. lib. 3. cap. 11. per tot. Gratian. cap. 34. num. 32. & 33.* tum quia quando de natura obligationis, pro qua constat obligatio, exiit, quod prius computa dispungantur,

non potest quis antea censerì debitor, quàm ratio reddatur, & non plus operari valet fideijussio, & obligatio, quàm ipsa administratio, quæ fuit causa obligationis, ex regula, de qua post alios *Surd. conf. 9. à n. 20. Anfald. n. 13. Palmanep. alleg. 158. n. 2.* tum quia, quando confessio, seu obligatio est relativa ad aliquem librum, scripturam, vel instrumentum, eatenus attenditur, & obest, quatenus inspiciatur relatum, & in eo tale debitum appareat; *Nogueir. alleg. 11. à n. 29. & alleg. 27. à n. 42. Mansiu. de confession. cap. 1. n. 15. c. 7. n. 33. Novar. dec. 159. n. 2. Altograd. conf. 44. à n. 8. Gratian. cap. 946. à n. 2. Caphal. conf. 200. n. 8. cum aliis Anfald. dict. discurs. 31. n. 16. Reminald. Senior conf. 433. n. 2. latè Altimar. de nullit. contract. rub. 1. p. 1. q. 8. sect. 2. per tot. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 14. terminanter.*

Ex quibus omnibus fatis concluditur, quod exceptio rationis oblatae legitima est ad impediendam executionem in administratorem, *Baeç. de decim. tutor. cap. 2. n. 168. Gutt. de tutel. 3. p. cap. 1. n. 53. Salgad. in labyr. p. 3. c. 7. n. 35. Nogueir. alleg. 33. n. 33. Cost. conf. 58. n. 7. Amat. 2. var. resol. 58. à n. 13.* quia ratione oblata pendente incertum est, an administrator debitor, an creditor sit, ut cum multis firmat *Salgad. dict. cap. 7. n. 21. & n. 28. & 29.* siquidem sunt introitus, & exitus ad eo connexa, & inseparabilia in ratione, ut nunquam præjudicet confessio recepti, nisi simul videatur expensum; *Salgad. dict. cap. 7. n. 28.* ideo administrator non tenetur ad recepta, nisi rationiis disjunctis, & soluto sibi debito apparente, *Salg. n. 23.* & ante rationem, & calculum debitum est incertum, quia ex eo debet constare quod quale, & quantum debeatur cū multis *Salgad. dict. cap. 7. n. 26.* maxime, quia administrator, vel quilibet, qui aliena negotia gerit, potest compellere dominum, ut rationes administrationis recipiat; nam cū domi-

nus possit eum ad id compellere, ita reciprocè, & eodem modo administrator compellere dominum potest, *ex l. 1. §. fin. ff. de contr. & ut il. act. tutel. Salgad. dict. cap. 7. n. 36.* & nos diximus *lib. 1. cap. 9.* cum multis, qui affirmant, quod illi, qui aliena negotia gesserunt, possunt pefere, ut fiat calculatio, vel remissio rationum ad hoc, ut absolvantur ab administrationis vinculo, ut tuti sint semper, nec bona sua maneant obligata, *ex l. pro officio cod. de administ. tutor. quam sententiam referens sequitur Avel. in cap. 30. prat. n. 2. & 3. Escob. de ratioc. cap. 4. n. 2. & 5. Salgad. sup. n. 37.* qui quidem perinde liberi erunt, ac si dominus ipse liberaret, *arg. tx. in l. ob causam cod. de evictionib. de quo latius ipse Escob. cap. 6. n. fin. Berart. in specul. visitat. c. 23. n. 192.*

Verùm sunt non pauci casus, in quibus via executiva contra tutores, curatores, cæterosque administratores locum habet: quorum aliquos nobis referre liceat, & sit primus, quando tutores, curatores, & cæteri administratores rationes reddere dolo, fraude, vel collusione subterfugiunt; quia tunc non solum ad factum reddendæ rationis per viam multæ sunt cogendi; *Surd. decis. 184. n. 2. & 12. Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 15. Negus. de pignor. memb. 1. p. 5. n. 37. Purpur. cons. 339. n. 3. Alex. cons. 192. per tot. volum. 7. Ansaldo. de comerc. & mercat. discurs. 37. n. 21.* sed sunt carcerandi, *Salgad. in labyr. credit. 1. p. cap. 41. n. 13.* & fors expostulari valet; quia administrator reddere rationem aufugiens, uti præsumptus usurpator, compelli potest executivè ad restituendum id, quod ad ipsius manus pervenisse constiterit ut cum *Roland. Menoch. & aliis docet Giurb. decis. 15. n. 10. Luc. de tutorib. discurs. 17. n. 9.* & de dote in supplemento *discurs. 173. n. 9. Ansaldo. dict. cap. 37. n. 22.* ubi sic in *Rott. decisum* refert, & dicemus *lib. 6. cap. 4. à n. 67. & cap. 10. n. 26. Peg. forens. cap. 3. n. 730. Heef.*

loc. 14. Sabel. in sum. tratat. verb. tutel. à n. 19.

Secundus est, quando tutores, curatores, cæterique administratores, finita administratione, bona immobilia administrationis restituere renuunt, vel ea, quæ stabilium loco habentur, de quibus *tract. 3. lib. 3. cap. 2.* quia tunc tutor, curatorque cogi possunt, ut prædicta bona executivè restituant, non obstantibus rationibus non redditis, *Luc. de tutorib. discurs. 6. à n. 20. Fontan. decis. 545. per tot. & alii, quos citavimus lib. 1. cap. 9. n. 5.* ex ea ratione, quia cum non habeant potestatem distrahendi prædicta bona, ut diximus *dict. tract. 3. lib. 7. cap. 2. & 3. per tot.* loco depositarii judicialis habeatur contra quem executivè agi comperitum est, *ex l. ult. cod. deposit. ibi scribentes Mauson. de causis executivis ampliat. 39. à n. 9. Gratian. cap. 667. n. 15. Posth. resolut. civil. 126. à n. 11. Ansaldo. de comerc. discurs. 46. n. 43. Mend. à Castr. lib. 4. cap. 8. à n. 33. 1. p. & lib. 4. cap. 8. à n. 47. p. 2.* & nisi opponant exceptionem dominii, qua depositarius se defendere valet, *ex Mend. dict. n. 47. Salgad. in labyrint. 1. p. cap. 41. à n. 18. Barb. ad Ord. lib. 1. tit. 54. §. 3. n. 3.* quare, si tutores, vel curatores bona immobilia, & ea, quæ loco immobilium habentur jussu judicis non restituant, per carcerem sunt compellendi, prout de depositario tradit *Salgad. dict. cap. 41. n. 39. 45. & 47.* & de regia protect. *4. p. cap. 5. n. 50.* & de sequestrario tradit idem *Salgad. cum aliis, dict. p. 1. cap. 11. n. 22. & 26. & 3. p. cap. 7. n. 4. & 5. & cap. 6. à princip.* & de administratore concursus creditorum, idem *Salgad. in locis citatis, & maxime dict. cap. 13. n. 30. & n. 38. cum seqq.* cui multum apud nos assimilantur curatores; nã sicut administrator concursus strictam recepit potestatem ad solam, & nudam administrationem, custodiam, & conservationem bonorum, & eorum locationem *Gutter. de tutel. 3. p. cap. 7. n. 5. Salgad. dict. cap.*

63 13. à n. 38. dicentes, quod officium nudi administratoris, & sequestri est colligere, colligere, & conservare, *l. postquam S. Princeps ff. ut in possession. legatorum*, vendere fructus, solvere creditoribus, exigere debita, ita eodem modo tutores, & curatores apud nos sunt nudi administratores, qui limitatam recipiunt potestatem, ut nullam habeant in expendendo bona absque iudicis speciali decreto, *ex Ord. lib. 1. tit. 87. à §. 22. usq. ad 30. ad similitudinem administratoris concursus creditorum*, qui nullam habet potestatem in expendendo bona absque iudicis speciali decreto, *Salgad. in labyrinth. 3. p. cap. 7. à n. 1. & cap. 8. n. 1. § 2. Sabel. in summa tractat. verbo tutela, n. 19.*

65 Tertius casus est, quando libri tutorum, curatorum, cæterorum administratorum aliquo defectu laborant, veluti si pecunias exactas non fideliter scripsit, sed eas occultavit, & in proprios usus convertit, bona omnia in inventario dolose non dedit, aut similia fecit, ex quibus dolus probetur, *Ansald. de comerc. discurs. 36. n. 17. & 18. l. peculatus nequaquam ff. ad leg. Jul. peculat. l. non intelligitur S. quia palam ff. de jur. fisc. verum nec in isto casu contra tutores, curatores, cæterosque administratores executivè agi potest; Ansald. dict. discurs. 36. n. 19. Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 19.*

66 Quartus est, quando tutoribus, curatoribus, cæterisque administratoribus traduntur pecuniæ, ut illas in promptu habeant, vel ad emptionem prædiorum, censuum, & similibus, vel ad alium certum, & determinatum finem: quia generaliter administrator, qui pecunias administrationis ad certum finem promptas habere debet, & eas sic non habet, sed in usus suos convertit, furtum committit, est in dolo, & prædo dicitur; *Salgad. in labyrinth. creditor. 1. p. cap. 41. n. 11. Gutter de tutel. 3. p. cap. 1. n. 55. & diximus tract. 1. lib. 4. cap. 10. Escob. de ratioc. cap. 21. n. ult. & infra lib. 6. cap. 7. 8. 9. 10. & 1. & lib. 7. cap. 1.*

68 Quintus est, quando legatum fuit puellæ pro dote relictum, & à curatore illius recuperatum; quia tunc ab eo via executiva exigere potest, cura non finita, & ratione illius non reddita, nisi curator opponat, quod minor sibi debitor est, eò quòd plus pro illo expendit, quàm ex suo patrimonio recepit, & de hoc constiterit per relationem rationum brevi, & summario iudicio factam, & ita resolvit, & tradit iudicatum *Escob. de ratioc. cap. 21. à n. 30. expendendo fundamenta.*

69 Sextus est, quando tutor, curator, socius, seu quilibet administrator aliquid recepisse fatetur, & finita administratione librum rationis non exhibet, quia tunc potest executari pro summa confessata, ut bonorum usurpator; *Escob. de ratioc. dict. cap. 21. n. 25. sicut quilibet alius administrator, qui finita administratione librum rationum, & inventarium non exhibet pro omni quantitate iudicis arbitrio taxata, quam dominus in litem iuraverit Escob. dict. c. 21. n. 26. Zach. post tract. de sallar. dec. 46. per tot.*

70 Septimus est, quando dominus administrationis habet instrumentum guarentigium tutelæ, vel curæ, seu societatis, vel quando in initio tutelæ, vel curæ, aut administrationis promissit statim, finita administratione, restituere, quod accepit; *Escob. de ratioc. c. 21. n. 23. 24. 25. latissimè Gratian. dec. 179. & latius Scop. obs. 179. per tot.*

71 Octavus est, quando tutor, vel curator, seu administrator bona administrationis non exhibet; *Thom. de tutorib. tit. 41. cap. 1. n. 26. cum Galgan. Gutter. & aliis; quia tunc carcerari potest ex DD. supra, & ex aliis, quos refert Hermosil. in l. 9. tit. 2. p. 5. n. 81.*

72 Nonus est, quando administrator, quicumque ille sit, confitetur se debitorem alicujus certæ summæ, & asserit se esse ex administratione tantum illius debitorem, quia tunc executio debiti confessati, & liquidati retardari non potest sub prætextu non redditæ rationis,

rationis, ut in Senatu nostro Supplicationis, me conjudice, fuit plures judicatum, & sic constanter vidi in utroque Senatu Portuensi, & Ulyssiponensi judicari per spatium undecim annorum, per quod gravaminum, appellationumque expeditoris munus exercui, per ea, quæ terminanter in puncto tradunt *Bich. dec. 226.* cum multis *Sabel. in summa tractat. §. administrator n. 3. & §. societ. n. 28. & §. obligatio, & §. tutela, & diximus sup. n. 30.*

74 Decimus est, quando agitur pro particulari solidatione, quia executio debiti particulari solidatione inter socios liquidati retardari non debet sub prætextu rationis generaliter reddendæ *Bich. dec. 226. n. 5. Sard. dec. 184. à n. 3. Rotta Genuensis decis. 191. n. 6. Berol. lib. 1. conf. 155. n. 28.*

75 Hodie vidi judicatum in Senatu, quòd ex sententia habita inter cohæredes, quam vocamus *Charta de partilhas*, poterat tutor ita exequi, quòd contra eam audiri non possit, nisi securo judicio, juxta formam *Ord. lib. 3. tit. 87.* inter partes, Joannem Petrum, de Mendonça, & Franciscum Vas, de Britto, Notario Josepho de Almeida, Scribente coram Judice Orphanorum Barrei Alti; sed ego victus fui in dicta causa, & adhuc negativam partem sequor ex latè congestis, in hoc capite, & sequenti.

76 Licet per viam regulæ ante redditas rationes confirmatas per sententiam via executiva locum non habeat, ex privilegio fisci, Confraternitatis Misericordiæ, & piæ causæ ex soloratiocinio executivè proceditur *Mend. in prax. 2. p. lib. 1. cap. 2. n. 83. Peg. ad princip. Ord. lib. 1. tit. 16. glos. 2. n. 2.*

CAPUT VII.

Utrum tutoribus, & curatoribus, cæterisque administratoribus detur manutentio, & retentio bonorum suæ administrationis, tam ante, quam post redditas rationes?

SUMMARIUM.

- 1 *Materia in duas partes divisa proponitur.*
- 2 *Pecuniam, nomina debitorum, fructus, & res, quæ servari non possunt, & functionem recipiunt, tutor ante rationes redditas tradere non tenetur, & si etiam à domino spoliatur, judicis officium competit, & n. 5.*
- 3 *Quod limitatur in casibus hic expressis.*
- 4 *Et hic declaratur limitatio.*
- 6 *Si verò agatur de rebus stabilibus, vel de eis, quæ loco stabilium sunt, ea restituere tenetur tutor pupillo adulto factò; nec retinere prætextu retentionis, seu manutentionis potest.*
- 7 *Contrarium refutatur, & n. 8. sed conciliatur n. 10.*
- 9 *Si tamen contentio sit cum pertenso successore pupilli, seu minoris, retentio dari potest.*
- 11 *Dicta de stabilibus procedunt in mobilibus, & se moventibus corpus, & universitatem constituentibus.*
- 12 *Et in hoc casu maiora motiva restitutionis considerantur.*
- 13 *Ubi agitur de bonis mobilibus, vel submoventibus jure singulari consideratis, sub distinctione retentio conceditur.*
- 14 *Si tutor, curator, vel quilibet administrator existentiam negat arbitrio judicis retentio conceditur, consideratis hîc dictis.*
- 15 *Administratori neganti penes se habere bona, vel pecunias non facile credendum est.*

16 In casibus, de quibus sup. n. 5. & 11. bona novo administratori, seu tutori tradenda sunt; administrator concursus creditorum omnia bona indistinctè tradenda sunt, licet creditor appareat.

17 Si post redditas rationes tutor, seu alius administrator creditor apparuerit, retentionem in bonis usque ad concurrentem quantitatem habet.

18 Sed non ita in administratore concursus creditorum procedit, sed intrare in concursum debet.

19 Et in eo pro quibus expensis præferatur?

20 Expensas solvere tenetur, qui utilitatem ab actu capit.

21 Socius socio retentionem opponere non potest ob rationes non redditas, si ipse quoque administravit, & rationes non reddidit.

22 Uxori bona defuncti retinenti ex causa dotis retentio competit tam ante, quam post rationes redditas; mantentionisque remedium.

23 Heredi quoque gravato retentio competit ob detractiones legitime, & similia, & legitimus contradictor est ad impediendam immissionem.

24 Licet fideicommissarius facultatem capiendi bona propria auctoritate habeat.

25 Tutori, & curator datur retentio, & via executiva suspenditur, dum rationes non reddit, quod modo remissivo intelligitur.

26 Res tamen inventario descriptas, præter pecuniam restituere compelli potest ad instantiam domini circa compensationem, & retentionem.

27 Sed hoc multipliciter declaratur, & n. 28. 29. 30.

28 Quid in retractione rationum?

29 Quid quando receptio fatetur, & impensam non monstrat?

30 Frumentum, vinum, & similia ad mensuram recepta in fine officii non

de prehensa ab administratore sub tracta præsumuntur.

31 Tutor, curator, & quicumque administrator, finita administratione, non restituens possessionem immobilium actione spoliæ conveniri potest.

32 Alieno nomine retinens rem, & restituere recusans spoliare dicitur.

33 Curatori absentis mantentio datur, & ita iudicatum in casu notabili.

34 Hujusmodi administratio in bonis absentis ad instar successivis defertur.

35 Administratio data pupilli tutori, curator minoris, & absentis, quando finiatur, & adversus quos mantenenda sit.

DUAS continet partes materia proposita in præsentis capite. Prima est respectu mantentionis, & retentionis ante redditas rationes. Secunda post rationes redditas. Ideò de prima prius agendum est; & quoad primam sequentes casus sunt separandi.

Primus est, quando agitur de pecunia, seu nominibus debitorum, aut bonorum fructibus, aliisque mobilibus, quæ servando servari non possunt, atque functionem in genere suo recipiunt aded, ut restitutio importet debitum quantitatis, & tunc cum ante redditas rationes ea restituere non teneatur tutoribus curatoribus, cæterisque administratoribus, in tantum datur mantentio, & retentio, ut, si de facto à tertio, vel à domino administrationis spolientur, competat eis iudicis officium; Giurb. dec. 15. Surd. decis. 184. Burat. dec. 58. & 123. & 443. Rot. p. 11. recent. dec. 228. Luc. de tutorib. discurs. 6. n. 16. Posth. de mantent. obs. 52. n. 27. & dec. 322. & 329. per tot. Seraphin. dec. 77. & 82. per tot. Fontan. dec. 551. & 545. de Luc. in prax. judicial. cap. 27. n. 1. 2. 3. & 4. Palma Junior alleg. 18. n. 10. Bich. dec. 126. per tot. Posth.

Posth. de manutent. obs. 64. n. 9. § 11.
cum multis *Altimar. de nullitat. con-*
tract. q. 45. à n. 419.

3 Huic tamen casui congruit quo-
que limitatio, de qua in capite antecede-
nti à n. 52. ubi administrator legitime
monitus esset contumax, atque red-
dere rationes non curaret; quoniam
tunc, si constaret de certa, & deter-
minata summa, vel quantitate, quæ
in sorte principali ab initio data esset in
administratorem juxta casum, de quo
agit *Giurb. sup.* vel simile, & ista veni-
ret aliquo casu ad manus domini admi-
nistrationis, non poterit administra-
tor agere contra dominum, ut restituat;
quia cum in dubio præsumenda non
est jactura fortis ex *Luc. de usur. discurs.*
1. & administrator reddere rationes
renuat, non est cogendus dominus
restituere illud, ad quod ante redditas
rationes agere valebat; *Giurb. dec. 15.*
in princip. Luc. dict. discurs. 6. num. 17.
Grac. cap. 129. n. 5. latè Altimar. sup.
ubi à n. 385. usq. ad n. 546. materiam re-
tentionis tradidit.

4 Secus autem, si ille, qui petit, ut
rationes reddantur, pertendit debi-
tum provenire ex lucris, vel fructibus,
diversis temporibus obventis ex bonis
administratis, quorum substantia sal-
va sit, cum tunc sit debitum, quod
oritur ex ipsa administratione, ideò
perneceffe sit, discuti debet, cum
tunc non intret dicta ratio, quæ con-
gruit certæ summæ, vel quantitati,
quæ ab initio in sorte principali data
est, sed solum intrat actio ad factum,
non poterit dominus administrationis
pecunias administratoris retinere per-
textu contumaciæ in reddenda ratione
Luc. sup. n. 18. infiniti apud Thom. de
tutorib. tit. 41. cap. 1. n. 24. § 25. Sabel.
in summatractat. S. manutentio. n. 22. §
S. tutela n. 19.

5 Cessante verò contumacia, quia
scilicet exhibeantur rationes, sed per
eum, cui dandæ sunt, pertendatur,
eas malè redditas esse, vel quia partitæ
accepti non sint integræ, vel quia illæ

dati non sunt justificatæ; aut quod alio
defectu laborant, tunc cum non intret
condemnatio, nisi prævio judicio or-
dinario, non poterit dominus admi-
nistrationis pecunias administratoris ad
suas manus, aliquo titulo honesto præ-
ventas, detinere prætextu non reddi-
tæ, vel non redditæ benè rationis, sed
est cogendus eas restituere, ut deduci-
tur ex *Luc. dict. discurs. 6. n. 19. & in*
compendio ad tractatum de tutoribus
à n. 27.

Secundus casus est, ubi è conver-
so agatur de bonis stabilibus, vel quæ
stabilium loco habentur, & tunc non
dubitatur, ut pupillo factò adulto cu-
rator, minori factò maiori administra-
tor domino ea restituere teneatur, nec
retentionem, seu manutentionem al-
legare possit sub prætextu, quod po-
test remanere creditor ex causa ad-
ministrationis ex eadem ratione illiqui-
ditatis, quod, pendente ratione, quem-
admodum non potest dici debitor, ita
neque creditor; *Luc. dict. discurs. 6.*
n. 20. Gratian. cap. 129. n. 6. Surd. dec.
184. Hermosil. in l. 9. tit. 2. p. 5. glos. 3.
§ 4. n. 81. de Luc. sup. n. 5.

Quamvis *Fontan. dec. 545.* in hoc
se in volvere videatur exiltimans, quod
conclusio innitatur exclusioni compen-
sationis, quæ diversa est à retentione.
Attamen hoc æquivocum est, cum
etiam pro retentione requiritur credi-
tum certum, & liquidum, quale dici
non potest illud, quod pendet à ratio-
num redditione, ac discussione; *Luc.*
sup. n. 21. Minsynger. cent. 2. observ. 6.
Cancer. 3. var. cap. 15. n. 314.

Prout licet, quandoque Rota res-
ponderit retentione, vel manutentio-
ne in possessione, vel de tentatione bo-
norum ad favorem tutoris apud *Seraph.*
dec. 77. § 82. quarum exemplo idem
Fontan. dec. 544. advertit eamdem pra-
xim in eo Senatu introductam esse,
duas decisiones referendo pro tutoris
manutentione: attamen æquivocum
quoque est id simpliciter sumere, ut
tutor, vel curator, seu alius admini-
strator

Arator ratione pendente obtinere valeat contra pupillum factum adultum, vel maiorem. Eſſet enim dare magnū inconveniens, ut ita tutores, vel adminiſtratores dominos ſpoliarent, atque in ſpolio conſovere poſſint diuturno tempore, in quo huiusmodi lites ſuper redditionibus rationum durare ſolent; *Luc. de tutorib. diſcuſſ. 6. n. 22. Heeſſ. de rationib. reddend. loc. 14. à n. 36. ad 49.*

Eatenus verò id recipiendum eſt, quatenus juſta cauſa ex facti circumſtantiis accidat, ob quam arbitrium tutoris, curatoris, & adminiſtratoris favorem, vel Judicis officium intret, puta, quia mortuo pupillo, ſeu minori, vel domino contentio ſit cum prætenſo ſucceſſore, qui de facto ſe intruſerit in poſſeſſione, tamquam vacanti, cum hoc verè talis dici non valeat ob manutentionem, quam tutor, curator, vel adminiſtrator habet, in qua manutenendus eſt ratione intereſſe, quod habet, ut benè ſatiſfaciat ejus obligationi de reſtituendo; atque in his terminis procedunt dictæ deciſiones, ut advertunt *Poſth. de manutent. obſ. 52. n. 27. Luc. diſt. diſcuſſ. 6. n. 23.*

Idemque juſtum motivum contra ipſummet pupillum concurrebat in caſibus relatis per *Fontanel.* quod, ſcilicet, pupillus, finita ætate pupillari, adhuc tamen minor abſque legitima proviſione curatoris, de facto in poſſeſſione, & adminiſtratione bonorum ſe ingerebat, quod illi ætati adhuc imperfectæ, & periculofæ frequentius incongruit, ideoque prudenter ita proviſum eſt, *ex Luc. ſup. n. 24.*

Tertius caſus eſt, ubi agitur de mobilibus, vel ſe moventibus, quæ tamen corpus, & univerſitatem conſtituunt, ut ſunt greges, tabernæ, & cætera, de quibus *tract. 3. lib. 7. cap. 2. § 3. & tract. 2. lib. 5. cap. 3. juxta diſtinction. ix. in L. cum taberna ff. de pignor. in quibus idem dicendum venit, quod de ſtabilibus, vel æquipollentibus in caſu proximè præcedenti habetur; Luc. ſup. n. 25.*

Benè tamen in hac bonorum ſpecie facilius ex Judicis arbitrio intrat dicta limitatio: tum quia magis urget diſſipationis periculum: tum etiam quia magis dignoſcitur tutoris, vel adminiſtratoris intereſſe ſuper modo faciendi reſtitutionem, ſeu conſignationem, dum hoc diligentem, ac diſtinctam diſcriptionem exigit in ſtabilibus non neceſſariam, *Luc. de tutorib. diſcuſſ. 6. n. 26. Hermoſil. in L. 9. tit. 2. p. 5. gloſ. 3. § 4. n. 81. Heeſſ. de rationib. reddend. loc. 14. à n. 36. uſque ad n. 49.*

Quartus caſus eſt, ubi agitur de bonis mobilibus, vel ſe moventibus, quæ juxta dictam diſtinctionem jure ſingulari, non autem univerſitatis conſiderentur, de quo propriè agit *Surd. deciſ. 184.* in quo faciendâ eſt differentia inter caſum, quo ipſa bona extant, & extare non negantur, & inter caſum, quo non extant, vel extare negantur; in primo non datur manutentio, ſeu retentio contra Dominum ex rationibus in ſecundo, & tertio caſu conſideratis. In ſecundo benè conceditur, dum rationes pendent; optimè *Luc. de tutorib. diſcuſſ. 6. n. 27.* & plures apud *Thom. de tutorib. tit. 41. cap. 1. n. 24. § 25. de Luc. Gratian. § alij n. 2. citati Cancer. 3. var. cap. 15. n. 314. Heeſſ. de ration. reddend. loc. 14. à n. 36. § 49.*

Quintus caſus eſt, ubi tutor, curator, ſeu quilibet alius adminiſtrator negat exiſtentiam; quia nempe dicat diſtraxiſſe, vel pignorariſſe, aut ex cauſâ adminiſtrationis expendiſſe. In quo caſu ex prudenti Judicis arbitrio decidenda eſt quæſtio. An allegata diſtractio, & conſumptio ſit verofiſimilis, vel non ita ut, ſi inverofiſimilis ſit, vel quia ſine ſpeciali Judicis decreto diſtrahere, vel pignorare non valebat, vel quia ſine ſpeciali Judicis juſſu expendere non poterat, non obſtante negatione, non ſit manutenendus in retentione; *Luc. ſup. n. 28. Salgad. in labyr. creditor. 3. p. cap. 7. n. 17.* ubi ex multis probat non facile credendum eſſe adminiſtratori dicenti, & neganti penes ſe habere

re bona, vel pecunias administrationis: secus verò ubi distractio, consumptio, seu expensa fuerit verosimilis, vel quia administrat cum negatione offerendi rationes, ex quibus sua assertio comprobetur; *Salgad. dict. cap. 7. n. 20.* ubi alios refert; vel quia præfixo termino administratori ad exhibendos libros non per viam redditionis formalis, sed pro summaria informatione ex ipsorum inspectione verosimilitudinis formantum apparet; *Luc. ubi sup. n. 28. de Luc. in prax. judicial. cap. 27. n. 6. Altograd. conf. 55. n. 36. lib. 2. Antolin. resol. 71. per tot. Heef. dict. loc. 14. à n. 52.*

16

Sextus demum casus est, ubi agitur de tutela, cura, seu alia administratione novo tutori, curatori, seu administratori transferenda: quia tunc non spectata rationis redditione omnia bona, de quibus in secundo, & tertio casu novo administratori tradere cogitur, nisi sit administrator concursus creditorum, qui omnia indistinctè tradere tenetur, etiam si creditor ex ipsa administratione apparet, sed debet concurrere ad iudicium concursus, ut cum aliis solvit *Salgad. in labyr. creditor. 3. p. cap. 9. n. 5. & 6. Heef. dict. loc. 14. à n. 52.*

17

Quoad retentionem, seu manutentionem post redditas rationes, ex quibus tutor, seu alius administrator creditor ex causa administrationis apparuit, dicendum est, quod tutoribus, curatoribus, cæterisque administratoribus competit retentio bonorum administrationis usque ad concurrentem quantitatem, de qua apparuerunt creditores ipsius administrationis, *l. 1. §. præterea ff. de contr. & util. act. tutel. l. ideo ff. de compensationib. l. si debitor ff. de liber. legat. Salgad. in labyr. 3. p. cap. 9. num. 2.* ubi multos refert, & tenent *Alberic. in dict. §. præterea Jacobin. in sua prax. in rub. de act. & ration. distrab. prope fin. vers. tutor Aymon. Cravet. conf. 175. n. 13. Molinatus in tract. de retentione n. 4. Alberic. in l. pro officio ff. de administr. tutor. & in l. alimenta cod. de*

negot. gest. & alij, quos citavimus hoc lib. cap. 2. n. 28. & tract. 2. lib. 3. cap. 8. n. 49. & alij apud de Luc. in prax. judicial. cap. 27. per tot. latè de tota materia retentionis Altimar. de nullitat. contr. tract. tom. 7. rub. 1. p. 5. q. 45. à n. 385. ad n. 546.

Secus esse in administratore bonorum concursus, cui non dari retentionem pro eo, in quo disunctis rationibus creditor apparuit; docet *Salgad. in labyr. 3. p. cap. 9. à n. 1. ad 8.* sed tenere introire concursum affirmat *n. 7.* ubi tamen licet de stricto juris rigore pro consequendo credito non deberet creditoribus hypothecariis, & privilegiatis præferri, ex praxi tamen usitata omnium tribunalium præfertur ex eodem *Salgad. n. 11. & 12.* pro alimentis, expensis litium, salariis, cæterisque necessariis ad bona concursus conservanda, & tuenda ex eodem *Salgad. n. 13. & 14. Zach. post tract. de fallar. dec. 82. per tot.* quia regulare est expensas teneri solvere, qui utilitatem capit ab actu, in quem erogari debet, *ex l. fin. cod. de statutis, & imaginib. l. sed hereditas §. 1. ff. ad exhibendum Quæsad. Pil. contr. for. cap. 47. n. 2. & 5.* videndus *Altimar. in loco proximè citatus.*

Socius quoque non potest opponere socio retentionem ob rationes non redditas, si ipse quoque administravit, & rationes non reddidit; tum ex mutua compensatione; tum quod actoris est docere de implemento ex parte sua, priusquam hîc defectus possit alteri objicere; *Luc. de credit. diffus. 162. n. 7. Alex. lib. 1. conf. 47. n. 13. Castrens. lib. 2. conf. 126. à n. 1. Rot. apud Burat. decis. 546. n. 7. & 8.* cum multis *Altimar. sup.*

Uxori quoque retinenti bona defuncti mariti ex causa dotis competit retentio, tam ante redditas rationes, quam post redditas, ut diximus *lib. 7. cap. 4.* intantum, ut si ante, vel post redditas rationes perturbetur in manutentione bonorum, competat ei remedium manutentionis, & ejus hæredi;

di; *Urceol. forens. cap. 52. à n. 30. usque ad 47. Posth. de manutent. obs. 11. n. 4. & obs. 54. à n. 23. & dec. 173. à n. 1. & 230. à num. 4. Fontanel. de pact. nuptial. clausul. 7. glos. 3. p. 10. à n. 20. Sabel. in summa tractat. tom. 4. §. retentio 26. à num. 17.*

23 Hæredi quoque gravato, donec sibi solvantur detractiones legitimæ, & expensæ, sive ante, sive post redditas rationes datur ei manutentio, & est legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommissario, latè *Urceol. for. cap. 19. per tot.* etiam si fideicommissarius habeat facultatem capiendi bona, propria authoritate; *Urceol. dict. cap. 19. n. 7. Cyriac. contr. 12. n. 5. Merlin. post tract. de pignor. dec. 78. n. 12. Argel. de legitim. contradict. q. 10. art. 11. à n. 180. Luc. de legitim. discurf. 31. à n. 16. Altimar. de nullit. contraet. rub. 1. p. 5. q. 45. à n. 521.*

25 Tutori, curatorique datur retentio, & contra eum suspenditur via executiva, dum rationes non reddit; *Oliveira in addit. ad aliam de munere provisoris cap. 3. n. 34.* ubi pluribus seclufis casibus, de quibus supra, & dum non reddit bona, exclusis prædictis casibus, tradere non tenetur, *Peg. lib. 1. tit. 87. §. 24. n. 17. & forens. cap. 3. n. 72. Quæſad. Pil. contr. 47. à n. 10. Heef. de rationib. redd. earumque revisione loc. 14. à n. 36. usque ad n. 49.* ubi sequentia verba habes.

26 Potest autem administrator compelli, ut res in inventario descriptas ad instantiam domini, qui jam maior est factus, etiam ante rationes citra compensationis, retentionisque exceptionem, restituat; *Escob. cap. 4. n. 25. Ric. collect. 2027. Surd. decis. 184. Roland. conf. 49. n. 38. Carpzov. dec. 94.* & etiam illegitimè alienata, quæ regula solum limitanda est in pecunia; *Gratian. cap. 129. n. 60. Sande lib. 2. tit. 9. definit. 12.*

27 quod benè procedit servata distinctione casuum, de quibus supra; aliàs seclufus, nisi ille, cui ratio est reddenda, accepit ab administratore intrumen-

tum garantigium, in quo debitum fatetur, vel nisi ab initio statim administrationis promississet, finita administratione, statim restitutum ea, quæ accepit: quia tunc, si intra decem, vel ultiores dies de expensis non probaverit, potest contra ipsum executivè procedi; *Parlad. rerum quotidian. §. fin. p. 2. §. 12. limit. 4. à n. 35. Surd. acc. 184. à n. 9. Heef. dict. loc. 24. à n. 46.* vel nisi simus in retractione rationum, & minor non habeat, unde se repræsentet: quia tunc tutor repræsentare cogitur; *Heef. sup. n. 47.* vel nisi administrator fateatur, se aliqua summa recepisse, librum rationis tamen non monstrat, & in eo impensam; *Escob. de ratioc. cap. 21. à n. 25. Heef. de ratioc. reddend. loc. 14. n. 48.* de quo *lib. 6. cap. 4. à n. 65.* & huc pertinet doctrina de administratore frumenta, vinum, & similia ad mensuram recipiente, quæ si in fine officij abesse deprehenduntur, præsumptio est ab ipso esse subtrahita *Heef. sup. n. 4.*

31 Tutor, curator, & quicumque alius administrator actione spolii conveniri potest, si, finita tutela, seu administratione, non restituat possessionem immobilium *ex l. si quis conductio nes cod. locati*, & in terminis nostris ita docet *Scac. de appellationib. q. 17. limit. 6. membro 6. n. 38. Ruginel. de appellationib. cap. 3. n. 657.* nam spoliare dicitur qui alieno nomine rem detinens, illam tempore congruo restituere recusat *l. Colonus ff. de vi, & vi armata Bart. in l. non absfre cod. unde vi ubi Bald. Pontan. de spol. lib. 1. cap. 4. n. 2. Fontanel. à dec. 41. cum seqq. Posth. in puncto de manutention. obs. 52. à n. 25.*

33 Curatori absentis est danda manutentio in bonis absentis, quorum administratio ei fuit commissa ex Senatu palatino, quia absentis sororis erat maritus, etiam mortua uxore, cujus contemplatione fuit datus curator, ut me conjudice judicavit Senatus, die 27. Aprilis, anno 1709. inter Franciscum Fernandes, & Didacum de Albuquerque hujus curiæ, apud Notarium

Franciscum de Oliveira Leitam, non solum ex ea ratione, quia administratio bonorum absentis ad instar successionis ab intestato deferatur ex *Ord. lib. 2. tit. 62. §. 38. Lara de anniversariis lib. 1. cap. 22. num. 18.* & perpetua, & non temporalis sit ex *Cald. conf. 9. n. 5. Peg. ad dist. §. n. 4.* & durat donec, vel absentis, vel ejus proximiori consanguineo bona traduntur, & ratio redditur *Salgad. in labyr. 1. p. cap. 8. n. 4. Rerus de incompatibilitate p. 6. cap. 3. n. 28.* ibi *Aquilla*, sed ex ratione, de qua supra n. 8. & 9. nempe, quia administratio data tutori pupilli, vel curatori minoris, seu absentis morte pupilli, seu minoris, aut absentis non finitur, sed adhuc durare censetur, donec consanguineo proximiori pupilli, minoris, seu absentis bona traduntur, & ad hunc effectum manutenendus est tutor, seu curator, etiam mortuo pupillo, minore, vel absente contra pertensum successorem, qui de facto se vult intromittere in possessione, ut tenent DD ibidem citati n. 8. *Menoch. recuperandæ remedio 10. à. n. 25.*

C A P U T VIII.

Quibus actionibus sint cogendi tutores, curatores, cæterique administratores ad factum præstandi rationes administrationis suæ?

SUMMARIUM.

- 1 *Materia proponitur.*
- 2 *Tutores actione tutelæ ad factum præstandi rationes coguntur.*
- 3 *Et contraria actione tutelæ pupillos adultos factos ipsi tutores cogere possunt, ut rationes recipiant.*
- 4 *Curatores actione curæ coguntur; & contraria utili curæ minores factos maiores, ut recipiant cogunt.*
- 5 *Sed apud nos iis actionibus opus non est.*
- 6 *Quia ex vi acceptationis tutelæ suæ curæ summarie reddere, & reci-*

- pere rationes ad invicem summarie coguntur.*
- 7 *Et ad instar depositarii, qui executive rationem reddere tenetur, habentur.*
- 8 *Prædictæ procedunt in curatoribus absentis, ventris & similium.*
- 9 *Mandatarii, actione mandati, reddere compelluntur, & contrariam mandati mandantem recipere cogunt.*
- 10 *Negotiorum gestores actione negotiorum gestorum coguntur, sive necessarii sint.*
- 11 *Sive voluntarii, ut est pro absente gerens, sine mandato fidejubens.*
- 12 *Et qui rem, seu pecuniam alicui deferendam suscipiens, & alii de quibus hic mentio fit.*
- 13 *Ex hoc quasi contractu duæ actiones nascuntur, una directa, quæ domino datur, ut ratio reddatur, & alia præstantur.*
- 14 *Altera contraria ipsi gestori competens adversus dominum, ut expensum, & amissum præstetur.*
- 15 *Socii actione pro socio præstare rationes coguntur.*
- 16 *Probata societate, vel universali, vel particulari, eaque dissoluta, socius socium ad rationes præstandas compellere potest, & R. 17. & 18. ubi multa de probatione societatis remissive.*
- 19 *Et per conjecturas, de quibus hic probari potest societas, socius posteaque adhibitus rationes petere potest.*
- 20 *Eodem modo, quo probatur adesse societas à principio, probatur postea aliquem adhibitum in socium, super quod multi modi referuntur.*
- 21 *Socius socii, solummodo hunc ad rationes compellere potest.*
- 22 *Ex observantia subsequuta probatur an aliquis socius societatis, vel socii sit.*
- 23 *Mens & voluntas contrahentium ex observantia subsequuta declaratur; approbatur, vel societas excluditur; instrumentum, seu testamen-*

- mentum nullum ab observantia validatem recipit.
- 24 Socius absumptus à socio assumentis particeps est, non societatis socius.
- 25 Unde particeps contra socium admittentis nullam actionem habet, sed tantum contra admittentem.
- 26 Solummodo socii administrantes rationes reddere tenentur non administrantibus.
- 27 Et si omnes per se, vel alios administrarunt adinvicem pro rata tenentur; socius omnes socios obligatos non habet, sed solum administrantes.
- 28 Magistri, & patroni navium actione mandati, si mandato, & si sine eo, actionem negotiorum gestorum rationem reddere tenentur, si administrarunt; & contrahentibus cum illis exercitoria actione tenentur.
- 29 Et singulis participibus.
- 30 Quibus, & adversus quos actio exercitoria competat, & n. 31.
- 32 Liber patroni navis an, & in quibus fidem habeat, & adversus quos? & n. 33. & 34.
- 34 Si unus ex duobus exercitoribus, seu condominis navis intra 4. menses expensas in refectioe non solvat alteri cum usuris dominium suae partis ad favorem expendentis amittit.
- 35 Institores, & factores actione mandati tenentur rationes reddere, & eos proponentes.
- 36 Institoria actio, & adversus quos detur & n. seq.
- 37 Idem est proponere ipse dominus, vel alius suo nomine jus proponendi habens.
- 38 Proponentibus, & non aliis institutores rationes reddere tenentur.
- 39 Quando quis propositionem ratam habere censeatur.
- 40 Institores deputati à tutoribus, & curatoribus, pupillo, seu adulto rationes reddere non tenentur.
- 41 Dubium in materia institorum, & similium proponitur, & n. 42.
- 43 Resolvitur dubium, & n. 44 & 45.
- 46 Licet institor, & similes alieno nomine egentes rationem reddere non teneantur cum ipsis contrahentibus, hic tamen proponentes, & eligentes, & deputantes convenire possunt.
- 47 Ad quae proponentes teneantur ratione propositi declarantur usque ad n. 55.
- 56 Non tenetur tamen proponens, si propositus culposus fuerit, vel delinquens extra spheram, & officii causam.
- 57 Neque quando personam bonam, & idoneam proposuit; ubi de substitute ad arcis custodiam; & quando substitutus per superiores approbatus fuit.
- 58 Sed proxima procedunt, quando proponens ex causa necessaria proponit, vel ex necessitate unum ex duobus.
- 59 Secus si ex causa merè voluntaria.
- 60 Procedunt etiam quando gratis proponit, secus si lucrum, aut aliquam utilitatem capit.
- 61 Si creditor praepositum esse institutorem ignorat, dominum non obligat.
- 62 Juranti creditori se scivisse institutorem esse, cum quo contraxit, non creditur.
- 63 Si institor, seu praepositus decoxerit, mandatum revocatum censetur; & quando quis decoctus dicatur?
- 64 Praepositus contrahens contra formam praepositionis dominum non obligat; neque socius societatem contra capitula societatis contrahens.
- 65 Licet contrahentes cum institore, vel socio prohibitionem contentam in capitulis societatis, & formam institoris ignorassent.
- 66 Praepositus, vel socius contrahentes super re ad negotium, seu societatem non pertinentem, dominum, nec socios non obligant.
- 67 Praepositus ad negotiandum depositum recipiens praeponentem non obligat.
- 68 Et

- 68 Et quando nomine proprio præpositus, tutor, curator, seu quilibet alius administrator contrahunt, quod in dubio præsumitur, dominum non obligant.
- 69 Contrahens cum valde amico, vel volens sibi præcavere de ratificatione domini, vel consocii, an nomine proprio contrahere dicatur?
- 70 Contractum an nomine proprio, vel alieno fuisset factum, ex quibus cognoscatur?
- 71 Institor tacite constitutus qualis sit?
- 72 In quibus casibus institor tacitus dominum obliget? Et n. 73.
- 74 Institor qui sit, & in quo à factore differat?
- 75 Factor quis sit?
- 76 In quibus institor, & factor conveniant?
- 77 Liber factoris an, & contra quos probet?
- 78 Factor librum non exhibens ad damna, & interesse tenetur.
- 79 Liber factoris circa expensas, cum quibus requisitis probet?
- 80 Dicta circa præponentium obligationem procedunt, licet factores, vel institores sint hic nominati.
- 81 Depositarius simplicis depositi, quis sit; & de re deposita unà cum fructibus actione depositi rationem reddere tenetur.
- 82 Si extant, vel extare fructus præsumantur, ut intra triennium frumentum vinum, & oleum, intra annum poma.
- 83 Si Judicis autoritate fructus vendantur æstimationem restituere tenetur.
- 84 Et quid si elapsum tempus sit, quo præsumuntur extare? Et de vestimentis.
- 85 Contraria actione depositi deponentes depositario expensas utiles, & necessarias refundere tenentur.
- 86 Qua actione Sequester teneatur, & ad quid?
- 87 Et quæ actio sequestro competat, & ad quid? Et qua actione ceteri administratores?

- 88 Si judicialiter administratio suscepta sit, summarie agi potest, & via executiva, ut rationes reddant;
- 89 Et per instrumentum administratio probatur per assignationem decem dierum proceditur.
- 90 Si verò per instrumentum non constet, ordinariè agendum est; & non per notificationem, ut intra triduum, cum comminatione, quod notificatio per sententiam judicanda erit; quod satis comprobatur.

Supposito, quod neque tutor, nec curator, nec alius administrator cogi potest regulariter via executiva ad factum reddendi rationes, ut in cap. 6. dictum manet, opus erit dicere quibus remediis, modis, & actionibus sunt cogendi discurrendo per omnes species administratorum, five per omnes administratores, tam necessarios, quam voluntarios, five à lege, five ab homine, five nec à lege, nec ab homine datos; & cum principale assumptum nostrum tutores, curatoresque inspiciat, ab eis primum gradum ad cæteros faciemus brevissime de omni administratorum specie agendo.

Tutores actione tutelæ esse cogendos ad factum præstandi rationes diximus, & probavimus lib. 2. cap. 8. ferè per tot. ex §. ult. Inst. de Atilian. tutor. l. 1. in princ. & §. officio 3. & §. fin. l. nisi finita 4. l. si tutor. 9. §. ult. cum l. seq. l. si tutor 13. l. cum tutor 18. ff. tutel. ration. distrabend. l. tutorum 9. cod. arbitr. tutel. Harpet. in §. tutores quoque Inst. de obligat. quæ ex quas. contract. nascunt. n. 8. & similiter ipsos tutores cogere posse pupillos factos adultos ad factum recipiendi rationes contraria actione tutelæ, diximus, & probavimus lib. 3. cap. 1. per tot. ex dict. §. tutores quoque l. si quis absentis 5. §. 1. ff. de obligat. & action. l. 1. l. 3. §. 1. & tot. tit. ff. contrar. tutel. & util. action. l. 2. in princip. ff. ubi pupillus morari, l. sine herede 32. §. Lucius 6. l. à tutorib. 33. §. fin.

§. fin. l. Lucius 46. §. ultim. ff. de admistr. & pericul. tutor. l. sumptus 3. cod. eod. Denel. lib. 15. coment. jur. Civil. c. 21 per tot.

4 Curatores actione curæ cogendos esse diximus, & probavimus dict. lib. 5. cap. 1. ferè per tot. & similiter ipsos curatores contraria utili curæ actione posse cogere minores factos maiores ad factum recipiendi rationes Afferuimus dict. lib. 5. cap. 1. per tot. & in aliis locis maximè lib. 1. cap. 8. & 9. per tot. quare hic immorari iterum non oportet, sed tantum in hac materia sciendum est, quod apud nos non indigent pupilli, & puberes tutelæ, seu curæ actione experiri tutores, & curatores, ut factum rationis præstent, nec è contra tutores, vel curatores ordinariè agere contra puberes, seu maiores ad factum recipiendi rationes; quia cum per acceptationem tutelæ, seu curæ apud nos coram Judice obligentur ad invicem summarie reddere, & recipere factum rationis, executivè coguntur; quoniam ad instar depositarij bonorum administrationis habentur, ut jam diximus cap. 6. à num. 55. & 82. contra quos executivè agitur ad reddendam rationem depositi, ut ibi probavimus; Oliveir. in addit. ad alterum de muner. privisor. cap. 3. n. 34.

8 Quæ autem diximus de curatoribus minorum intelligenda sunt de curatore absentis, vel ventris, aut bonorum hæreditatis jacentis, seu cujuslibet alijs administrationis, quoniam quoad factum reddendæ rationis pares sunt in obligatione, ut probavimus lib. 1. cap. 2. per tot.

9 Mandatarij ad factum præstandæ rationis actione mandati compelluntur ex DD. quos citavimus cap. 2. n. 28. lib. 1. & è contra mandatarij contraria actione mandati mandatores ad recipienda ratiocinia cogere possunt ex prædictis DD. Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 30. n. 25. & discurs. 90. n. 32. Harpetr. in §. ult. Inst. de mandat. n. 5. & 6. Rot. Genuens. decis. 53. per tot.

Negotiorum gestores ad factum 10 præstandæ rationis actione negotiorum gestorum compelluntur, sive sint necessarii, ut est executor sententiæ, quando Judicis jussu illam exequitur l. 3. §. si executor ff. negotiorum gestorum; tutores, & curatores, l. ait prator §. hac actione ff. negot. gest. five voluntarii, ut est ille, qui pro absente negotia 11 gessit, l. 2. ff. eodem, vel qui pro alio 12 sine mandato fideijussit, l. 3. §. fin. l. fideijussor 32. l. mandasti 46. in fin. ff. eod. vel qui pecuniam, aliamve rem alicui deferendam suscipiat; l. si pupilli 6. §. 2. ff. eodem; vel qui debitorem alicujus extra judicium de solvendo admoneat; debitum ab eo recipiat, secuta postea domini ratificatione; dict. l. si pupilli §. item quæritur, l. si pecuniam 9. cod. eodem; vel mater, aut Avia in rebus liberorum animo repetendi expendens sine juris necessitate; l. alimenta 11. cod. de negot. gest. l. Nesenius 34. ff. eodem, vel vitricus, qui repetendi animo sumptus fecit in persona, vel in rebus privignorum; l. si paterno 15. cod. de negot. gest. vel qui pro patre, aut alio non donandi animo debitum solvit; l. si filius 12. cod. de neg. gest. l. cum pecuniam 43. ff. eodem, maritus, qui in funus uxoris quasi recepturus aliquid erogat l. quod in uxorem 13. ff. negot. gest. frater, qui pro sorore tributa solvit; l. si negotium 16. cod. eod. frater, qui pro fratre cohærede pecuniam expendit; l. si pro fratre 3. cod. eodem. ille, qui sumptus necessarios, & probabiles in re, seu lite communi facit, l. ejus qui 41. ff. de reb. credit. l. liberto 31. §. fin. ff. de negot. gest. pater, & mater, qui ignoratè filia ab ipso ejus res donatas suscipiunt; l. fideijussor 32. §. ult. ff. de negot. gest. & generaliter omnis ille, qui alterius absentis, & ignorantis negotia sine mandato utiliter gessit; Harp. in §. 1. Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nascuntur à n. 1. usque ad 83. qua experiantur, curatores furiosi, prodigi, & similibus ex l. 4. §. fin. ff. tutela rationib. distrabend.

Itaque

- 13 Itaque ex hoc quasi contractu duplex nascitur actio negotiorum gestorum: una directa, quæ datur domino rei gestæ adversus ipsum gestorem ad hoc ut gestionis rationem reddat, quidque ex negotio domini percepit lucri, & commodi, hoc omne ei restituat, damnumque, quod negligentia ipsius culpa, & dolo datum est, resarciat; *l. 2. l. sine negotio ff. de negot. gest. l. si tutori 20. cod. eodem, Harpetr. sup. n. 39. Petrus Gregorius Syntagmat. juris lib. 13. cap. 5. § 6. per tot.*
- 14 Altera contraria, quæ tribuitur ipsi gestori contra dominum ad præstandum quidquid ratione gestionis ille utiliter expendit, vel amisit; *l. 2. in fin. l. atquin 19. §. non tantum 4. l. si quis negotia 25. l. si ex duobus 27. l. quæ utiliter 45. ff. negot. gest. l. si servum 10. l. ob negotium 18. cod. de negot. gest. Harpetr. sup. in dict. §. à n. 79. Petr. Gregor. d. cap. 5. § 6. per tot.*
- 15 Socij ad factum præstandi rationes actione pro socio coguntur; ut jam diximus hoc *lib. cap. 6. § lib. 1. cap. 2.*
- 16 idèdque probata societate, vel universalis, quæ probatur juxta formam à bonis traditam *tract. 2. lib. 6. cap. 10. per tot. & per Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 49. per tot. à n. 1. usque ad 29.*
- 17 vel particulari, quæ probatur per confessionem partis per actus, qui fieri non solent citra qualitatem socialem, per epistolas scriptas, receptas nomine sociali, per promiscuam solutionem debitorum negotii, vel societatis, per intitutionem librorum tamquam socialium, per appositionem mercis cõmunis, seu socialis, latè *Ansaldo. ubi proximè discurs. 50. à n. 1. usque ad 29.*
- 18 ubi multos refert, ea dissoluta per aliquem ex modis, de quibus diximus *tract. 2. lib. 6. cap. 8. à n. 1. cum plurib. sequent. § cap. 9. à n. 1. § cap. 7. à n. 1. potest socius agere contra socium, ut suæ administrationis reddat rationem, ut diximus latè hoc tract. lib. 1. cap. 2. n. 25. Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 51. per tot. ubi n. 6. quod socie-*
- tas probari potest per conjecturas, § n. 7. per deputationem factoris per dictum societatis, & non tantum potest socius, qui à principio fuit societati adhibitus, agere ad factum redditionis rationis, sed qui postea effectus est socius, latè Ansaldo. dict. discurs. 51. per tot. ubi probat, quod eodem modo, quo probatur adesse societatem inter socios à principio, probatur etiam post societatem contractam alium fuisse socium adhibitum, veluti per epistolas nomine societatis scriptas per deputationem factorum, per promiscuam solutionem debitorum societatis, & per cæteros modos, qui fieri non solent extra qualitatem socialem, de quibus Mascard. concl. 1309. Felic. de societ. cap. 11. à n. 10. Duard. de societ. lib. 2. cap. 4. q. 1. à n. 1. & alii apud Ansaldo. discurs. 50. § 51. per tot. Rot. Genuens. dec. 7. § 39. & sic agens five societatis illum probare debet Felic. de societ. cap. 31. n. 57. Cyriac. contr. 477. Altimar. de nullitatib. in contractib. rub. 2. p. 2. q. 25. à n. 26.*
- Verùm quidem est, quod si quis postea efficiatur non socius societatis, sed socius socii, non poterit ille agere, nisi contra illum socium, qui eum assumpsit in socium, ut rationes reddat, non verò contra cæteros socios, qui nec à principio, nec ex post facto expressè, vel tacitè eum in socium societatis admiserunt, ex optimè adductis ab *Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 51. per tot.* quod ex observantia subsequuta probabitur: nam ex ea dignoscitur, an actus gestus fuerit initus cùm socio socii, uti socio societatis, vel uti socio socii; *Ansaldo. discurs. 51. n. 19. siquidem mens, & voluntas contrahentium declaratur ab observantia; Ansaldo. discurs. 59. n. 16. § discurs. 92. n. 11. & ab ea subsequuta probatur, vel excluditur societas; Ansaldo. discurs. 49. n. 24. § discurs. 50. n. 16. Felic. de societ. cap. 3. n. 51. § cap. 14. n. 92. Rot. Genuens. dec. 7. per tot. Olea infrà tit. 3. disp. 5. à n. 15. & instrumentum*

Instrumentum, seu testamentum nullum ab observantia recipit validitatem *Parerex. cum infinitis de instrumentor. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 3. n. 136. Arouc. alleg. 49. Luc. de testament. discurs. 26. n. 10. 66. n. 986. n. 5. & hared. discurs. 30. n. 8.*

24 Nec sic assumptus dicitur socius, sed particeps, & socius illius, qui eum admittit in socium; nam socius admittens alium in participem dicitur contrahere societatem cum ipso partecipe separatam ab illa cum aliis sociis *Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 80. n. 3. Fontanel. dec. 234. à n. 5. Olea de ces. jur. tit. 3. §. 5. n. 14. & 15. Pacian. de locat. cap. 32. n. 21. Rosignol. de societ. contract. 7. prænotat. 25. n. 7. de Luc. ad Gratian. cap. 547. n. 7. Salgad. in labyr. creditor. 2. p. c. 26. n. 74. Luc. in theatri verit. & justit. in tract. de locat. discurs. 27. à n. 5. idè particeps nullam habet actionem contra socium admittentis, sed solum contra ipsum admittentem; *Fontanel. dict. dec. 234. à n. 2. Ansaldo. dict. discurs. 80. n. 5. l. qui admittitur ff. pro socio; & sic non potest agere contra socios admittentis ad factum reddendæ rationis, vel ad exhibitionem librorum; Ansaldo. discurs. 74. num. 8. Jan. de scriptur. privat. tit. de libris rationis institoris n. 13. Olea de ces. jur. & act. tit. 3. à n. 15. disp. 5. Peg. ad rub. Ordin. lib. 1. tit. 51. c. 14. Gutter. pract. lib. 4. §. 59. per tot. Luc. de loc. discurs. 26. & 27. & decreto discurs. 87. & 88.**

26 Non omnes socij unius administrationis tenentur ad factum præstandi rationes, sed tantum illi, qui administraverunt, cæteris sociis administrantibus; *Giurb. dec. 94. n. 2. Ansaldo. discurs. 38. à n. 11. & discurs. 73. n. 9. Luc. de tutorib. discurs. 17. n. 4. l. quedam ff. de edendo ibi DD. Rot. Genuens. decis. 183. à n. 5. & si omnes administraverunt adinvicem pro rata administrationis rationes reddere tenentur ex allegatis DD. sive per se administrant, sive per alios; quia idem valet administrare per se, atque administrare per alium, &*

administravisse per se censetur; qui per alium administravit, vel alium administrare patitur; *Felic. de societ. cap. 37. n. 8. Ansaldo. de comerc. & mercatur. discurs. 29. n. 4. & diximus latè lib. 4. cap. 1. & cap. 12. n. 59. Ansaldo. discurs. 98. n. 35. Rot. Genuens. decis. 46. per tot. ubi quod socius non habet omnes socios obligatos, sed tantum socium administrantem.*

28 Magistri, & patroni navium ad præstandum factum rationis domino navis eos proponenti, actione mandati compelluntur; & si sine mandato expresso, vel tacito navis gubernio se proposuerunt, negotiorum gestorum actione veniunt compellendi, & ad præstandum factum rationis contrahentibus cum illis actione exercitoria coguntur *ex §. eadem ratione 2. quod cum eo ibi Harpetr. à n. 4. l. 2. & ferè per tot. tit. ff. & cod. de exercitor. action. ubi benè Zoz. nec non singulis participibus; ex Rot. Genuens. dec. 20. Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de lib. patroni navis n. 5.*

30 Actio hæc exercitoria datur contrahentibus cum magistro, vel patrono navis, vel contra exercitorem, qui magistrum navi proposuit, *ex dict. §. eadem l. 1. ff. & cod. de exercitor. act. & tunc est prætorica, vel contra ipsum magistrum, seu navis patronum; & tunc est civilis, & directa actio ex l. 1. §. est autem 17. ff. de exercitor. action. Harpetr. sup. n. 9. sed non datur exercitori, seu domino navis proponenti patronum, seu magistrum contra contrahentes cum ipso magistro, seu patrono, cum satis provifus sit actione mandati contra ipsum magistrum, vel locati, si merces intervenit, l. 1. §. sed ex contrario ff. eodem; nisi suum à magistro, seu patrono consequi non possit, ex l. 1. cum leg. sequent. ff. de institor. act. Peg. ad rub. Ord. lib. 1. tit. 51. cap. 23. & cap. 35. per tot. & dicemus lib. 7. cap. 5. & 6. per tot.*

32 Liber patroni navis in terra benè compositus facit fidem contra partici-

pes, etiam ad beneficium ipsiusmet patroni, itaque si ipsemet patronus pro fulcienda, reficienda, & expedienda navi, aut pro aliis ad ejus usum opportunis aliquid expenderit, de expensisque rationem confecerit, ipsi suo libro fides indubitata adeo adhibetur, ut unusquisque etiam participum teneatur expensas ab ipso patrono factas ei refarcire pro rata eorum participationis, pariterque stare ejus libro tam pro, quam contra; *Rot. Genuens. dec. 85. per tot. § dec. 170. n. 2. Jan. sup. n. 1.* & sic etiam contra ipsummet patronum à fortiori probat, *Jan. sup. n. 4. Rot. Genuens. dec. 182. per tot. Strach. de navib. 2. p. n. 8.* ubi docet, quod si quis ex duobus exercitoribus, seu cōdominis navis, altero cessante, & negligente reficere, communi nomine reficiat, & cessans intra quatuor menses, non restituat partem expensarum sese contingente cum usuris eum perdere dominium suæ partis, & illud ipsum reficienti acquiri per jura, quæ allegat *Jan. sup. n. 3. § dec. 170. per tot.* ubi, quod liber patroni navis in terra bene compositus facit fidem contra participes, etiam favore patroni, & *dec. 182. ubi per tot.* quod probat contra patronum.

35 Institores, & factores actione mandati ad factum præstandi rationes proponentibus coguntur; nec non

36 proponentes eos ad id etiam compelluntur per actionem institoriam, quæ datur ei, qui cum institore de rebus ad ipsius negotiationem pertinentibus contraxit adversus eum, qui institorem proposuit *ex §. eadem Inst.* quod cum eo, ibi *Harpetr. à n. 12.* nihil referente, quod ipse dominus proponat, aut ejus nomine alius, si modo jus proponendi habeat, ut tutores, curatores, qui negotiationi pupilli, seu minoris institorem proponere possunt ex cuius contractu pupillus, vel minor in solidum obligatur; *l. cuicumque ff. de institor. action. Harp. sup. n. 12.* & sic institores tenentur prædicta actione redde-

re rationem proponentibus, & non aliis, qui eos non proposuerunt, vel ratam propositionem non habuerunt *Ansaldo. de comerc. § mercat. discurs. 21. n. 17.* & docet cum *Decian. Menoch. § Fachin. Franciscus Palma conf. 47. à n. 7. Rot. dec. 331. n. 5. p. 16. recent.* ubi quando, quis censeatur ratam habere propositionem, & melius *Ansaldo. discurs. 25. n. 23. § 24.* & diximus *lib. 4. cap. 1. Escob. de ratioc. cap. 4. § cap. 39. n. 16. Merlin. dec. 473. à n. 9. § 10.* ubi docent, quod institores deputati à tutoribus, vel curatoribus non pulsantur à pupillo, vel adulto pro redditione rationum, sed ipsi proponentes.

Dubium, jurgiumque est in materia valde controversum. Utrum institores nomine institorio contrahentes possint conveniri à contrahentibus, ut factum præstandi rationes ipsis contrahentibus patientur? Affirmative resolvit *Harpetr. in §. eadem 2. Inst.* quod cum eo *n. 15.* ad exemplum magistri navis *ex l. item si filius 7. §. interdum ff. ad Macedonianum*, negativè *Salg. in labyr. creditor. 3. p. cap. 7. n. 12. Hermosil. in l. 7. tit. 1. p. 5. glos. 4. Cald. de empr. cap. 7. à n. 4. § cap. 15. à n. 56. Cabed. dec. 80. n. 4. Flores ad Gam. dec. 190. Montan. de tutel. cap. 38. à n. 99. Gutter. de tutel. 1. p. cap. 1. n. 22. § 2. p. cap. 13. à n. 3. Mascard. de probat. concl. 1334. Thesaur. forens. lib. 3. cap. 17.* extendentes hoc ad procuratores, syndicos, tutores, curatores, officiales publicos, cæterosque contrahentes ratione officij latè videndus *Hermosil. in dict. l. 7. tit. 1. glos. 13. § 4. per tot.* exhauriens materiam institoris.

Componuntur, & conciliantur hujusmodi contrariæ sententiæ, facta differentia, casum, quo factor, seu institor convenitur, durante officio, & inter casum, quo convenitur finito officio: in primo indistinctè dicendum est, quod institor, seu factor possit conveniri; *Hermosil. in dict. l. 7. tit. 1. p. 5. glos. 4. n. 29. Gutter. de tutel. 2. p. cap. 13. n. 8. Jan. de script. privat. est. de*

de libro institoris à n. 56.

44 In secundo subdistingendum est inter casum, quo contraxit procuratorio, vel institorio nomine, vel ut Minister, & solius domini contemplatione, vel quando simpliciter confitetur, nec ad aliquid se obligavit, vel quando explicat actus, qui soli domino conveniunt, vel simpliciter institorio, vel procuratorio nomine contraxit, & in his casibus finito officio ad nihil tenetur, ut probat *Hermosilb. dict. glos. 4. à n. 23. usque ad 28. Gutter. dict. cap. 13. à n. 10. cum seqq. Cald. dict. cap. 15. à n. 55. & cæteri omnes n. 40. allegati Jan. dict. tit. de libro rationis institoris à n. 56. cum plurib. seqq. Pe-reir. dec. 27. per tot.*

45 Et inter casum, quo tutor, curator, procurator, aut alius administrator expresse fidem suam adstrinxit, vel contraxit procuratorio nomine, & se ad observantiam obligavit, vel quando fecit se institorem, tutorem, vel curatorem, aut procuratorem, cum non esset, vel quando se, & suos hæredes obligavit, & bona, vel quando contractus est celebratus ipsius contemplatione, vel quando contrahendo nullam officii mentionem fecit, & pro negotio proprio contraxit, vel quando aliqua ei actio acquiritur, vel quando scribendo literas se pecuniam exegisse confitetur, vel quando ea gefit, quæ tantum illi soli conveniunt, vel quando ultra dominum se ipsum obligavit, vel quando recepit pignora, & ea nondum restituit: quia in his casibus, etiam finito officio conveniri potest; *Hermosilb. sup. à n. 6. usque ad 22. Gutter. dict. cap. 13. per tot. Cald. dict. cap. 15. per tot. & plures apud eos, & apud citatos sup. n. 4. Jan. sup. à n. 74. Salgad. 1. p. cap. 9. n. 84. & 85. l. ult. cod. de institor. act. ubi Barb. n. 2. 3. 4. 5. 6. citat plures.*

46 Licet institores, factores, tutores, curatores, procuratores, & cæteri administratores, qui administratorio nomine egerunt, non possint fi-

nita administratione conveniri ad factum præstandi rationes à contrahentibus cum ipsis alieno nomine, possunt tamen ipsos proponentes eligentes, & deputantes convenire, ut diximus *lib. 4. cap. 1. & sup. n. 26.* quia tenentur ex facto, & culpa institoris, & propositi; *Anfald. de comerc. discurs. 23. n. 3. & discurs. 39. n. 24.* tenentur de facto propositi circa id, quod ipse proponens erat solitus facere; *Anfald. discurs. 27. n. 22.* tenentur de facto propositi circa omne id, quod propositionem, & electionem subsequitur; *Anfald. discurs. 29. n. 8.* tenentur ad damna, & interesse, ac eorum periculo stat propositio; *Anfald. discurs. 29. n. 26.* tenentur de defectibus propositi, si neglexerit statutis temporibus revidere illi computa, prout tenebatur; *Anfald. disc. 29. n. 29.* tenentur respondere, & possunt conveniri ratione contractus institoris in loco contractus, *Hermosil. in l. 7. tit. 1. p. 5. glos. 2. n. 7.* tenentur restituere in foro conscientie vendita ab institore ultra taxam; *Hermosil. n. 13.* tenentur in solidum proponentes negotiationi institorem, etiam sit socius in parva quantitate, *Hermosil. n. 15. & 16.* tenentur non solum proponentes, sed eorum hæredes, quousque ab hæredibus revocetur: quia mandatum morte domini proponentis non extinguitur, quando vivo proponente institor propositus coepit agere, cum infinitis *Salgad. in labyr. creditor. 2. p. cap. 9. n. 112.* tenentur de facto circa opus ab eis propositum *Luc. de credit. disc. 68. n. 19. & discurs. 69. n. 3. & disc. 87. n. 14. & discurs. 106. n. 13. Harpetr. in S. eadem 2. Inst. quod cum eo à n. 17.* ubi alios latissime *Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de lib. ration. institor. à n. 1. usque ad 98.* tenentur ex confessione institoris; *Jan. sup. n. 6. Cæphal. conf. 603. n. 74.* ex contractu gesto per pueros, qui mittuntur per civitatem ad vendendas res ad ornatum mulierum, vel hominum; *Jan. sup. n. 32.* tenentur ex contractu in fraudem facto; *Jan.*

num. 30. ex scriptura privata institoris obligantur; & ejus liber contra præponentem fidem facit; *Jan. sup. n. 94. § 98. Cravet. de antiquitate temporis, § Ludovic. ab ipso Jan. allegati, Reynof. obs. 47. n. 23. & dicemus lib. 7. cap. 9. Valasc. 98. n. 10.*

56 Prædicta doctrina, licet verissima sit, in pluribus tamen casibus non procedit: quorum primus est, si institor, vel præpositus fuerit culpofus, vel deliquerit extra spheram, & causam officii, cui extitit præpositus; *Jan. de scriptur. privat. tit. de lib. ration. institor. lib. 4. à n. 33. Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 21. n. 10. § discurs. 23. n. 17. § discurs. 29. n. 2. § discurs. 45. n. 10. qui infinitos referunt ibi videndi Hermosil. in l. 7. tit. 1. p. 5. glos. 2. à n. 10. Staib. de interesse lib. 2. tit. 11. q. unic. n. 94.*

57 Alius est, quando proposuit personam, quæ communiter bona, & idonea habetur, *Ansaldo. discurs. 23. n. 12. § 13. ubi dat exemplum, alium substituente ad custodiam arcis in castellano, quæ electio, & substitutio in dubio facta de persona idonea præsumitur ex eodem Ansaldo. n. 14. præsertim quando substitutus, vel præpositus fuit aliàs per superiores approbatus in officio penitus confimili, Ansaldo. discurs. 29. n. 10. qui in citatis locis plures refert.*

58 Proxima resolutio semper, & indistinctè vera non est, quatenus asserit, quòd præponens excusetur ex eo, quod ab initio personam legalem, & idoneam prælegerit, sed est accipienda cum duplici distinctione. Prima faciendò differentiam inter casum, quo præponens hoc facit ex causa necessaria, & tunc sine dubio procedit dicta doctrina *ex Ansaldo. discurs. 23. n. 7. quæ illa dicitur, quando præponens non habet liberam præponendi facultatem, sed unum ex duobus; Ansaldo. discurs. 29. à n. 1. Giurb. conf. 36. Canc. 2. var. cap. 2. n. 93. & inter casum, quo proponit ex causa merè volunta-*

ria, quia ipse ex pacto tenebatur per se exercere, *Ansaldo. discurs. 23. n. 9. § 10. Secunda constituendo differentiam inter casum, quo præponens gratis præponit, & inter casum, quo aliquod lucrum, vel utilitatem capit; in primo benè procedit resolutio, in secundo non ita, Ansaldo. dict. discurs. 29. num. 20. § 21. referens plures apud eum videndos vide cap. 4. n. 29. Arrouc. alleg. 79. per tot. & infinitos apud Peg. forens. cap. 3. n. 229.*

Alter est, quando creditor ignorat præpositum esse institorem: quia tunc dominum non obligat, *Hermosil. in l. 7. tit. 1. partit. 5. glos. 2. n. 27. qui n. 28. asserit non esse standum juramento creditoris dicentis scivisse eum, cum quo contraxit, esse institorem, Rot. Genuens. dec. 14. n. 99.*

Præterea est, quando institor, vel præpositus decoxerit; quia tunc censetur revocatum mandatum; *Ansaldo. discurs. 4. n. 7. § discurs. 5. n. 5. quæ decoctio considerari nequit in eo, qui summam considerabilem suis creditoribus solvit, Ansaldo. discurs. 4. n. 22. sed eminens, seu latens probatur ex libris ejusdem debitoris latitanter decocti, Ansaldo. discurs. 5. n. 16. & quoties perpensis facultatibus debitoris constat illas non sufficere pro integra solutione æris alieni, Ansaldo. dict. discurs. 5. n. 18. & ex indicis, & conjecturis, Ansaldo. sup. n. 27. & effectuatà probatur ex fuga cum libris ex sententia Judicis; Ansaldo. discurs. 4. n. 6. & diximus tract. 1. lib. 4. c. 12. in principio.*

Ulterius est, quando præpositus contrahit contra formam præpositionis, seu locius contra capitula societatis, quia tunc non obligant præponentes, nec societatem, *ex l. 1. §. non autem ff. de exercitor. action. cum multis Ansaldo. de comerc. § mercatur. discurs. 46. n. 11. etiam si contrahentes cum institore, vel socio ignorassent prohibitionem contentam in capitulis socialibus, seu institoris, cum sibi debeant imputari, si easdem facultates non per-*

quisiverunt; *Mantic. de tacitis lib. 6. tit. 22. n. 8. Ansaldo. sup. n. 12. Merlin. depignorib. dec. 99.*

66 Rursum est, quando præpositus, vel socius contraxit super re non spectante ad negotium, cui fuit præpositus, vel ad societatem, cujus est socius, quia non obligat, licet nomine institorio, vel sociali contraxerit, *ex l. 1. §. non autem ff. de exercitor. action. l. cujuscunque 5. §. non tamen ff. de institor. action. Felic. de societ. cap. 30. n. 7. Gratian. dec. 178. n. 12. ibi Scop. Salgad. in labyr. 1. p. cap. 9. n. 83. idè si præpositus ad negotiandum recipiat depositum præponentem non obligat; Ansaldo. discurs. 46. n. 44. Seraphin. dec. 375. per tot. Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 47. n. 14.*

68 Magis est, quando præpositus, institor, socius, tutor, curator, seu quisvis alius administrator nomine proprio contrahit, quod in dubio præsumitur, *ex l. magis puto ff. de solutionib. l. si ita stipulatus §. chrisogonus ff. de verbor. obligat. Gratian. dec. 178. Luc. de credit. discurs. 84. n. 10. §. discurs. 160. n. 6. Felic. de societ. cap. 3. n. 43. Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 48. n. 10. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. num. 5. Palm. Senior conf. 47. à n. 41. §. conf. 48. à n. 75. Ansaldo. de comerc. §. mercat. discurs. 46. n. 15. maximè, si contraxerit cum valdè amico, vel si voluit sibi præcavere de ratificatione domini, vel confocii, *Ansaldo. n. 17. §. 19.**

70 Contractus an fuisset factus nomine proprio, vel alieno dignoscitur ex libris, videlicet, si fuerit in eis descriptus, ex epistolis, quæ super contractu fuerint scriptæ ex potestate, & ex aliis conjecturis resultantibus ex circumstantiis facti, de quibus *Ansaldo. de comerc. §. mercatur. discurs. 46. à n. 24. cum plurib. sequentib. & latè lib. 7. cap. 6. §. 7. per tot.*

71 Ultimus est, quando non sumus in institore, seu factore expressè constituto, sed in institore tacitè constituto, qualis est is, qui publicè gerit

se talem, domino sciente, & patiente, & talis publicè habetur; *arg. tx. in l. 1. §. magistrum ff. de exercitor. act. Jan. de scriptur. privat. tit. de lib. ration. institor. n. 9. 10. §. 11. Hermosf. in l. 7. tit. 1. part. 5. glos. 2. n. 1. 2. §. 3. Gratian. cap. 677. à n. 26. Canc. 3. var. cap. 1. à n. 82. Rot. Genuens. decis. 14. Ansaldo. discurs. 25. n. 23. §. 24. Luc. de creat. discurs. 58. Scop. ad Gratian. obs. 122. à n. 10. Luc. ad Gratian. animadvers. 505. Capic. Latro conf. 73. n. 17. Salgad. in labyrint. 3. part. decis. 102. per tot vide lib. 7. cap. 9. à n. 43.*

Qui institor tacitè institutus non potest obligare tacitè proponentem, nisi ex sequentibus. Primò, quod institor declaret tempore obligationis mutuum accipere pro tali, & tali, præcisa necessitate ad amissim expescificanda. Secundò, quod jure talis necessitas intercedat. Tertio, quod dans pecuniam illam necessitatem sciat. Quarto, quod non detur maior quantitas, quæ signanter extitit necessaria. Quintò, quod sit pro utilitate præponentis. Sextò, quod contractus sit celebratus in loco, ubi vigeat causa necessitatis; *l. 1. §. non autem ff. de exercitor. act. ibi Barth. L. fin. ff. de institor. act. Ansaldo. discurs. 45. n. 21. §. discurs. 46. n. 29. latissimè relatis pluribus Hermosf. sup. à n. 21. usque ad n. 32. Jan. dict. tit. de lib. institor. à n. 39. ad 44. ubi dicit, quod, uno ex his requisitis deficiente, præponens tacitè non obligatur; vide Michalor. de fratrib. 2. part. cap. 48. n. 15. §. 16. Vide lib. 7. cap. 6. n. 77. Barbof. in l. 1. cod. de institor. act. n. 6. Rocc. disput. selectar. cap. 102. per tot.*

Institor, & factor differunt; quia institor dicitur ille, qui tabernæ locove ad emendum, vendendumque præponitur, quive sine loco ad eundem actum præponitur; *l. institor est ff. de institoria actione l. 3. ff. eodem, factor dicitur ille, qui præponitur villæ, vel propriis colligendis, seu familiaribus negotiis; DD. ad l. si cum vilico*

76 *lico ff. dict. tit. Jan. de scriptur. privat. tit. de lib. institor. n. 6.* sed in ferè omnibus, quæ diximus circa obligandos, vel non obligandos præponentes conveniunt, sicut quoque obligatur.

77 Et sic libro factoris contra dominum, vel præponentem creditur, & contra præponentium hæredes ad favorem tertii, & ipsius factoris scribentis, quatenus tamen fides ejus agnita est à domino, qui negotiis eum præposuit; *Jan. de scriptur. privat. tit. de lib. factor. à n. 1. usque ad 7. Cravet. conf. 815. n. 14. Fulgos. conf. 102. à n. 1. & factor,*
78 *qui librum præponenti exhibere recusat, ad damna, & interesse tenetur ex Jan. sup. n. 8. Ansaldo. discurs. 72. à n. 2. & discus. general. à n. 129.*

79 Libro cujuscunque alterius administratoris circa expensæ creditur, sequentibus concurrentibus; quod expensæ sint verosimiles; quod detur difficultas probandi; quod sumus in actibus qui fieri solent absque testibus; quod concurrat qualitas causæ, legalitas scribentis, bona fama; quod expensæ non sit excessiva respectu patrimonii, quod administrat *Cravet. de antiquit. tempor. vers. limitat. 4. n. 32. Jan. de scriptur. privat. lib. 4. tit. de lib. administrator. à n. 1. cum sequentibus. & diximus latè cap. 4.*

80 Quæ diximus circa obligationem præponentium institores, & factores, intellige sive institor, seu factor præpositus sit servus, filius familias, minor, mulier, vel quicumque alius, qui vel à jure, vel ab statuto proprio nomine contrahere non potest: quia hoc non obstante præponentes obligat; *ex S. eadem Inst. quod cum eo ubi Harpetr. n. 14. l. 1. S. cujus 4. ff. de exercitor. act. l. 1. l. sed & si 7. S. 1. cum l. seq. ff. de instit. act. S. 1. S. 3. Instit. quod cum eo, ubi cum ibi notatis per Harpetr. usque ad S. illud 8. habes quatenus pater, vel dominus cogi possit ad reddendam rationem de rebus gestis à filio, vel à servo, vel per actionem quod*

jussu, vel per exercitoriam, vel institoriam, vel per actionem de peculio, aut de in rem verio, prout casus circumstantiæ fuerint.

Depositarij simplicis depositi, quod illud est, quando res non letigiosa ab uno, vel à pluribus deponitur, *ex l. 1. S. sed & si duo 44. ff. depositi*, actione depositi coguntur reddere rationem rei depositæ unà cum fructibus, ut diximus *lib. 1. cap. 2. & hoc lib. cap. 5. à n. 92. Harpetr. in S. item is 2. Inst. quib. mod. re contrahitur obligat. à n. 50. & docet cum aliis Hermosil. in l. 8. tit. 3. p. 5. glos. 10. à n. 1. si fructus extant, vel extare præsumantur, prout intra triennium extare præsumuntur frumentum, vinum, & oleum, & intra annum poma; Hermosil. sup. n. 3. Gratian. cap. 243. à n. 59. Rot. Genuens. dec. 144. à n. ... nisi Judicis autoritate vendantur; quia tunc ipsos fructus restituere non tenetur, sed eorum æstimationem, Hermosil. n. 4. vel sit elapsum tempus, quo præsumuntur extare; quia tunc ad eorum æstimationem tenetur, licet dicant eos conservasse per triennium, & consumptos fuisse; quia tenebatur vendere; Hermosil. sup. n. 6. Caros. de sequestro 3. parte q. 21. ubi ex Marc. dec. 444. tenet, quod si sunt res, quæ successu temporis non consumuntur, ut vestimenta, sufficit, ut de his reddatur ratio in statu restitutionis.*

Contraria actione depositi coguntur deponentes recipere depositum refundendo depositario expensas utiles, & necessarias ad rei depositæ conservationem, *ex l. actione ff. depositi Hermosil. in l. 8. tit. 3. p. 5. glos. 5. n. 5. & in l. 10. tit. 1. p. 5. glos. 1. S. 2. n. 3. Gratian. cap. 42. n. 24. Caros. de deposito 1. p. tit. de casu n. 20. Harp. sup. à n. 50.*

Sequestrarij actione depositi sequestraria vocata, quæ competit litigatori, cui res tamquam vero possessori addicta est adversus sequestrum, ut rationes reddat, & rem litigiosam ad custodiendam, acceptam restituat cū omnibus fructibus, commodis, & utilitatibus,

litatibus, & accessionibus, quas ex re ipsa depositi tempore litis percepit; *l. 1. §. Ideo 24. l. ei apud quem §. 1. ff. depositi l. Julian. 9. §. penult. & ult. ff. ad exhibendum Harp. in §. praterea 3. Inst. quib. mod. re contrahitur. obligat. à n. 180. latè Gal. de fructib. disp. 32. à n. 1. usque ad 27. Montan. de tutel. cap. 38. n. 78. Vide lib. 6. cap. 9. per tot.*

87 Contraria depositi sequestraria actio ei conceditur, apud quem res litigiosa est deposita ad repetendum, & consequendum sumptus, damna, omneque id, quod in re sequestrata necessariò, vel utiliter impendit; *l. ei apud quem 5. in princip. ff. depositi Harp. sup. à n. 181. Reyn. obs. 37. n. 7. & cæteri administratores actione in factum coguntur reddere rationes Posth. dec. 558. à n. 17.*

88 Omnia supra dicta procedunt, quando de administratione judicialiter non constat, secùs verò, quando judicialiter suscepta est administratio; quia tunc ordinariè agendum est contra administratores, sed summarìè sunt cogendi via executiva reddere rationes juxta tradita *lib. 1. cap. 8. per tot. Peg. ad Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 29. glos. 35. n. 3. & si per instrumentum administratio probatur per assignationem decem dierum proceditur, ut d. cap. 8. diximus.*

90 Non verò potest procedi faciendò citare administratorem, ut rationes præstet intra biduum, vel triduum, aut alleget impedimenta usque ad primam audientiam cum comminatione, quod notificatio judicanda erit per sententiam, ut sæpè cum collegis meis in utroque Senatu judicavi, & sæpissimè vidi constanter judicatum: quia non debet petens rationes hoc modo transferre in contrarium onus probandi non tenere reddere rationes, cum intentio debeat probari ab actore, neque agere via summaria, cum actionem debet, quia esset juris ordinem deformare *Ord. lib. 3. tit. 30. per tot. & gravare onere probandi eum, qui de jure non tenetur, & sic quotidie judicamus ju-*

bendo, quod ordinariè agatur nisi administratio sit probata per instrumentum, vel publicum, vel privatum, quod habeat assignationem decem dierum, secundum tradita à Doctissimo *Peg. for. cap. 1. per tot. & novissimè à Mor. de execut. instrument. lib. 1. §. 2. per tot. quia tunc solum summarìè agitur Ord. lib. 3. tit. 25. ubi per tot. Barb.*

CAPUT IX.

De Calculatoribus, Æstimatoribus, seu Arbitratoribus ad rationes dispungendas eligendis, ac de eorum potestate, & jurisdictione.

SUMMARIUM.

- 1 Ad calculandas rationes calculatores eligendi sunt, si de publico electi non sint.
- 2 In eligendis calculatoribus, seu arbitratoribus forma statuti servanda est; aliàs nullus est actus.
- 3 Et si statutum duos eligere jubeat unum eligere non sufficit, qui etiam extra locum quærendus est.
- 4 Deficiente statuto juxta consuetudinem eligendi sunt, aliter nulliter proceditur.
- 5 Deficiente etiam consuetudine duo periti à partibus eliguntur.
- 6 Partes in uno perito concordare possunt, si de ipsarum tantum interesse agatur.
- 7 Vel in loco unus tantum reperiat, qui extra locum non est quærendus, nisi de gravi, & magno præjudicio alterius agatur.
- 8 Vel quando unus de publico tantum peritus adsit, qui tunc solus sufficit.
- 9 Electio à partibus fieri debet.
- 10 Nisi de interesse publico agatur, vel aliorum, quia tunc ipse iudex eligat.
- 11 Sicut eligit quando partes contumaces in eligendo sunt; & quando à publico deputati existunt, partes non eligunt.

- 12 Peritis electis disconcordantibus in essentialibus contractus, & partibus circa tertium eligendum non concordantibus, contractus resolvitur.
- 13 Et quando ad tertium deveniendum est, satis percasus declaratur.
- 14 Discordantibus in accidentalibus contractus, vel in judicialibus ad tertium devenitur, quem vel partes, vel illis discordantibus, aut nolentibus Judex eligit.
- 15 Hujusmodi calculatores semper periti respectu illius rei ad quam eliguntur, esse debent, prout sunt, qui bene in arte sua se habuerunt.
- 16 Peritus in unaquaque arte accipiendus est secundum speciem artis, & non secundum genus.
- 17 Multo fortius quando artes disparis generis essent.
- 18 Peritus in molendino non probat in iis pertinentibus ad molendinum ex fabro murario.
- 19 Inferiori arte magistri, nequaquam probant in superiori, unde ad probandum valorem edificiorum adhibendi sunt architetti, & non fabri.
- 20 Ad dispungendas rationes mercatoris, mercator ejusdem mercaturæ peritus erit, & sic de cæteris hic enumeratis.
- 21 Infamis peritus esse potest, cum non ad personam, sed ad peritiam attendatur, sicut tutor, curator, & arbiter esse potest.
- 22 Periti, & arbitri sive à Judice, sive à partibus ad acceptandum cogi nequeunt.
- 23 Sed acceptantes cogi possunt, & quibus pænis?
- 24 Et ad damna ex mora resultantia tenentur: sed de publico deputati acceptare coguntur.
- 25 Calculatores, si de publico deputati non sint, & juramentum non habeant, jurare debent.
- 26 Et similiter tertius à partibus, vel à Judice electus.
- 27 Quando, & quomodo recusari possint remissive? Suam depositionem jurare debent.
- 28 Sed aliquando sine juramento probant, prout in casibus hic.
- 29 Calculatores causæ cognitionem habent, sed tantum potestatem calculandi, & dispungendi rationes.
- 30 Unde commissionem excedere dicuntur, si tutores, vel curatores in usuris pecuniæ pupillaris condemnaverint, aut in lucris, aut in damnis.
- 31 Super juris dubiis vota proferre non valent, nisi juris arbitri tanquam nominati sint.
- 32 Praxis utriusque Senatus circa modum nominandi tertium in casu discordiæ refertur, & à quibus, & in quo tempore salarium debeatur.
- 33 Ultra primos, & secundos arbitratores tertii nominandi non sunt: ad calculandum infans nominari valet, non ad dicendum, aut judicium interponendum.
- 34 Calculatores decretum judicis excedere nequeunt, & excedentibus rationes nullæ erunt.

Condemnatis tutoribus, curatoribus, seu quibuscunque aliis administratoribus, ad factum reddendæ rationis, ad calculandas rationes calculatores sunt eligendi, quando de publico jam electi non sunt, latè Escob. de ratioc. cap. 8. 32. & 33. per tot. & nos tract. 1. lib. 1. cap. 11. & 12. per tot. & tract. 2. lib. 3. cap. 20. per tot. & tract. 3. lib. 8. cap. 9. à n. 39. usq. ad 59. quæ omnia hic in mentem revoca, ne cum labore, & sine utilitate dicta repetamus Hees. de rationib. reddend. loc. 3. à n. 28. latissimè Pacian. de locat. cap. 34. §. 5. à n. 1. usq. ad 70. ubi de peritorum electione, relatione, & probatione. In eligendis arbitratoribus, seu calculatoribus forma statuti, si adest, est servanda, alioquin actus est nullus ex cap. cum delecti de rescript. Mantie. de

de tacitis lib. 1. tit. 2. n. 31. *Surd. decis.* 122. n. 2. *Possidon. de empt. lib. 3. dub.* 26. n. 1. ubi multos citat, ita ut, si statutum duos eligere jubeat, non sufficiat unum eligere, sed necesse sit quærere peritum, etiam extra locum, cum multis *Possidon. dict. dubio* 26. n. 3. *Mascard. de probat. concl.* 1169. n. 34. *Pacian. de probat. cap.* 47. n. 47. lib. 1. & statuto deficiente, sunt eligendi juxta formam à consuetudine introductam, alioquin erit electio nulla; *Possidon. sup. n. 5. Gratian. cap.* 228. n. 21. § 27. *Urceol. forens. cons.* 55. n. 3. § 4. *Thom. de tutorib. tit.* 34. cap. 1. à 186. *Duard. de societ. lib.* 3. cap. 6. g. 6. à n. 3. *Ordin. lib.* 3. tit. 17. per tot. ibi *Barb. Hees. de bonor. communicat.* 1. p. l. c. 4. à n. 238.

Ubi non datur statutum, seu consuetudo præstans formam eligendi peritos, eliguntur duo periti à partibus; *Pacian. sup. n. 35. Mascard. sup. n. 20.* § 21. *Menoch. de adeptis. remed.* 5. n. 162. cum aliis *Possidon. sup. n. 4.* nisi vel partes ipsæ concordent stare in uno perito, & de ipsarum tantum interesse agatur; *Mascard. sup. n. 29. Pacianus sup. n. 42. Possidon. alius relatis n. 10.* vel duo periti non reperiantur in loco, quia tunc extra alius non quærendus, nisi agatur de gravi, & magno præjudicio alterius; *Menoch. Mascard. Pacian. & Possidon. in locis proximè citatis, vel tandem, nisi adsit peritus unus de publico deputatus, qui tunc solus sufficit, Mascard. sup. n. 28. Menoch sup. n. 162. Pacian. sup. 39. Possidon. sup. n. 11. Thom. sup. à n. 19. Hees. de rationib. reddend. loc. 3. à n. 28. usque ad 68. Duard. sup. n. 3. 4. § 5. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 17. §. 2. n. 2. Hees. de bonor. commun. loc. 4. n. 240. ubi ait, quod in causa ardua unus non sufficit.*

Electio à partibus fieri debet; *Gratian. cap.* 228. n. 7. & cum *Mascard. Pacian. tenet Possidon. de empt. lib. 3. dub.* 26. n. 12. nisi agatur de interesse publico, vel aliorum, quam ipsarum partium, quia tunc ipse Judex eligit; *Fontan. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p.*

13. à n. 53. § 55. *Possidon. n. 13. § 14. Gratian. cap.* 228. n. 17. vel nisi partes in eligendis sint contumaces, quia tunc Judex eligit ex relatis DD. vel nisi de publico sint deputati; quia tunc à partibus non eliguntur; ut diximus tract. 1. lib. 1. cap. 11. § 12. *Escob. cap.* 33. *Thom. sup. n. 189. Duard. sup. d. n. 3. 4. § 5. Ord. lib. 3. tit. 17. Hees. d. loc. 4. à n. 243.*

Peritis electis discordantibus in essentialibus contractus, & partibus concordantibus, circa tertium eligendum contractus resolvitur, ex litem sed unus 19, §. si duos ff. receptis arbitr. l. si merces 28. ff. locat. *Lanfranc. de arbitr. p. 4. princip. n. 77. Mantio. de tacitis lib. 4. tit. 19. n. 19. § 55. § lib. 2. tit. 1. à n. 26.* nisi facultas eligendi tertium incertum uni soli data sit, vel quando unus ex contrahentibus est in causa, ut electi non arbitrentur, vel quando partes in contractu convenerunt, in casu discordiæ eligendum esse pro tertio talem; vel quando periti essent electi, ut arbitratores, vel quando traditio præcessit, quia tunc omnino deveniendum est ad electionem tertii; vel quando versatur favor dotis, aut alimentorum, seu piæ causæ; vel quando una pars cum alterius injuria locupleteretur, vel quando sumus in ultimis voluntatibus, vel quando electio peritorum fit, lege, vel statuto, jubente; vel tandem, quando partes convenissent eligere peritos tones, quoties oportuerit; quia in omnibus his casibus, peritis concordantibus, tertius est necessariò eligendus, vel ab ipsismet partibus, vel in earum contumacià à Judice; *Possidon. de emptione lib. 3. dub.* 26. à n. 18. usque ad 31. *Mantio. & Lanfranc. sup. Noval. de transmissionib. cas.* 35. cum cæteris ab eò citatis *Felic. de societ. cap.* 38. à n. 43. usque ad n. 99. *Berart. in specul. visitation. secular. c.* 23. n. 194. *Gregor. Rosignol. de contractib. contract. 7. de societ. disquisition. 2. §.* 24. n. 5. latè *Altimar. de nullitat. contract. rub. 1. p. 2. g. 28. à n. 1. ad n. 385.*

- 14 In accidentibus contractus, vel in judicialibus discordantibus ad tertium devenitur; *l. hac venditio 7. ff. de contrab. empt. cum infinitis Possidon. dict. dub. 26. n. 32. § 33. Maron. quotidian. cap. 236. n. 7.* quem vel ipsæmet partes eligunt, vel illis discordantibus, aut nolentibus, Judex; ut diximus latè *tract. 1. lib. 1. cap. 12. Escob. de ratioc. cap. 32. à n. 13.* ubi alios citat *Rosignol. sup. d. n. 5. Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 6. n. 4. 5. § 6.*
- 15 Calculatores sive à partibus, sive à Judice eligantur, semper periti respectu illius rei, ad quam eliguntur, sunt eligendi, & illi dicuntur, qui se dici benè habuerunt in arte sua; *Possidon. de empt. lib. 3. dub. 25. n. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 38. Bald. in l. 1. cod. de Athletis lib. 10. Rosignol. sup. d. n. 5. Pacian. de locat. cap. 34. §. 5. à n. 5.*
- 16 Peritus autem in unaquaque arte accipiendus est secundum speciem artis, & non secundum genus; neque enim peritus clavorum, aut terrarum erit peritus ensium, aut scolopetorum, eo quod utrique sint fabri ferrarii, nisi secundum accidens, quod non facit ad regulam; *l. non contrahit. 5. ff. ad leg. Juliam Maiestatis;* & hoc tanto magis, quando artes essent disparis generis. Unde benè inferunt *Possidon. sup. n. 4. Aretin. cons. 83. n. 1.* quod peritus molendini non probat in his, quæ super molendino pertinent ad fabrum murarium; *Luc. de judic. discurs. 33. à n. 20. Rosignol. à n. 5. Heef. de bonor. commun. eorumque divis. 1. p. loc. 4. à n. 231.*
- 17 Similiter in subalternis eos, qui inferiori arte sunt magistri, in superiori nequaquam probare, quoniam superior habet scire aliquid super inferiorem; ideòque ad probandum valorem ædificiorum adhibendos esse architectos, & non fabros docent *Mascard. concl. 653. n. 11. Possidon. sup. n. 6. Barb. ad princip. Ord. lib. 3. tit. 17. n. 1.* ubi alios citat *Heef. d. loc. 4. n. 229.*
- 20 Igitur ad dispungendas rationes mercatoris peritus erit mercator ejusdem mercaturæ; ad dispungendas rationes magistri navis, alius navis magister; tutoris, seu curatoris, alius tutor, seu curator; focii, alius, qui similis societatis socius fuerit; intitoris alius ejusdem speciei intitor, & sic de aliis, nihil referente, an sit infamis, vel non; quia non attenditur ad personam, sed ad peritiam; *Escob. de ratioc. cap. 8. n. 2. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 21. n. 112.* ubi, quod potest esse tutor, curator, & arbiter; *Anfald. de comerc. disc. general. § ultim. n. 44. Luc. dict. disc. 33. à n. 20.*
- Periti à partibus, vel à Judice electi ad acceptandum cogi non possunt; *Escob. de ratioc. cap. 8. à n. 3.* & diximus *tract. 1. lib. 1. cap. 11. n. 12.* ubi nostram habes sententiam, sed ubi primùm officium calculandi, seu arbitrandi acceptaverint per Judicem cogi possunt parte petente, & ad id in domo alicujus retineri; & ad carcerem mitti valent, ibi etiam, eis renuentibus pertinaciter vota sua pronunciare, alimenta denegari valent; *Escob. sup. à n. 3. usque ad 12.* & ad damna parti læsæ ex mora resultantia tenentur; *Escob. dict. cap. 8. n. 6. § cap. 32. n. 18. arg. tx. in l. si mandavero cum leg. sequenti ff. mandati,* & alii apud *Escob.* in locis citatis *Luc. sup. n. 29.* vel quando de publico à magistratu, seu decurionibus deputantur *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 17. §. 1. n. 2.*
- Calculatores, si de publico non sint deputati, & ex officio juramentum non habeant, illud subire tenentur; *Escob. de ratioc. cap. 8. n. 21. 22. § 23.* & similiter tertius in casu discordiæ, vel à partibus, vel à Judice nominatus; *Escob. cap. 32. n. 22.* & diximus *tract. 1. lib. 1. cap. 11. à n. 6.* ubi quomodo, & quando recusari valeant à n. 9. & *Escob. dict. cap. 8. à n. 13. ad 20. Possidon. de empt. lib. 3. dub. 24. n. 7.* ubi quod peritus à partibus, vel à Judice electus suam depositionem jurare debet; *l. hac æditali 6. §. his illud cod. de*

de secundis Farin. de test. q. 74. n. 99. Mascard. concl. 653. à n. 1. Menoch. adepiscendæ remed. 5. n. 164. Luc. sup. à n. 22.

28 Sine juramento depositio peritorum probat, vel quando partes ipsæ remitterent juramentum expressè; ex Farinac. sup. n. 83. cum multis Possidon. dict. dub. 24. n. 9. vel quando agitur de valore vulgato; vel quando agitur de re modici valoris; vel quando adesset statutum, procedatur omiſſa juris solemnitate; vel quando peritus assumeretur, tamquam arbitrator; Possidon. multis relatis sup. à n. 9. usque ad 14. qui n. 8. advertit, quod hujusmodi juramentum non veritatis, sed credulitatis erit; Thom. de tut. orib. tract. 10. tit. 34. cap. 1. n. 188. & 189. Luc. dict. discurs. 33. à n. 19. Ord. lib. 3. tit. 17. §. 2. Hees. de bonor. communion. eorumque divis. 1. p. loc. 4. à n. 244.

29 Calculatores, vel à partibus, vel à Judice electi ex legis dispositione nullam causæ cognitionem habent, sed solum facultatem calculandi, & dispungendi rationes; Escob. de ratioc. c. 8. n. 24. & 25. Ord. lib. 3. tit. 17. in princip. ideoque, si juxta juris dispositionem condemnaverint tutores, vel curatores in usuris pecuniæ pupillaris, aut in lucris cessantibus, seu damnis emergentibus, commissionem excedere dicuntur; per Escob. dict. cap. 8. n. 28. quia super dubiis in jure consistentibus vota proferre non valent; Escob. dict. n. 28. Ord. lib. 3. tit. 65. §. 5. nisi tamquam arbitri juris sint nominati à partibus committendo illis, ut circa juris articulos in rationibus incidentes sua vota proferant; Ayor. de partit. c. 4. n. 24. Castel. in l. 27. tauri vers. quero Alex. volum. 7. cons. 21. n. 11. & 12. Escob. sup. n. 25. Strach. de mercat. 2. p. n. 76. Cacialup. de arbitr. lib. 3. cap. 8. & alii apud nos tract. 1. lib. 2. cap. 1. n. 8. & ferè per tot. cap. ubi & in cap. seq. & tract. 1. n. 1. lib. 1. cap. 11. & 12. cætera habes hic desideranda, & apud Escob. cap. 8. & cap. 32. & 33. & apud

Luc. dict. discurs. 33. Salgad. de reg. proteſt. 4. p. cap. 10. à n. 144. & dicemus lib. 8. cap. 1. à n. 8. latè de materia arbitratorum, & compromiſſi Altumar. de nullit. q. 199. per tot. & de nullit. contract. rub. 1. p. 2. q. 28. per tot.

Praxis utriusque Senatus Portuensis, & Supplicationis est, quod, discordantibus calculatoribus, partes eligant, dummodo una tres laudatos nominet, altera similiter alios tres, ex quibus sex Judices eligunt unum five ex una, five ex altera parte nominatum, de qua praxi inconcussa ego ipse testor, quibus calculatoribus, & omnibus five à Judice, five à partibus electis debetur fallarium solvendum ab eo, in cujus instantiam sunt electi Tusc. verbo fallarium conclus. 12. n. 2. Leonard. Duard. de societ. lib. 3. cap. 6. q. 7. n. 1. 2. 3. & 4. Tusc. verb. calculat. conclus. 4. n. 12. dummodo judicialiter sint electi, quod fallarium, in principio debetur Leonard. sup. n. 2.

Ultra primos, & secundos arbitratores, tertii admittendi non sunt ut judicatum refert Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 17. §. 2. n. 4. & ad calculandum tantum potest eligi etiam infans post quintum annum Narbon. de ætate anno 18. q. 6. non verò ad dividendum Narbon. sup. n. 2. & 3. seu ad judicium interponendum ex l. ut jurisjurandi 7. §. debetur ff. de operis libertor. & calculatores non possunt excedere decretum Judicis, & si excedant in calculandis rationes erunt nullæ Peg. forens. cap. 3. num. 751. & 752. ex Ord. lib. 3. tit. 66. §. 5. Escob. de ratioc. cap. 38. n. 6. & 7. diximus lib. 4. cap. 5. à n. 27. & à n. 44. Ord. lib. 3. tit. 66. §. 5. ubi Barb.

CAPUT X.

Quomodo tutor, vel curator pro pupillo, vel minori, qui mansit in capite, & administratione casalis, seu in possessione, administratione hæreditatis cæteris cohæredibus, & creditoribus hæreditariis rationes reddere teneatur?

SUMMARIUM.

- 1 Tutor, seu curator, tanquam casalis caput alicujus hæreditatis nomine pupilli, seu minoris, cæteris cohæredibus, legatariis, & creditoribus rationes præstare tenetur.
- 2 Ad quod ante inventarium solemniter factum præstare tenetur.
- 3 Aliàs contra ipsum juratur.
- 4 Defectus tamen inventarii per alias probationes suppleri potest.
- 5 Omnia bona immobilia hæreditatis exhibere tenetur, quæ casalis caput alienare nequit; licet vir, aut uxor sit, & contrarium dicentes conciliantur.
- 6 Bonaque mobilia, seu eorum pretium exhibenda sunt, & quomodo pretium liquidandum?
- 7 Fructuum quoque ratio reddi debet, sive ante hæreditatem aditam, cum hæreditatem augeant.
- 8 Sive postea, quo casu patrimonium hæredum dicuntur.
- 9 Et non tantum hæredibus illico hæreditatem adeuntibus, sed etiam ex intervallo, fructus ratio reddi debet.
- 10 Nisi bonafide credat totam hæreditatem sibi ex justo titulo pertinere, vel rem, qua fructus percepit, hæreditariam esse ignoret.
- 11 Illis quoque sub conditione institutis hac purificata fructus restituendi pro hæreditariis partibus, sunt.
- 12 Et legatariis corporum legatorum fructus reddendi.

- 13 Creditoribus etiam de omnibus bonis hæreditariis ratio danda venit.
- 14 Defructibus, remissivè.
- 15 Cohæres bona hæreditatis administrans de bonis peremptis post mortem commissam, & de fructibus percipiendis ratio reddere debet.
- 16 Omnes expensæ à cohærede factæ in cõmodum cohæredum, legatariorum, & creditorum ei solvenda sunt.
- 17 Et solutiones creditoribus hæreditariis factæ.
- 18 Exonerandus etiam est de bonis, & fructibus absque culpa sua peremptis.
- 19 An exonerandus sit casalis caput de alimentis sibi, & suis præstitis, & aliis, dum partitiones non fiant, ex bonis hæreditariis, sumptis? Quod optimè declaratur.
- 20 Iterum declaratur, & limitatur.
- 21 An, & quando casalis caput onerandus sit de redditibus domus hæreditariæ à se habitatæ?
- 22 Antequam divisiones fiant administrator hæreditatis rationem reddere debet, & ad id cogi potest.
- 23 Vidua casalis caput an teneatur bona esse libera probare, an ei præsumptio juris sufficiat? Per deliberationes resolvitur nn. seq. & n. 27.
- 24 Quorum bonorum possessio in viduam transferatur post ejus mariti mortem?
- 25 Quæstio formatur? Et n. seq. & n. 27. resolvitur.
- 26 Omnia bona libera, & non maioretus præsumuntur.
- 27 Quæstio, de qua in n. 23. & n. 25. negativè resolvitur; ubi multa de qualitate probanda.
- 28 Interdictum unde vi competit uxori pro consequenda possessione bonorum allodialium, aut melioratorum, à quibus fuit spoliata, quod spoliolum evitari neque per depositum meliorationum.
- 29 Ad contraria, quæ faciunt ad resoluta

- soluta supra n. 27. respondetur n. 30.
- 30 Uxoribus nubentibus sine pacto speciali indulgetur, ut in possessione bonorum casualis post obitum illorum maneat, & adversus ingredienti-
 31 entes eorum possessionem spoli-
 32 remedium habeant; in quibus ta-
 33 men bonis hoc privilegium cesset
 34 declaratur, & n. sequenti.
- 32 *Quaestio de qua n. 23. iterum, & melius deciditur.*
- 33 *Licitatio admittitur in bonis dota-
 34 lis venientibus ad collationem, & in
 35 rebus electis ad suam tertiam a
 36 testatore.*
- 34 *Ad instantiam creditorum casualis
 35 confitentibus coheredibus debita,
 36 separatio bonorum ad solutionem
 37 eorum fieri debet, de qua ad judi-
 38 catione sententia extrahi potest
 39 adversus coheredem, cui ad judi-
 40 cata fuerunt absque regressu contra
 41 alios coheredes.*
- 35 *Creditorum quoque separationem
 42 requirentes ultra bona separata
 43 nullum regressum habent adver-
 44 sus coheredes.*
- 36 *Quod secus est quando separatio fit
 45 creditoribus non petentibus, vel
 46 non precedentibus legitimis cohe-
 47 redum confessionibus.*
- 37 *Factis divisionibus, licet appellatae
 48 sint, caput casualis jam in solidum
 49 conveniri nequit.*
- 38 *Neque casualis caput, neque alius
 50 coheres cogi possunt acceptare bo-
 51 na separata ad creditoribus solven-
 52 dum.*
- 39 *Bonis tamen separatis de consensu
 53 creditorum, & coheredum, cohe-
 54 res petere non potest, ut bona se-
 55 parata sub hasta publica vendantur,
 56 nisi factio termino, per quem se
 57 obligat, ut ex suo solvat, defeci-
 58 ente pretio, quo aestimata fuerunt.*
- 40 *Caput etiam casualis tenetur ratio-
 59 nem reddere de acquisitis, sive ex
 60 bonis, sive ex contractibus de-
 61 functi; sicut socius heredibus so-*
- cii tenetur de acquisitis post mor-
 62 tem socii societatis ratione, quia
 63 licet societas ad heredes non tran-
 64 seat, lucrum tamen, & damnum
 65 proveniens à societate incaptà à
 66 defuncto transit ad heredes dum
 67 tempus societatis non finitur.*
- 41 *Sed etiam quod lucrum, & dam-
 68 num, quod non transeat ad here-
 69 des alii DD. dixerunt.*
- 42 *Acquisita post mortem viri à vi-
 70 dua ante divisionem, ex pecunia
 71 casualis acquisita praesumuntur; si-
 72 cut acquisita à muliere, matrimo-
 73 nio constante, ex pecunia mariti,
 74 & ita acquisita divisionem spe-
 75 ctant.*
- 43 *Ita similiter acquisita à vidua in-
 76 tra annum luctus, nisi vidua con-
 77 trariis, ac praesumptione diluat.*
- 44 *Post annum luctus vidua ex pro-
 78 pria pecunia acquisivisse praesu-
 79 mitur, nisi admenistret bona fi-
 80 liorum, ex quibus tanta pecunia exi-
 81 re potuisset, secus si non potuis-
 82 set.*
- 45 *Et quando acquisitio facta à vidua
 83 tempore secundi matrimonii praesumatur facta ex bonis primi ma-
 84 riti, declaratur.*
- 46 *Sed heredes primi mariti ad illa bo-
 85 na actionem reivindicationis non
 86 habent, sed tantum ad pretium
 87 cum usuris consequendum.*
- 47 *Vidua manens in possessione, & ca-
 88 pite casualis agere potest per a sig-
 89 nationem decem dierum in omnibus
 90 casibus, in quibus maritus agere
 91 potest.*
- 48 *Vidua manens in capite casualis licet
 92 non teneatur ad debita contracta
 93 ante matrimonium, tenetur tamen
 94 ad eorum usuras eo constante curren-
 95 tes.*
- 49 *Vidua transiens ad secunda, vel ter-
 96 tia vota, non factio inventario, pri-
 97 mi, vel secundi mariti, absque
 98 licentia mariti inventarium face-
 99 re potest, ad quod, & ad jurandum
 100 auctoritate mariti non indiget.*

50 *Sed tale inventarium marito non nocet.*

1 **S**I pupillus, vel minor hæres aliquis, sive ex testamento, sive ab intestato mansit in capite, & possessione casalis, & per tutorem, vel curatorem bona indivisa administravit, tenetur rationem suæ administrationis cæteris cohæredibus, & legatariis, ac creditoribus hæreditariis ante divisionem præstare, ut diximus hoc *tract. lib. 1. cap. 2. num. 18.* & latè *tract. 2. lib. 6. cap. 12. per tot.* idè non inutiliter erit breviter videre, quomodo tutor, seu curator teneatur cohæredibus sui pupilli, seu minoris, legatariis, & creditoribus hæreditariis rationes præstare.

2 Ante omnia debet tutor, seu curator exhibere inventarium rerum hæreditatis factum solemnitatibus, de quibus *tract. 1. per tot. & tract. 3. lib. 4. cap. ult.* aliàs contra ipsum in litem cæteri cohæredes jurabunt, ut in prædictis locis satis probavimus, & docet *Cardinal. Luc. in theatr. verit. tom 7. tract. 4. & detutorib. discurs. 7. n. 16.*

3 nisi tutor, curatorque exhibeat probationes, ex quibus defectus inventarii suppleatur, cum probatio, quæ ex libro, & inventario resultat, sit præsumptiva, non tamen præcludens alias species probationis, atque illa per juramentum in litem est subsidiaria: quatenus tutor aliunde se non justificet, sed non per hoc prohibendus est, alias probationes facere, puta benè coartando negativam aliorum bonorum eo modo, quod ex inventario legitime confecto probaretur, *Luc. dict. disc. 7. n. 15. cum multis Urceol. for. conf. 55. à n. 6. Ansaldo. discurs. 73. à n. 44.*

5 Producto inventario tenetur exhibere omnia bona immobilia hæreditatis, quæ caput casalis alienare nequit ut diximus *tract. 2. lib. 6. cap. 12. n. 61. & 62.* etiam si sit vir, aut uxor, quæ mansit in possessione casalis non obstante quod *Gab. Pereir. dec. 86. n. 7.*

asserat, quod uxor, vel vir manens in capite casalis, è possessione, ante divisiones potest alienare, *Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 8. n. 5. Valasc. conf. 69. à n. 23. & 28. Cabed. 1. p. dec. 146. Valer. de transactionib. tit. 4. q. 1. n. 32. & 33. Peg. forens. cap. 4. pag. 367.* quos intelligo in alienatione necessaria.

Nec non omnia mobilia, sive eorum præteritum, si vel talia fuerint, quæ servandæ servari non possunt, vel ab administratore sint distracta, aliàs per juramentum in litem cohæredum liquidabuntur, vel per alias probationes, si de facili fieri possunt, ex his, quæ diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 1. n. 12. & lib. 3. cap. 8. n. 101.*

Fructuum quoque rationem reddere tenentur, sive percepti sint ante aditam hæreditatem; quia tunc illam augment, *ex l. item veniunt §. item non solum ff. de petition. hæredit. latè Gal. de fructib. disp. 15. à n. 2.* sive post aditam; quia tunc proprium patrimonium hæredum dicuntur; *l. 1. §. veteres ff. de acquirend. possess. Gal. sup. n. 7. Afflic. dec. 26.* non tantum cohæredibus illicò hæreditatem adeuntibus, sed etiam illis, qui ex intervallo hæreditatem adiverunt; quia si unus ex pluribus hæredibus adeat hæreditatem, & ex universa percipiat fructus, cæteris postea adeuntibus tenetur fructus pro portionibus hæreditariis restituere; *Copp. de fructib. lib. 3. tit. 3. cap. 3. Gal. sup. n. 18.* nisi bona fide credat totam hæreditatem ex justo titulo sibi pertinere; *Gal. dict. n. 18.* vel ignoret, rem, ex qua fructus percepit, esse hæreditariam, *ex l. inter cohæredes 45. §. fructus ff. famil. hæciscund. Gal. dict. n. 28.*

Illis quoque, qui sub conditione fuerunt hæredes instituti, quibus purificata conditione tenetur cohæres, qui fuit purè institutus, restituere pro portionibus hæreditariis fructus, quos percepit; *Franch. dec. 604. n. fin. ibi Amendol. & de Luc. Barth. in l. plane 97. ff. legat. 1. n. 2. Gal. de fructib. disp.*

15. n. 24. de quolate tract. 2. lib. 3. c. 10.

Legatariis etiam tenetur reddere rationem corporum, quæ fuerunt legata, & fructuum eorum secundum ea, quæ late diximus tract. 1. lib. 3. cap. 7. à n. 162. usq. ad 181. Gal. de fructib. disp. 17. à n. 1. usque ad 11. Luc. de usuris discurs. 29. per tot. § 30. per tot. late Staib. de interesse lib. 2. tit. 5. § 1. un. à n. 1. usq. ad n. 43.

13 Similiter creditoribus hæreditariis tenetur reddere rationem de omnibus bonis in inventario descriptis, ut ex multis juribus multisque rationibus, & DD. probavimus tract. 1. lib. 3. cap. 8. à n. 1. usq. ad n. 162. ubi nihil intactum reliquimus, quæ vel ad onerandos, vel exonerandos hæredes respectu creditorum hæreditatis de servire poterunt; Gal. de fructib. disp. 15. n. 47. & de fructibus, ut diximus tract. 1. lib. 3. cap. 8. à n. 104. cum plurib. sequentib. Gal. de fructib. disp. 15. art. 1. n. 47. § 48. Franck. dec. 613. Montic. de inventar. 10. n. 208.

15 Prætereà cohæres administrans bona hæreditaria non solum tenetur reddere rationem de bonis, & fructibus perceptis, sed de bonis peremptis post moram in restituendo commissam, & de fructibus percipiendis; ex his quæ diximus tract. 1. lib. 1. cap. 2. à n. 19. § lib. 5. cap. 8. à n. 26. usque ad n. 39. & hoc tract. lib. 2. cap. 10. n. 22. cum seqq. Urceol. forens. cap. 20. per tot.

16 Onerato sic capite casualis, seu cohærede communem hæreditatem administrante de bonis, & fructibus ad ejus manus præventis est exonerandus, & ei sunt recipiendæ omnes expensæ, quas fecit in commodum cohæredum, legatariorum, & creditorum, de quibus diximus tract. 1. lib. 3. cap. 7. à n. 50. usque ad 70. nec non solutiones, quas creditoribus hæreditariis fecit, de quibus dict. cap. 8. à n. 107. usque ad 116. nec non est exonerandus de bonis, & fructibus peremptis absque culpa administratoris, ut diximus dict. cap. 8. à n. 26. cum seqq. § lib. 1. cap. 11. à

n. 61. & vide lib. 7. cap. 8. à n. 23.

19 Ingens quæstio est. Utrum cohæres manens in capite, & administratione casualis, se & suos alendo de bonis hæreditariis teneatur in suam portionem imputare sumptus, & expensæ, quas secum fecit, quando cæteri cohæredes, ex suo, & non ex hæreditate se alimentaverunt, quam jam tetigimus tract. 3. lib. 5. cap. 16. à n. 51. ubi resolvimus, quod alimenta præstita à patre, vel matre manente in capite casualis hæredibus defuncti, qui erant soliti ibi alimenta recipere, non sunt imputanda in suas portiones, quanvis alii adsint cohæredes, qui à defuncto alimenta recipere soliti non fuissent: nunc verò asseveramus, quod in judicio rationum benefaciendæ capiti casualis expensæ, quas fecit pro alendis illis, quos defunctus alere solebat, sive intra domum, sive extra, sive sint filii, sive non, non obstante, quod dentur alii hæredes, qui nec intra, nec extra domum alimenta reciperent, dummodo caput casualis non sit in mora conficiendi partitiones, quia, dum partitio sine mora non fit, durat eadem societas cum omnibus obligationibus, quas ante habebat, ut diximus dict. c. 16. 52. saltem quoad communem mensam, & cohabitationem, ex his, quæ diximus tract. 2. lib. 6. cap. 10. n. 39. optimè Michalor. de fratribus 2. p. cap. 5. ubi per totum cum Ubald. de duob. fratrib. n. 1. p. 6. q. 23. docet, quod fratres socii mensæ non possunt repetere, quod plus impensum est ratione maioris familiæ contra Surd. de alimentis q. 83. idèd sicut defunctus alere solebat, ita caput casualis alere tenetur; quia obligatio defuncti, ut diximus tract. 1. lib. 2. cap. 9. n. 5. & melius n. 42. ex persona hæredis nullam mutationem recipit, & ita videntur tenere DD. quos citavimus tract. 3. lib. 5. cap. 16. n. 52. § tract. 2. lib. 2. cap. 12. à n. 218. § lib. 6. cap. 10. n. 56. faciunt quæ tradit Michalor. de fratribus 2. p. c. 12.

Nostra resolutio non procedit, quan-

quando expendens alimenta est in mora conficiendi divisiones inter cohæredes, vel quando dantur cohæredes non recipientes post mortem defuncti alimenta, quæ in vita recipere solebant, vel ex obligatione naturali, vel civili ipsius defuncti, vel ex liberalitate, & pietate ipsius; quia tunc recipientibus sunt imputanda alimenta, & non recipientes sunt ampliori portione compensandi; quia in primo casu non recipiunt, ex culpa administratoris deferentis divisiones; in secundo contra iudicium, & obligationem defuncti debitis alimentis privantur, & cum eorum jactura recipientes locupletantur contra naturalem æquitatem de qua in *l. nam hoc natura* 14. ff. de condit. in deb. sunt alio modo compensandi.

21 Caput casalis habitans sine mora domos defuncti ante divisiones non est onerandus de redditibus earum; quia pro custodiendis bonis casalis, & ad meliorem administrationem bonorum potius habitare censendus est, quam pro propria utilitate ad similitudinem tutoris, cui non sunt onerandi redditus domorum pupilli, si pro maiori utilitate ipsius pupilli cum eo domos ejus habitet; *Castib. de ratioc. part. 9. Bersanus de viduis cap. 2. q. 36. per tot.*

22 Bona, & necessaria practica esset introducere, ut antequam divisiones fierent, cogeretur administrator hæreditatis rationes reddere administrationis suæ à tempore mortis defuncti usque ad tempus divisionis; cum administrationis rationis redditio debeat esse divisionis præambulum, ut docent *Posth. resolut. civil. resol. n. 9. Pirrus Maur. de solutionib. cap. 18. n. 5. Gratian. dec. 46. n. 6. & 7. ubi Scop.*

23 Inter D. Elisabethan Tharesiam de Noronha, & D. Mariam Henriques de Meneses, Scriba Henriquo Suario Ribeiro, orta fuit ingens contentio, utrum vidua manens in possessione casalis teneatur probare bona esse libera, vel sufficiat ei præsumptio juris, super qua fuerunt factæ sequentes delibera-

tiones, quæ sequuntur ad formalia verba ibi.

Non omnium bonorum, quæ maritus reliquit post mortem suam, transfertur possessio in uxorem superstitem, sed tantum alodialium, & communium inter ipsam, & maritum; bonorum maioratus, aut emphyteutis non aliter, quam si sint meliorata, constante matrimonio, ut probat *Ord. lib. 4. tit. 95. §. 1.* unde suboritur quæstio, an, si mortuo marito, consanguineus ejus possessionem apprehendat omnium bonorum, vel aliquorum, eo prætextu quod sint maioratus, vel emphyteutica, & uxor agat adversus eum interdicto unde vi juxta *dict. Ord. in princip.* teneatur ipsa mulier probare bona alodialia, & communia; an vero ei sufficiat præsumptio naturalis, qua omnes res præsumuntur liberæ, & non maioratus, ut inquit *Molin. d. primogen. lib. 1. cap. 11. n. 11. Arouc. in l. libertas 4. n. 3. ff. d. stat. homin.* ubi plures refert, ut obtineat adversus consanguineum si ille non probaverit bona esse maioratus, aut emphyteutica, an vero consanguineus sit absolvendus, & si tale non probaverit, dummodo uxor nullam aliam probationem afferat præter dictam præsumptionem.

Ego existimo non sufficere uxori prædictam præsumptionem, imò ultra eam debere ipsam concludenter probare aliis probationibus, alodium, & communionem bonorum: & moveor ex eo, quod prædicta *Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 1.* ad transferendam possessionem in uxorem requirit expressè qualitatem alodii, & communionis in bonis, aut melioramenta, & accessiones in maioratu, aut emphyteusi: quando verò lex requirit expressè aliquam qualitatem ad constitutionem alicujus actus probanda est concludenter ipsa qualitas ab agente, & in ea se fundante, quantumvis pro ipsa qualitate adsit præsumptio, quæ tunc non sufficit ad probationem inducendam, ut est recepta sententia de

de qua *Grac. for. cap. 90. n. 25. Bursat. conf. 307. n. 38. Giurb. conf. 99. n. 8. prope finem, & observatione 45. n. 12. Mascard. concl. 1248. n. 18. § 19. Menoch. d. præs. 1. n. 36. tit. quod procedit etiam si præsumptio procedat à qualitate naturali, prout in præfenti, ut cum aliis sequitur Mascard. ubi supra.*

28 Unde cum in præfenti Illustrissima Actrix non probasset concludenter alodium, & communionem præter prædictam præsumptionem nisi quoad Villam dictam (dos Cadafas) per sententiam fol. 499. & quoad prædium dictum (de Alter) in Translagana Provincia eo, quod illud emit ejus maritus, & meliorationes, & accessiones solum quoad Villam dictam (da Speflandeira) ut patet, solum quoad prædictam audiri debet in interdico intentato, quanvis quoad dictam Villam [da Speflandeira] fortasse disputari posset an meliorationes probatæ sufficientes essent, ut propter eas restitui deberet tota Villa Actrici ex his, quæ *Valasc. conf. 111. n. 15.* aut solum prodessent ad hoc, ut reus tantum teneatur deponere quantum æstimationem juraverit Actrix valere dictas meliorationes juxta praxim, de qua ibidem *Valasc. & de partitionib. cap. 6. n. 23.* sed prædicta praxis procedit, non dato prius spolio, ex namque admisso, ne remaneret impunitum fieri debet restitutio ex eodem *Valasc. conf. 111. n. 21. vers.* non obstat, & ideo à supra formatis non recedo.

29 Non diffiteor quod inspecto jure communi, probabilior videatur contraria opinio tenens uxorem agentem pro spolio non indigere alia probatione alodii præter illam, quæ resultat ex dicta præsumptione, qua omnes res præsumuntur liberæ, ut videre est ex his, quæ velut in terminis disputat *Argelus de legitimo contraditore q. 18. art. 5. n. 33. § q. 19. art. 5. n. 114. vers. ad tertium;* quanvis pro nostra etiam adsit *Mascard. conclus. 79. n. 18. Bellon. Rolan. Rozental; Menoch. & alii,* quos

refert idem *Argel. d. q. 18. art. 5. n. 21. § 22.* qui omnes asserunt bona præsumi feudalia, si ut talia possidentur, & asseruntur à possessore; dummodo assertio sit anterior controversiæ, ut concludit *Argel. ibi dict. n. 32.* & evenit in nostro casu, in quo bona existentia ultra Tagum multo antea asserta fuerunt, tamquam maioratus ab ipso marito, & matre ejus tutrice, & ut talia fuerunt deducta in judicio fin. regundorum.

Ex quibus omnibus censeo Illustrissimam Actricem solum restitui debere ad possessionem prædictarum Villarum Cadafas, & Speflandeira, & prædii de Alter cum fructibus à tempore spoli, quoad alia verò bona absolvi debent Reæ, ita placet Ulyssipone 1. Jan. an. 1704. *Galvaõ.*

Per legem Regiam *lib. 4. tit. 95.* in principio indulgetur uxoribus, quæ sine pacto speciali nubunt, ut post obitum virorum maneat in possessionem bonorum, quæ viri possidebant, possuntque adversus eorum possessionem ingredienti spoli remedium deducere, & in judicio proponere, & præter alios judicatum testatur *Peg. forens. tom. 2. fol. 888. § seq. Valasc. de part. cap. 3. n. 10. cap. 6. § conf. 111.* hoc non tamen in illis bonis communibus, quorum ipsa mediatrix est, quia matrimonium contraxit secundum generalem Regni consuetudinem, locum habet, non verò in bonis coronæ, maioratus, emphyteusis, in qua non sit nominata, neque habeat jus aliquod, prout in bonis prædictis, vel aliis similibus, quæ non communicantur *Ord. d. tit. 95. § 1. latè Peg. de possessorio n. 482. cum sequentib.*

31 Vertitur modo contentio super spolio, de quo conqueritur uxor, & excutiendum an rectè? Ego puto Doctissimi præsidis Curialis arbitrium rectè procedere, optimèque rem hanc per illum discussam, facta separatione bonorum declarata in sententia ita, ut in totum Actrix obtinere non debeat,
Rr cum

cùm liqueat bona ea, in quibus se spoliata dicit, maioratui vinculo esse subjecta, sed solum in bonis, quæ Præses exprimit in prædicta sententia, & libera esse ait, quia non ostenditur ad maioratum pertinere, & quod ad hoc sufficit Mulieris negatio, quod ad maioratum non pertineat, & quod manifestè calumniosa non appareat prædicta negatio, ut spoliata dicatur *Valasc. d. cap. 6. à n. 6. usque ad n. 9.* neque donec manifestè liqueat bona esse maioratus debet impediri effectus legis *in d. tit. 95.* ipsaque uxor spoliata dicitur, ut judicatum testatur *Peg. forens. tom. 2. cap. 11. pag. 937. colum. 1.* accedit insuper quod bona libera, & allodialia præsumuntur, & non vinculata, & restitutioni subjecta, & hæc præsumptio transfert onus probandi in contrarium idem *Peg. for. cap. 4. n. ibi cum seqq.* & mortuo viro præsumuntur omnia bona, quæ reperta fuerint esse communia utriusque *Vella disert. 8. n. 54. Mur. d. maioratu p. 4. q. 20. n. 22. cum seqq. § n. 106. cum seqq.* unde cum nobilissima Aggravans non ostendat esse vinculata ea, quæ Doctissimus Præses libera esse statuit, decrevitque in sententia, potius libera esse, in eisque Actrici præclarissimæ spoliū fuisse factum putabam, & comprobatur ex his, quæ *Argel. in locis per Sapientissimum Dominum allegatis.*

32 Sed etiam si lex patria *in d. tit. 95.* requirat quod bona sint libera, & comunicabilia inter virum, & uxorem, ut huic superstiti indulgeatur beneficium in possessione civili bonorum, hancque in bonis qualitatem desideret; attamen cùm qualitas libertatis bonorum sit naturalis, ideò semper adesse præsumuntur, eo ipso probatur, quod contrarium non probatur *Mascard. conclus. mihi 1254. n. 86. § 87.* faciunt ea, quæ *Castilb. de tertiis cap. 13. à n. 12. Lara de capelan. lib. 2. cap. 4. num. 53.* præterquam quod mihi satis probatur ex fundamentis in sententia expensis non esse vinculo subjecta bona illa,

in quibus ibi statuitur Actricem nobilissimam fuisse spoliata: Igitur judicatum amplector Ulyssipone 10. Februarii anno Domini 1705. *Sardinba,* & ita evictum fuit me concordante cum proximo Sapientissimo Domino, & magistro ex fundamentis ab eo præcutitissime exactis, & ex his, quæ refert *tract. 2. lib. 6. cap. 12. per tot. § tract. 1. lib. 1. cap. 10. à n. 87.*

Vidi quoque judicatum quod in bonis dotatis venientibus ad collationem admittitur licitatio, nec non in rebus electis à testatore in suam tertiam, & optimo jure ex his, quæ trado *tract. 1. lib. 1. cap. 11. à n. 62.*

34 Similiter in utroque Senatu vidi judicatum, quod separatis bonis ad solutionem creditorum casalis ad eorum instantiam, & ex confessione, & assensu capitis casalis, & curatoris minoris, vel tutoris impuberis possunt creditores extrahere sententias à processu divisionis, & illas dare executioni adversus eum, cui bona fuerunt tradita ad solvendum, nullo habito regressu contra cohæredes, & optimo jure: quia postulantis creditoribus, & contentibus capite casalis, & cohæredibus separationem bonorum facere, tenetur prædictam separationem facere, tum ex ratione, de qua *tract. 2. lib. 6. cap. 13. à n. 4. usq. ad 16.* tum quia supposita confessione debiti legitime facta ad creditorum instantiam, ipse confessus judicatus est, & quodam modo sua sententia dānatur *ex l. 1. ff. de confessis ibi plenissime Zoëzius Gutter. lib. 1. practicar. cap. 126. Vel. disert. 23. § 42. Recens. p. 5. collectaneo 1774.* ideò in confessum nullæ sunt Judicis partes nisi condemnatio *Cardos. in prax. verb. confessio n. 28. l. 1. cod. de confessis ibi Peres cap. 1. de confessis ibi Barb.*

35 Neque creditores habent regressum contra cohæredes nisi pro bonis separatis ad eorum instantiam: quia semel, quod separationem petierunt actione sua, quam contra omnes cohæredes habebant, novaverunt, & per nova-

novationem prima actio extincta fuit ut dixi tract. 2. lib. 8. cap. 9. per tot. idèd- que si ex mora creditorum fiat non solvendus ille, cui bona fiant tradita nullum contra cohæredes recensum habebunt creditores, quia damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi, & non alii imputare debet ex regula *tx. in cap. damnum de regulis juris in 6. ibi Pechic. & Barbof. l. quod ex culpa ff. eod. ibi latè Sande.*

36 Secus est dicendum quando separatio facta fuit non petentibus creditoribus, vel non præcedentibus legitimis confessionibus cohæredum, quia cum nulliter sit facta talis separatio, nullum producit effectum *ex reg. tx. in l. 4. ff. de re judicata l. non putamus S. queres ff. de bonor. possessionib. contra tabul. cum similib.*

37 Post factas, & appellatas divisiones non potest caput casualis conveniri à creditoribus, in solidum, neque eis solvere nisi pro rata suæ portionis; quia ipso jure sunt divisæ actiones ut dixi tract. 1. lib. 3. cap. 12. per tot. & tract. 2. lib. 2. cap. 13. à n. 41. & lib. 3. cap. 6. & licèt caput casualis conveniri possit, ut dixi *d. tract. 2. lib. 6. cap. 12. semel factis divisionibus, jam bona sunt diversa, & dominium illorum in hæredes transfertur secundum adjudicationem, ut dixi d. tract. 2. lib. 8. cap. 1. & ita me conjudice in Senatu Portuensi fuit judicatum.*

38 Non potest caput casualis, seu alius cohæres cogi ad acceptandum bona separata ad solvendos creditores pro ea æstimatione, qua fuerut æstimata, vel etiam periculo omnium, quia cum actio per divisionem bonorum sit divisæ, ipso jure, contra cohæredes non potest quis, cogi ut eam in solidum in se suscipiat propter bona separata.

39 Ubi verò sunt separata de consensu cohæredum, & creditorum non potest cohæres petere, ut bona sub hasta vendantur, nisi facto termino, per quem se obliget, quod ex suo solvet, si forte vendita fuerint minori pretio, eo

quo æstimata tradita sunt, & ita observat stylus, praxisque communis.

40 Tenetur quoque reddere rationem de acquisitis, five ex bonis, five ex contractibus defuncti, ad similitudinem focii, qui tenetur hæredibus focii reddere rationem de acquisitis post mortem locii ratione societatis, nã licèt societas morte finiatur, & in hæredem non transeat, lucrum, & damnum præveniens à societate incepta à defuncto transit in ejus hæredem, dum tempus societatis non finitur *ex l. verum S. in hæredem l. actione in principio, & S. non te ff. pro socio Cujac. obs. lib. 10. cap. 25. ante medium collegium Argenturaten setom. 1. ad lib. 17. pandectarum tit. 2. n. 13. Zoex. ad tit. ff. pro socio n. 30. in fine & 31. Wes. ad eundem titulum n. 11. Peres ad titul. cod. pro socio n. 16. Alderis. de Symbol. contract. tit. 3. c. 2. n. 16. Ludovic. commun. tit. de societ. conclus. 1. Barbof. in l. 3. cod. pro socio Thesaur. decis. 242. n. 4. Surd. tom. 1. cas. 20. n. 16. & n. 17. Michalor. de fratrib. 2. p. cap. 40. n. 37. & n. 44. Faber in rational. ad tx. in l. actione 65. S. si in re certa 2. ff. pro socio Duaren. ad titul. ff. pro socio cap. 5. circa medium Harpetr. in S. manet 4. Inst. de societ. n. 18. & 19. Rotta Genuens. decis. 71. num. 7. Tusc. practic. lit. C. conclus. 306. à n. 31. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 24. n. 33. Monfiel. obs. ad Cupicu Latr. decis. 189. n. 8. Felicius de societ. cap. 32. à n. 19. & 52. Sabel. volum. 4. verbo societas n. 41. Grivel. dec. 8. per tot. & maxime à n. 24. Corneo casu 1. cons. 122. & pro hac parte judicavit Senatus inter partes Josephum Nunnes da Sylva cum uxore sua, & Didacum Nunnes Pereira, Notario Ludovico Francisco Roderico, & pro decisione Senatus stat nostra sententia de qua tract. 2. lib. 6. cap. 9. à n. 42. ad 45. & lib. 7. cap. 8. n. 77. & 78.*

41 Licèt contraria sententia nempè, quod neque quoad lucrum, & damnum transeat, teneant *Barth. cons. 48. lib. 2. Bald. cons. 87. volum. 2. Belonus de his, que fiunt in continenti lib. 2. c.*

41. *Cardos. in prax. verbo societas n. 35. Ripa de obligationib. vol. 2. conf. 13. n. 10. Gratian. cap. 276. à n. 53. cap. 424. per tot. § 447. à n. 59. § 852. à n. 12. Ozasc. decis. 76. Duard. de societ. lib. 3. cap. 2. q. 3. n. 14. Von. in §. morte Inst. de societ. Ubald. de fratrib. p. 11. n. 13. Gomes 3. var. cap. 3. n. 6. Ruin. conf. 90. § 91. lib. 2. Decius conf. 213. Valasc. conf. 63. n. 6. § 7. Phœb. 2. p. dec. 197. Arouc. allegat. 24. per tot.*

42. Quod post mortem viri vidua acquisivit ante divisiones ex pecunia casalis acquisivisse præsumitur; sicut acquisita à muliere matrimonio constante ex pecunia mariti acquisitum præsumitur *ex l. quintus mutius ff. de donationib. inter l. etiam eod. eod. titul. Alciat. de præsumptionib. regul. 3. præsumpt. 6. Bersan. de viduis cap. 2. q. 37. n. 1. & sic ad divisiones spectat.*

43. Similiter acquisita à vidua intra annum luctus ex pecunia mariti acquisita præsumitur *Bersan. sup. n. 2. eorum resolut 58. à n. 8. § 169. à n. 25. Cancer. 1. var. cap. 9. n. 76. Carpan. ad statutum cap. 269. n. 3. Alciat. sup. reg. 3. præsumpt. 26. n. 4. Antonel. de tempore legali lib. 2. cap. 19. n. nisi vidua hanc juris præsumptionem contrariis diluat probando se industriosam, vel aliunde habere pecunias Bersan. sup. à n. 8. Rocca cap. 136. Antonel. sup. à n. 36.*

44. Post annum luctus ex pecunia propria vidua acquisivisse præsumitur *Bersan. sup. à n. 11. nisi administret bona filiorum, ex quibus tantum pecunia exire potuisset, secus si non tanta Mascard. conf. 1415. n. 4. DD. in l. si defuncti cod. arbitrium tutela.*

45. Acquisitio quam vidua distulit in tempus secundi matrimonii quandoque de bonis primi mariti præsumitur, si primus erat mercator, vel pecuniam domi continuò retineret, secundus non, si primus uxori committebat administrationem, secundus non *Bersan. sup. Alciat. sup. reg. 3. præsumpt. 26. nisi concurrant conjecturæ pro secundo marito, quæ diluant alios.*

46. Hæreses primi mariti ex cujus pecunia præsumitur vidua acquisivisse non possunt agere ad vindicanda bona acquisita, sed tantum ad solum pretium viduam convenire *Bersan. sup. n. 17. Cancer. 1. var. cap. 9. à n. 78. quæ pretium cum usuris communicare tenetur Arouc. allegat. 24. per tot.*

47. Vidua manens in capite, & possessione casalis potest agere per assignationem decem dierum in omnibus casibus, in quibus maritus potest agere, ut in Senatu nostro me conjudice fuit multoties judicatum *ex Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 25. §. 10. n. 7. Additionat. ad Reynos. obs. 13. n. fin. Mend. in prax. 1. p. lib. 3. cap. 22. n. 19. qui plures referunt licet contrarium tradat judicatum Peg. for. cap. 1. n. 186.*

48. Vidua manens in capite casalis, licet non teneatur ad debita contracta ante matrimonium, tenetur ad usuras currentes, constante matrimonio, quæ sunt dedicandæ ex toto acervo bonorum, tamquam debita contracta constante matrimonio, ut judicatum refert *Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 87. §. 4. à n. 263. ex fundamentis à n. 266. licet non parum urgeant fundamenta ducta n. 264. § 265. pro quibus vidi in Senatu judicatum contra, dicisione aducta à Peg.*

49. Vidua transiens ad secunda, vel tertia vota, non factio inventario primi, vel secundi mariti, potest inventarium facere absque autoritate, & licentia mariti cum declaratio, & datio inventarii pendeat ab ejus juramento, ad quod non indiget autoritate mariti, sed tale inventarium ipsi tantum, & non marito affert præjudicium, ut judicatum fuit in Senatu Portuensi, & me conjudice in nostro Supplicationis Senatu inter partes Antonium da Sylveira Telles, D. Urcella de Oliveira, & Ludovicum Mendes civitatis Conimbricenses, apud Notarium Joannem Rodericii Ribeiro.

CAPUT XI.

Pater tutor, vel mater tutrix liberorum seu alio titulo administrantes eorum bona quomodo rationes reddere teneantur?

SUMMARIUM.

- 1 Pater legitimus administrator bonorum filii rationem reddere non tenetur.
- 2 Sed de proprietate bonorum reddere tenetur.
- 3 Et de fructibus, si usum fructum non habet.
- 4 In casibus, in quibus usum fructum non habet de bonis, & fructibus rationem reddere tenetur; qui casus sint remissivè traduntur.
- 5 Casus, in quibus pater usum fructum amittat, referuntur, & n. 6.
- 7 Per publicationem bonorum ob hæresim usus fructus amittitur.
- 8 Et per ingressum monasterii, secunda professione.
- 9 Pater tamen usum fructum non amittit in bonis adventitiis per professionem filii in religione.
- 10 De bonis castrensibus, vel quasi pater tanquam extraneus rationem reddere tenetur, excepto juramento in litem, & nimis scrupolositate.
- 11 In omnibus casibus, in quibus pater, tutor, vel curator filiorum est, rationem reddere tenetur, sicut quilibet tutor aut curator.
- 12 Juramentum in litem contra patrem non admittitur.
- 13 Mater tutrix, vel curatrix, vel alio quocunque titulo administrans, rationem reddere tenetur, sicut quilibet alius.
- 14 Et contra matrem juramentum in litem defertur filio excepta exquisita redditione rationum.
- 15 Mater ex regia facultate tutrix, se obligans alire filios, expensas factas, ultra redditus, non repetit.

- 16 Mater tutrix secundo nubere nequit, antequam rationes reddat.
- 17 Filii illegitimi sub patria potestate non sunt, unde si pater bona eorum aliqua administret, rationes reddere tenetur.
- 18 Nisi filii naturales sint plebeorum.
- 19 Si pater nominetur, vel curator filii à tertio instituti in testamento, non desinit legitimus administrator esse, & rationes reddere non tenetur.
- 20 Confessio matris tutricis in Judicio facta filiis nocet, sicut confessio nocet aliis tutoribus.
- 21 Secus in confessione extrajudiciali nisi adminiculata sit; & quid in confessione facta judicialiter, & jurata inter filios.
- 22 Confessio matris tutricis etiam judicialis facta respectu amasi filii non nocet.

Pater legitimus administrator bonorū filii ei rationem reddere non tenetur, ut probant DD. quos citavimus hoc tract. lib. 1. c. 2. n. 5. & tract. 3. lib. 2. cap. 1. à n. 57. Gal. de fructibus disp. 36. art. n. 3. Castil. de usufruct. cap. 3. n. 87. nisi de proprietate bonorum, ex l. litem §. pater ff. de negot. gest. ibi scribentes Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 109. à n. 3. Michal. de fratrib. 1. part. cap. 3. n. 57. Mangel. de imputatione q. 44. à n. 13. Cephal. conf. 363. n. 9. lib. 3. Decian. lib. 2. conf. 85. n. 23. Pinel in l. 1. cod. de bon. matern. 2. p. n. 27. dummodo habeat usum fructum in bonis, quæ administrat; nam si usum fructum non habeat, rationem reddere tenetur, ex proximè citatis DD. & diximus tract. 3. lib. 3. c. 10. à n. 7. Ment. Aleg. in prax. civili de exercit. practicar. action. lib. 2. cap. 1. §. 19. à n. 1. ad 15. cum infinitis Bos. de patria potest. cap. 8. §. 1. à n. 4. Ord. lib. 3. tit. 9. §. 43. & 4. ubi Barb. & latius Peg.

Ex quo sequitur, quòd pater tenetur reddere rationem de bonis, & fructi-

1
2
3
4

fructibus eorum, de quibus usumfructum non habet, prout non habet in casibus à me relatis *tract. 1. lib. 4. cap. 13. à n. 82. usque ad 92. Michalor. de fratrib. 1. p. cap. 3. à n. 22. usque ad 41. ubi decem, & octo casus refert, in quibus pater non habet usumfructum; Gal. de fructib. disp. 36. art. 4. à n. 5. ubi viginti tradit, apud quos sunt videndi cæteri DD. qui de prædictis casibus agunt; Hees. de rationib. reddend. loc. 1. à n. 73. Monte Alegre lib. 2. cap. 1. §. 13. ubi à n. 23. usque ad n. 64. viginti, & sex refert casus Bas. infra Bos. de patria potestat. cap. 8. à n. 1. usq. ad 123.*

5 Licet pater non tenetur reddere rationem de fructibus bonorum, in quibus habet usumfructum, eo finito, de proprietate bonorum rationem reddere tenetur, qui quidem ususfructus multis in casibus finitur, quorum primus est emancipatione, ut diximus *tract. 3. lib. 2. c. 1. n. 48. & 49. secundus matrimonio, ut ibidem latè diximus dict. cap. 1. à n. 50. usque ad n. 55. dilapidatione, seu dissipatione; nam pater dissipans bona filii perdit usumfructum; Surd. de aliment. tit. 4. q. 14. n. 3. Castilb. de usufructu cap. 2. n. 96. Thesaur. for. lib. 4. q. 59. n. 2. Pinel. in l. 1. cod. de bon. matern. n. 74. Mend. in l. cum oportet cod. de bon. quæ liberis n. 131. ubi multos refert, Gal. dict. art. 4. n. 5. & n. 29. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. n. 17. ibi add. Surd. dec. 279. n. 5. Gutter. de tutel. 2. p. cap. 16. à n. 25. Cov. 1. var. cap. 7. n. 8. publicatione bonorum ob hæresim, cum multis Mend. n. 132. ingressu monasterii, sequuta professione: nam si pater ingreditur monasterium, & ibi profitetur usumfructum amittit, ut cum multis docent Mend. sup. n. 131. Pereir. dec. 105. per tot. Michalor. de fratrib. 1. p. cap. 3. n. 3. Manz. in bibliot. jur. tract. de usufruct. tit. 4. à n. 122. licet secus sit in patre, qui non perdit usumfructum in bonis adventitiorum filii per professionem filii in religione Pereir. dict. decis.*

105. per tot. Manz. dict. tit. 4. n. 126. & 127. Pinel. in l. 1. cod. de bon. matern. 1. p. n. 45. qui alios referunt Gal. de fructib. disp. 36. art. 4. n. 24. latè Bas. in theatr. jurisprudent. Valentin. cap. 24. à n. 1. ad n. 86. Bos. de patria potestat. cap. 2. §. 5. à n. 33. ubi per totum caput de omnibus modis, quibus finitur.

De bonis castrensis, vel quasi castrensis, de quibus diximus *tract. 2. lib. 2. cap. 12. & agit Michal. de fratrib. 1. p. cap. 1. §. 2. per tot. tenetur pater administrans rationem reddere, sicut quilibet alius extraneus administrator, excepto in litem juramento, & nimia scrupolositate, ut diximus tract. 1. lib. 4. cap. 1. à n. 1. & claris tract. 2. lib. 2. cap. 12. à num. 225. cum plurib. seqq. Hees. loc. 8. à n. 8. Bas. in theatr. jurisprudent. Valentin. 1. p. cap. 24. à n. 75. Bos. de patria potestat. cap. 607. per tot. ubi quæ sint castrensia, vel quasi.*

In omnibus his casibus, in quibus pater tutor, vel curator est filiorum, rationes dare tenetur, sicut alii tutores, & curatores, ut diximus *tract. 3. lib. 2. cap. 6. n. 1. §. 26. excepta redditione rationis exquisita, ad quam sanguine conjuncti non coguntur ex Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 9. & juramento in litem ad quod contra patrem non admittitur filius ex eodem Michalor. d. cap. 45. n. 5. Cravet. lib. 2. conf. 218. n. 1. Soccin. lib. 1. conf. 2. & conf. 34. Hees. dict. loc. 1. à n. 73. usque ad 81. Monte Alegre sup. d. c. 1. §. 19. Bas. cum multis d. cap. 23. à n. 76. Bos. de patria potestat. d. cap. 6. §. 7. per tot.*

Mater tutrix, vel curatrix, seu quocunque alio titulo administrans tenetur eodem modo, quo cæteri tutores, vel curatores, aut administratores rationes reddere, ut probant infiniti citati hoc *tract. lib. 1. cap. 2. n. 6. & 7. & tract. 3. lib. 3. cap. 5. & 6. & cap. 9. & 10. per tot. ita ut contra matrem filio detur juramentum in litem, sicut contra cæteros tutores, vel curatores Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 7. ubi alios citat, excepta exquisita redditione*

ne rationum ad quam mater, sicut cæteri sanguine conjuncti non tenentur, ut supra dictum est n. 11. *Urceol. forens. conf. 55. n. 17. ad Castilb. de aliment. c. 37. §. 2. n. 17. § 18.* loquentibus in terminis matris, & diximus *sup. cap. 3. n. 78.* & diximus *tract. 3. lib. 3. c. 10. per tot. Bos. de patria potestat. cap. 5. n. 97.*

Mater, quæ ex Regia facultate tutrice effecta obligans se in instrumento acceptationis tutelæ alere filios ex substantia in eo, quod deficerent redditus bonorum illorum non potest repetere expensas, quas fecit ultra mensuram reddituum; quia acceptans gratiam, seu beneficium sub certa conditione, vel sub certo onere ex vi acceptationis ex suo adimplere obligatur, ut diximus *tract. 1. lib. 4. cap. 7. à n. 125.* cætera, quæ ad obligationem matris spectant circa præstandas rationes, vide *tract. 3. lib. 3. cap. 10. per tot. § apud Heess. de ration. redd. loc. 1. à n. 68.* ubi habes quod mater tutrix non potest transire ad secundas nuptias, antequam tutelæ rationes reddat, & reliquum restituat *Bersan. de viduis cap. 2. q. 38.*

Filii illegitimi non sunt sub patria potestate patris, neque pater legitimam habet administrationem bonorum filii illegitimi, & consequenter ea administrans tenetur reddere rationem *Nicol. Bas. Galceron in theatr. jurisprudentis Valentini. 1. p. cap. 24. n. 80.* ubi multos refert; nisi filii sint naturales plebeorum, qui in nostro regno sub patria potestate sunt, ut diximus *tract. 2. lib. 1. cap. 3.* & consequenter eorum sunt legitimi administratores, & rationes reddere non tenentur, sicut cæteri patres legitimi administratores.

Vidi in Senatu nostro decisum quod quanvis pater fuisset datus in testamento, in quo filius familias fuit institutus tutor, vel curator ipsius filii sine prohibitione ususfructus, non ideo pater desinit habere legitimam administrationem, & consequenter non teneri reddere rationem ex his, quæ

Bas. sup. n. 77. § 78. apud quem per totum *cap. 24.* habes quando pater teneatur reddere rationem *§ in Ord. lib. 3. tit. 9. §. 3. § 4.* ubi *Peg. § Barb.*

Confessio matris tutricis in iudicio facta nocet filiis, sicut confessio alterius tutoris *ex l. Lucius ff. de administratione tutorum l. fin. cod. arbitrium tutelæ* quod secus est in confessione extrajudiciali *ex l. certum §. sed ff. de confess. Bersan. de viduis cap. 2. q. 40. per tot. Mascard. conclus. 370.* nisi sit ad miniculata *Bersan. sup. à n. 6.* & in confessione facta etiam judicialiter inter ipsos filios etiam jurata *Bersan. sup. n. 8. § 9.* qui etiam *n. 5.* docet quod confessio etiam judicialis matris tutricis non nocet filiis, quando est facta respectu Amasii.

CAPUT XII.

Filius administrans paterna, vel materna bona, quomodo rationes reddere teneatur?

SUMMARIUM.

- 1 *Filius bona paterna, vel materna administrans patri, matri, & eorum heredibus rationes reddere tenetur.*
- 2 *Sive de mandato eorum administrat, sive tamquam curator.*
- 3 *Unde rationes reddere tenetur filius patris curator, eo modo, quo cæteri curatores extranei tenentur.*
- 4 *De mandato tamen administrans filius rationes reddet, tamquam quilibet alius administrator.*
- 5 *An filius administrans in suam portionem imputare teneatur, vel ex suo solvere, quod ex bonis paternis in se alendo, & similibus consumpsit? Facta distinctione inter filium suum, & emancipatum resolvitur, & n. 6.*
- 7 *Quid in expensis vitiosè factis.*
- 8 *In quibus solum damnum, & non quadruplum consideratur.*
- 9 *Frater, consumpta bona fide, quando*

con-

conferre non teneatur.

- 10 *Acquisita à filio suo, vel emancipato ex bonis patris, aut matris, horum sunt.*
- 11 *Ita quando nomine proprio acquirit ex bonis patris, seu matris, quorum curator est.*
- 12 *Acquisita à filio emancipato nomine proprio ex pecunia patris, illius sunt, dum patris curator non sit.*
- 13 *Similiter dicendum in acquisitis ex pecunia matris.*
- 14 *Sed secus in acquisitis à filio familias ex pecunia patris etiam nomine proprio.*
- 15 *Et maximè quando hujus domi acquisita, patre vivente, filius in communi posuit.*
- 16 *Nisi filius à patre non aletur, vel pro dimidia protestatus esset.*
- 17 *Vel nisi pater pecuniam filio in solutionem legitimæ dedisset; ut sibi filio acquireret, vel quando filius ex sua industria acquirit.*
- 18 *Filius patris administrator sallarium pertendere nequit, sed tamquam curator vigesimam reportabit, sicut sallarium ex administratione matris.*
- 19 *Alii casus in quibus filio sallarium debeatur, & an pater filio administranti donare possit in remunerationem, traduntur.*
- 20 *Filius sibi ex mercatura quoad proprietatem acquirit, sicut quando parçe vivendo aliquid ex alimentis à patre assignatis acquirit.*

1 **F**ilius bona paterna, vel materna administrans patri, seu matri, vel illis mortuis, eorum hæredibus rationes reddere tenetur, ut probant DD. quos citavimus hoc *tract. lib. 1. cap. 2. n. 9. Michalor. de fratrib. 3. p. cap. 44. n. 8. Fazon in l. illud cod. de collat. Plot. de in litem jurando §. 13.* sive bona administret de mandato, & consensu patris, seu matris, sive tamquam patris, vel matris curator in casibus,

in quibus filius patri, vel matri curator dandus est; de quibus *tract. 3. lib. 4. c. 8. n. 6. & 7. latè Bos. de patria cap. 4. à n. 1. usque ad n. 109.* ubi multos, & omnia habes.

Itaque filius curator patris, vel matris, sicut cæteri curatores rationes reddere tenetur de bonis administratis, nulla habita differentia inter filium curatorem, & extraneum curatorem, cum nulla in hoc casu inveniatur in jure, & sic regulis ordinariis de curatoribus loquentibus subjicitur filius, vel patris, vel matris curator, & sic ei sunt applicanda omnia, quæ de curatoribus diximus.

Filius verò, qui non est curator patris, vel matris, sed matris, vel patris mandato eorum bona nomine patris, vel matris administrat; rationem quoque eodem modo reddere tenetur, sicut cæteri alii administratores, qui ex mandato administratorem suscipiunt, de quibus diximus hoc *lib. cap. 8. n. 9.* & dicemus in sequenti *lib. cap. 2. & agit Mangil. de imputation. q. 37. n. 7. Merlin. de legitim. q. 26. n. 13. Michalor. de fratrib. 1. p. cap. 6. n. 21.* sed an filius, qui administrat bona paterna, teneatur in suam portionem imputare, vel ex suo solvere, quod consumpsit ex bonis se alendo, vel inducenda uxore, vel in emendis, & sustinendis equis, alendis famulis, aut in succurrendo similibus necessitatibus, inquiritur; & facile resolvitur, facta differentia inter filium familias, & filium emancipatum, qui ex suo potest prædictis occurrere, ita ut filius familias non teneatur similes expensas in suam portionem imputare, vel ex suo solvere, si in expendendo non excessit facultates paternas, & modum in expendendo tenuit, inspecta patris, & sui qualitate ex his, quæ diximus *tract. 2. lib. 2. cap. 12. à n. 218.* at vero emancipatus, qui ex suo potest sustinere prædictas expensas, eas ex suo tenetur solvere; quia pater eum alere non tenetur, nisi propria bona non habeat; aut

aut officium, vel artem, ex qua se alere valeat.

7 Secus erit respectu expensarum, quas filius administrator fecit ludendo, meretricando, vel simili vitio luxuriando, & profundendo; quia tunc emancipatus filius de suo solvere tenetur, non emancipatus eas compensare debet cum legitimis, ut diximus *dict. cap. 12. n. 224. Auth. quod locum, § 1. pactum cod. de collat. l. § quod ff. de compensat. l. 3. S. pupillus ff. negot. gest. in qua considerari debet solum damnum, non autem quadruplum l. quod S. quod si filius ff. pro socio l. si adversus ff. fam. erciscund. Michalor. de fratrib. 8 1. p. cap. 32. n. 7. § 8. ubi num. 9. docet fratrem non tenere conferre consumpta bona fide, dummodo bona fide sint facta, & sint facta pro suis necessitatibus, & indigentibus, & ex ea non sit factus locupletus, & sit inops, ita ut alia non habeat bona, quam paterna.*

10 Acquisita à filio, sive familias, sive emancipato ex bonis paternis, vel maternis nomine patris, vel matris, patris, vel matris sunt, ex DD. citat 11 2. 4. nomine proprio acquisita à filio curatore patris, vel matris ex bonis paternis, vel maternis, sunt quoque patris, vel matris, ex his, quæ latè diximus *tract. 3. lib. 7. cap. 7. per tot.*

12 Sed acquisita à filio emancipato nomine proprio etiam pecunia paterna ipsius fiunt, licet sit patris administrator, dummodo non sit illius curator, ut benè probatur ex traditis *tract. 3. 13 lib. 7. cap. 7. per tot.* & similiter acquisita ex pecunia materna à filio nomine proprio ipsius fiunt, quando matris curator non est, ut ex eodem *cap. 7. optimè comprobatur; Salgad. 2. p. cap. 20. n. 33. latissime Bos. de patria potestat. cap. 4. §. 2. à n. 62. usq. ad 89.*

14 Aliter res se habet circa acquisita à filio familias etiam nomine proprio cum pecunia paterna, ut latè diximus *tract. 2. lib. 2. cap. 12. à n. 172. usq. ad n. 188. latè Michalor. de fratrib. cap. 6. 15 à n. 16. usq. ad n. 21. maximè, quando*

si acquisita fuerint per filium posita in communi, vivente patre, quia tunc per mortem ejus repeti non possunt *Michalor. n. 22. Molin. disp. 274. nisi 16 filius à patre non aletur, vel protestatus fuisset pro dimidia; quia tunc pro suo labore, & industria dimidium habebit, ut diximus dict. cap. 12. n. 172. Michalor. n. 17. § 16. Salgad. 2. p. cap. 20. à n. 32. Bos. sup. à n. 61. ad 89.*

Aut nisi pater dedisset pecuniam 17 filio in solutionem legitimæ, ut sibi acquireret, & filius eam suo periculo administravisset, vel potius ex sua industria, quam ex pecunia acquireret; nos *dict. cap. 12. à n. 174. Michalor. n. 16. Gal. de fructib. art. 2. à n. 27. disp. 33. Salgad. 2. p. cap. 30. à n. 32. & terminanter multis relatis n. 33. vide quæ diximus tract. 2. lib. 2. c. 13. à n. 165. usq. ad n. 200. Bos. d. c. 4. §. 2. à n. 62. ad n. 89.*

18 Licet filius non curator patris, sed administrator non possit pro administratione salarium pertendere, ut diximus *dict. cap. 12. n. 193. benè tamen tamquam curator vigesimam reportabit ex dictis lib. 5. cap. 5. & ex administratione bonorum matris salarium reportabit ex traditis hoc lib. cap. 4. § dict. cap. 12. dict. n. 193. § 194. latè Joan. à Mont. Aleg. in prax. civili de exercit. practicar. action. lib. 2. §. 12. à n. 1. usq. ad n. 8. latè Bos. de patr. potest. cap. 4. §. 2. n. 79. ubi ait, quod filio debetur salarium, quando de illo est protestatus, vel quando est filius illegitimus, & quod pater pro labore potest filio administranti donare in remunerationem servitii apud quem per totum 19 *tract. de patria potestate, & apud nos tract. 1. lib. 2. cap. 12. omnia habes, de quibus filius teneatur reddere, vel non rationem, cum quo Bos. num. 68. adverte, quod si filius ex re sibi à patre ad alimenta assignata parçè vivendo, vel ex mercatura acquisivit sibi, quoad proprietatem acquisivit, & quoad usufructum patri ex Surdo de alimentis tit. q. 20. n. 18. & plures penè infiniti apud Bos. n. 67. d. cap. 4. Ss**



L I C E N C I A S.

DO SANTO OFFICIO.

EMINENTISSIME DOMINE.

SUmma voluptate præceptum Eminentiaë vestraë, ac commissionem me adimplente, volumen istud evolvi, accuratiùsque versavi, cui titulus est in fronte: *De Munere Judicis Orphanorum Tractatus quartus*: in quo de tutelæ rationibus distrahendis etiam agitur à sapientissimo Doctore Didaco Guerreiro Camacho de Aboym hujusce libri Authore, olim utriusque Senatus Portucalensis scilicet, ac Ulyssiponensis Meritissimo Gravaminum Senatore. Et si verum fatear, ut potè nunc cogor, certè jam vehementer me agit desiderium in laudem tanti Domini, quanvis vita functi, ast in tot operibus ipsiusmet acutissimi Authoris quondam typis mandatis, & in Bibliothecis adhuc approbè, ac appetiatiuè conservatis illam agentis, detinere, peculiareque elogium efficere; hoc enim re vera postulat opus; non tantùm ob publicam, & communem utilitatem, quam pupillis affert hic liber, imò pariterque omnibus nostri Lusitaniaë Regni Nativis singulare decus apud exteros spargens acumine ingenii, sive subtilitate resolutionum, & claritate Authoris propriam sententiam in Jure, ac cæterorum Doctorem melioris notæ placitis eas firmantis. Cæterum namque rationem stricti censoris nequaquam præcedere valeo; igitur meo muneri solum satisfacere curo meum nunc judicium exprimens, scilicet nullum errorem regulis Orthodoxæ fidei, aut morum perfectæ instructioni contrarium in hoc volumine reperiri: quapropter politè censeo in lucem prodire mereri, Eminentia vestra ita annuente. In Regali Cœnobio Sancti Francisci Ulyssiponis Occidentalis die 21. Aprilis, à Nativitate D. N. Jesu Christi anno 1732.

Fr. Emmanuel à Spiritu Sancto

EMINENTISSIME DOMINE.

TRactatum quartum de rationibus distrahendis, & tractatum quintum de processu civili, apud Judicem Orphanorum formando, in ista quarta parte comprehensos, ab inclito Authore Didaco Guerreiro Camacho de Aboym, utriusque Senatus Portuensis, & Ulyssiponensis olim expeditore præclarissimo non minori diligentia, quàm attentione,

tionē, libentissimè perlegi: si enim in persecutionē Orphanorum, passim multi reperiuntur tortores, quando in tutela ipsorum, vix unus verus invenietur tutor: contra omnes impios pro pupillis triumphalis jam extat invictissimus debellator Guerreiro, qui si quoties fuit Orphanorum rectissimus Judex, ipsorum semper fuit tam piissimus Pater quod vivens præstantissimus Senator typis dedit primum, & secundum tractatus de Munere Judicis Orphanorum, sed adhuc mortuus, tanquam immortalis, nobis nunc jam offert tertium, quartum, & quintum tractatus pro Orphanis, quorum quilibet mihi videtur exultans in conspectu ejus proclamare non cessat: *Pf. 26. 10.* Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me: *Job. 9. 15.* Quare semper istum meum Judicem deprecabor: *Jacobi 2. 13.* Quia ejus Misericordia super exaltat iudicium erga nos orphanos.

Quis namque, quin miretur, perlustrabit tot Orphanorum tractatus, multiplicibus in libris distributos, per innumera capita exornatos piissimis ampliacionibus orphanos omnes sublevantibus, tuentibus, ditantibus, & immensis locupletationibus cumulantibus? Quis ibidem leget, quin stupefeat, totidem justissimas limitationes tam tutoribus, & curatoribus, quam pupillis, & orphanis utilissimas; nam si ibi tutores, & curatores multoties coguntur, non solum reddere rationes de omnibus sibi commissis, sed etiam compelluntur solvere usuras de pecuniis pupillaribus, non rectè expensis: *Tract. 2. lib. 8. cap. 21. n. 24. tract. 3. lib. 7. cap. 6. n. 29.* ibidem ipsimet pii tutores, & curatores liberantur, & expediuntur, intelligentes tales usuras non esse lucrativas ambiciosorum ab Apostolica sede damnatas, sed compensativas damni emergentis, vel lucri cessantis, canonice, & theologicè explicatas in toto capite undecimo libri secundi hujus quarti tractatus, juxta jam tradita in secundo, & tertio tractatibus, tam Catholici, quam sapientissimi Authoris, quin quinto decimo capite hujus Tractatus quarti, libro octavo, numero vigesimotertio, religiosissimè profitetur, quod exploso jure Digestorum, & Codicis, in materia suspecta de peccato, jus canonicum omnes servare tenentur, juxta Lusitanam Ordinationem amplectentem Novelarum constitutiones statuente satisfacere tutorem, vel curatorem, qui pecuniam pupillarem cautè reponat, & custodiat, ut potest videri in dicto tractatu quarto loco nuper citato.

Si ergo, tam orphanis, quam piis tutoribus, noster peritissimus Author semper adest, taliter prudentissimus Judex, qualiter Misericordiosissimus Pater, quam mercedem accipiet in æternum? Jam decessit Didacus suis pupillis, & piis tutoribus dicens: *Joan. 14. 18.* Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, meis in scriptis: *Apocal. 5. 13.* Omnes igitur illum semper collaudabunt dicentes: *Ecli. 11. 24.* Benedictio, & honor & gloria sit tibi Pater; quia Benedictio Dei in mercedem justii festinat.

Pf. 9. 14. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor. In judican-
do esto pupillis misericors, ut Pater: *Ecli. 4. 10.* & eris, velut Filius Al-
tissimi, ut in extremi judicii reddendis rationibus coram Angelis, & homi-
nibus cunctis, taceat Deus in innocentem passionem in Abel, taceat
Deus mundi conservationem in Noe, taceat Deus firmissimam fidem in
Abraham, taceat Deus observatam legem in Moyse, taceat Deus crucifi-
xum Petrum, lapidatum Stephanum, & cætera merita justorum, taceat
Deus, sed non taceat Deus misericordiam Beatorum, nec taceat Deus im-
misericordiam peccatorum: sicut enim istis æternæ gehennæ causa assigna-
bitur actualis immisericordia: ita Beati æternæ gloriæ causa assignabitur
actualis misericordia: *1. Reg. 2. 9.* Tunc, quando impii in tenebris con-
tinentur, voce Archangeli resonabitur: *Pf. 67. 1. 2.* Exurgat Deus, & dis-
sipentur inimici ejus: & justi, epulentur, & exultent in conspectu Dei:
Cantate Deo, Psalmum dicite nomini ejus: Exultate in conspectu ejus:
Patris orphanorum.

Itaque, cum in isto volumine sic prægustato nihil catholicæ fidei,
vel bonis moribus dissonum appareat: imò, ibi patefcant orphanorum re-
fectio, tutorum recreatio, cohæredum pacificatio, Judicum exornatio,
omniumque denique gloriatio, nil obstat, ut typis detur, si Emminentia
vestræ ita placeat. Ulyssipone Occidentali, Sancti Antonii die duodecima
Junii anni 1732.

Fr. Joannes à Divo Didaco.

Vistas as informaçoens, pode-se imprimir o Livro, intitulado *de
Munere Judicis Orphanorum* Author, o Doutor Diogo Guerreiro
Camacho de Aboym; e de pois de impresso tornarà para se con-
ferir, e dar licença que corra, sem a qual naõ correrà. Lisboa Occiden-
tal 16. de Julho de 1732.

Fr. R. Alencastre. Cunha. Teixeira. Sylva. Cabedo Soares.



DO ORDINARIO.

DE mandato Dominationis vestræ legi *Tractatum quartum, & quin-
tum de Munere Judicis Orphanorum* quos texit Doctor Didacus
Guerreiro Camacho de Aboym quondam utriusque Senatus Por-
tuenfis scilicet, & Ulyssiponenfis Gravaminum expeditor, & in lucem
vult edere Antonius de Sousa da Sylva Bibliopola. Utilissima sunt enim
omnia istius egregii Doctoris opera, sed hoc supergressum est universa.

Inter

Inter omnia hoc est in quo ingens Guerreiro in arenam descendit ad orphanorum praesidium : cum hoc praesidio jam orphani non sunt orphani , habent igitur in hoc tractatu parentem , & tutorem , parentem , qui paternali amore opes illorum acquirit , tutorem , qui juridico exercitu illas defendit , Parentem , qui eos diligit , Guerreiro , à quo tuentur . Debetur ergo illi facultas , quam petit , quando hoc opus nihil contra fidem continet in conventu Santissimæ Trinitatis Ulyssiponensi Occidentali 30. Julii de 1732.

Frater Joseph de Oliveira.

Vista a informação pode-se imprimir o Livro de que se trata e depois de impresso tornarà para se conferir , e dar licença para que corra . Lisboa Occidental 31. de Julho de 1732.

Gouvea.

DO P A C O .

D O M I N E .

Augustissimo obsecutus mandato perlegi attentè volumen *De tutela rationibus distrabendis* scriptum à celeberrimo , & juris consultissimo Senatore Didaco Guerreiro Camacho de Aboym . Memoriam meæ in authorem , in vivis dum erat , observantiæ , insimul , & voluptatem admirationi conjunctam excitavit lectio . Opus certè affluenti juris prudentiâ compactum , & miro ordine elaboratum censeo ; ac professoribus , quia pauci pauca de rationibus dixere , utile , & necessarium . In eo nil est moribus , legibus vel nostris obvium : unum tamen duplicet , quod posthumum sit . Superatâ verò fatorum invidiâ , immortalis gloriæ jus nunquam corrumpendum suo dabit auctori . Ulyssipone Occidentali 15. Junii 1733.

Joannes Alvares de Costa.

Que se possa imprimir vistas as licenças do Santo Officio , e Ordinario , e depois de impresso tornarà a esta Mesa para se conferir , e taxar que sem isto não correrà Lisboa Occidental 15. de Julho de 1733.

Pereira. Teixeira. Rego.



DO SANTO OFFICIO.

V Isto estar conforme com o original , pòde correr. Lisboa Occidental 22. de Julho de 1734.

Fr. R. de Lancastre. Teixeira. Cabedo. Soares.



DO ORDINARIO.

V Isto estar conforme com o original , pòde correr. Lisboa Occidental 22. de Julho de 1734.

Gouvea.



DO P A C, O.

T Axaõ este livro em oo. em papel , para que possa correr. Lisboa Occidental 23. de Julho de 1734.

Pereira. Teixeira. Rego.

